


2. a. 7.



26-

3411


R. 3862
LATINI
SERMONIS

OBSEVATIONES PER


ORDINEM ALPHABETIC

digeste, ac longè mendatius quam
ant hac edita.


CLOANE GODSCULLOO
collectore.



C O L O N I E A G R I P P I N A E
Excedebatur Gualthero Fabriicio I. L.
Anno M. D. LXIII.



27. a. 7.



26

A.3862
LATINI
SERMONIS
OBSERVATIONES PER
ORDINEM ALPHABETIC
digeste, ac longè mendatius quam
antehac edite.


JOANNE GODSCALCO
collectore.



COLONIAEAGRIPPINAE
Excudebatur Gualthero Fabricio L. L.
Anno M. D. LXII.

IOANNES GODSCALCVS

Candido Lectori S.



Abes hic optime Lector intimā
ueræ latinitatis medullā, quip-
pe quæ ex probatissimis dun-
taxat authoribus decerp̄ta est.
Habes inquam ipsum uerborū
splendorem, qui meo quidem
iudicio in hoc studij genere spe-
standus. Quin ausim sanctissi-
mè iurare redditum ad nos quoq; perfectum illud
& felix Ciceronis ſæculum, ſi hic docēdi modus ſin-
gulis in ſcholis obſeruetur. His igitur & ſimilibus
dicendi formulis, quas ex ipſis eloquentiæ fontibus
inter legendum decerp̄turi ſunt, diſcipulos exerci-
tent paedagogi, affiduejs instantes, donec eō pro-
uexerint, ut iam non modō ſolēcismos & barbariſ-
mos euitent, ſed & uernacula Romanæ loquutio-
ni miſcere (id quod minimū à barbariſmis intereſt)
defuerant. Edocendum etiam quid oratorium, quid
Comicum, quid Historicum, quid Tragicum, quid
Poēticum: Inter haec quæ Heroicis, quæ Lyricis, quæ
Elegiacis, quæ Satyricis loquutio germana, Rur-
fus quid proprium, quid metaphoricum, quid uita-
tum & familiare, quid denique exoletum. Prætereā
quanta pro temporum diuerſitate ſacta ſit ſtyli mu-
tatio, quemadmodum pulcherrimè enarrat Hadri-
anus Cardinalis. Sic utiq; mea ſententia preceptorib;
elaborandum, ſic infantia formanda & excolen-
da ad huiusmodi formularum imitacionem, dum u-
niuſ cuiusq; dictionis phrasim ac elegantiam tencat.
Vbi hoc pacto puerorum lingue expolitæ fuerint,
ita ut per ſe quæuis aptè & ornatè eloqui queant, ad
maiora, accedēte ætate, paratioreſ uenient, nulloq;
nego-

A 2 nego-

E P I S T O L A

negotio Rhetorum præcepta, nec non Dialecticę usum consequentur, & tandem altiores disciplinas felicius multò, multaq; cum laude tractabunt. Si quid alij melius sentiant, tantum abest ut ijs refragari uelim, ut etiam manibus pedibusq; in eorundē sententiam iturus sim. Cæterū ne uideamur alieni laboris gloriam nobis uendicare, quibus uiris multo ante nos tempore hac in re uigilantissimè sudantibus, id quod cōgessimus hic, accepimus referamus, explicare consultiūs uisum est. Petrum Artopaeum in primis uerbatim per omnia sequiri sumus. Adieciimus autem huic quām potuimus breuissimè, quicquid haberet Vallā, quicquid Hadrianus Cardinal. quicquid in Apparatu suo Bartholomaeus Riccius, quicquid denique contineret ingens illud uolumen Latinæ linguae Thesaurus appellatū. Nec item hunc eō sumpsimus laborem, ut hoc uno libello, cæteri iā dicti uilescerent, sed ut iuuenturis dntaxat commodo optimè consuleretur, quæ amplam illam librorū supellec̄tīlēm hoc enchiridio comprehēsam quo uis locorum secum ap̄e circumferre, & ad manū semper habere queat. Neq; adeò clam me est futuros complures, qui curiosiūs selecta quadam, multaq; in ep̄a magis quām elegantiā infera esse occident: quibus ego meo nomine responsū cupio, nō quod uolui, sed quod porci p̄aestitisse me. At quod ipse pro uirili tractare conatus sum, maiore forraſe studio quām eruditione aut iudicio, idem illis summa cum gloria retractatibus gratulabor ex animo, ne dum temerē irascar. Ut equidem eiusmodi obloquijs occurrerem, suum cuiq; formula & exemplum & authorem addere cœperam, sed quem parvulū dicere libellum statueram, is singularum authoritatū capax non erat. Quocirca relictis exemplis solū auctoris nomen singulis loquutionibus

A D L E C T O R E M.

bus apposui. In fine uero formulas solas concessi, ijs uerbum, quo gaudent, uel semel posuisse contentus. Porro quia non omnibus, quod queritarent, in priori æditione obuium esset, neque ibidem (quod satis esse putauimus) alphabeticus index sufficeret: uniuersum libellum prescribentes in ordinem hunc simplicia redegimus, eodem'que ordine composita ipsa suis primogenijs subiecimus, ut cuius uel infanti noster hic labor usui esse possit. Finximus quoque studiosè, ne quid lectorem remoretur aut offendat, compositis quibusdam, tanquam filijs patrem utiq; incognitum magno cum desiderio queritantibus, nonnulla primitiva, minūs quidem uisitata illa, ac domi nostræ recens nata: quæ ideo addidimus, ut composita quædam promptiūs per hæc inueniri possent. Kursus eadem pari cum c̄geris honore indigna, his [] ueluti semi quadratis exclusimus, ut à germanis ascititia dignoscerentur. Altius autem exquisitiusq; uerborum originem perscrutari non erat presentis negotij. Quin etiam loquitiones ipsas hanc in modum distinximus: primo ordine uerba cum nominib; puris constructa, proximo hæc ipsa cum impuris, hoc est, quibus additur prepositio: tertio eadem cum aduerbijs, quarto quam habent iam dicta sine adiuncto significatorum diversitatem, separatim suo quæque loco collocauimus, seruato in singulis ipsis alphabeti progressu, quamvis principio omnia confusiūs paulò posita sint. Postremo, quam primū in lucem libellus hic emitteretur, proprium nomen multorum exemplo popularem auram contemnentium suppressimus, non modò falsam h̄reditatem alienæ gloria cernere non appetentes, sed & alienam operam sibi asciscere maximè indecorum exitimantes. At nunc Bibliopolis librum sine auctoris nomine excosum minus uendi-

EPIST. AD LECTOREM.

bilem esse confirmantibus, eo'que diligentius de auctore multos emptores sciscitari, quia operis fronti inscriptum eius nomen non haberetur: tandem nostrum, non utique aucupandę famę gratia, imò cum timore maximo addidimus, ut qui tam uarijs ingenij, tot hominum censurę subiici perpetuo ueriti sumus. Nimirum ex tanta multitudine paucissimorum gratiam consequentes, at plurimorum dicacitati expositi: utq̄ uerbo dicam, apud nasutulos istos pro ridiculo putati, egregiam uero laudem & dignam (si dijs placet) pro labore nostro mercedem preiumq; ferentes. Vale. Antwerpia, anno ab orbe redempto

M. D. X X X V I.
Nonis Iunij.

LATI-

LATINI SERMONIS

OBSERVATIONES.

ACE O.



CEO, es, acidum saporē habeo;
Acet uinum, ceruisia.

Acesco inchoatiuum. Horatius:
Syncerū est nisi uas, quodcunq; infundis, acescit.

Acescit cibus alicui. Cels. Cuī uero cibus acescit.

Acescere in stomacho aliquid. Celsus: Alię in stomacho facile acescunt.

AC V O.

Acuo, elegantiam colligit ex adiunctis.

Acuere ferrum, est ita concinnare, ut acie bene incidat, non solum cæsim, sed etiam punctim.

Acuere bipennem, cultellum, falcem, gladium, telum.

Acuit etas hominem, id est, exercitatum reddit. In Adel. Illos sat acut etas.

Acuere cotem, lapides molares, fusilem. (nare.

Acuere dentes, est se ad comedionē & mordendum par.

Acuere calatum, stylum, est strigere calatum, in aliquem inuehere. (isse furores.

Acuere furorē. Verg. 7. Poslū uisa sat is patrios acu-

Acuere ingenium, industriam, Cic. (irar.

Acuere iras, odiū. Verg. 9. Varijsq; acuit mortalibus

Acuere linguam, est amarulentē conuictari.

Acuere Martem. Verg. 12. Aeneis acuit Martem.

Acuebant illum ocium & solitudinē, in officiis.

Acuere pharmacum, est præsentaneum conficere, & citō iuuans.

Acue-

ct 4

LATINI SERMONIS

- Acuere uenenum, est præfens & pestiferum reddere.*
Acuere uisum, est perßificatiorem reddere.
Acuere aliquem scommatibus, dictis, exhortationibus, in bonam & malam partem. Verg. 7. Quam Iuno hic acuit dicto.
Acuere iuuentutem ad dicendum, Cicero in Orat.
Acuere aliquem ad crudelitatem, Cic.
Acuere aliquem in pugnas, est prouocare.
Acuit prudentiam intelligendi consuetudo exercitatioꝝ, Cic.
Acuere aliquem, incendere. Cic. In excitando & acuendo plurimum ualet. Verg. 1. Georg. Curis acuens mortalia corda.
EX Acuo. Cicero: *Solicitudines meas quotidie magis tua merita exacuant.*
PER Acuo. Plinius: *Ita mibi peccus peracuit.*

ADIPISCIOR.

- Adipisci, consequi, obtinere.*
Adipisci cibum æternum. In Capt. Spero me ob hunc nuntium æternum adepturum cibum.
Adipisci diuitias, gloriam, laudem, in Epid. in Stic.
Adipisci iudicium. In Phor. Soli licet de eadem causa scis iudicium adipiscier.
Adipisci magistratum, ordinem senatorium, Cic.
Adipisci nuptias. In Andria: Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.
Adipisci senectutē, ad eam peruenire, Cic. de Senect.
Adipisci uitam deorum. In Heauton. Deorum uitam adepti sumus, id est, dij & perquam felices.
Adipisci aliquem, assequi, Cicero: Medio itinere eum adeptus, amplexus sum.
Adipisci paſtiuè. In Trin. Non aetate, uerum ingenio adipisci-

OBSERVATIONES.

adipiscitur sapientia. i. paratur. In Off. Abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt.

ADVLOR.

Adulamur seruiliter, etiam gestu, quod nobiscum commune est canibus. Ab aula deductum uolunt, quod hoc aulicis peculiare sit.

Adulari paſtiuè apud Cic. in Offic. teste Erasmo: Nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est.

ADVlo, as. Cic. 2. Tus. queſt. Noſtri adulat ſanguine.

ADVLTERO.

Adulterare ab alterare, alienum maritum uel uxori cognoscere, & tunc abſolutum eſt. Non enim dicimus, adulterare mulierem. Cato: Illa teſi adulteraffes, dīgito ne auderet contingere.

Adulterare, uitare, corrumpere. barb. falsificare. Plin. Iuuat ipſa adulterare adulteria naturæ.

Adulterare iudicium. Cic. Tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat.

Adulterare tabulus. Cic. Adulteraffe ſeſe negat.

AEGROTO.

Aegrotare, male ſe habere.

Aegrotat animus. Cic. Eares, ex qua animus aegrotat, oriatur.

Aegrotant animi artes, quum doli deficiunt.

AEMVTO.

Aemulari ab amo, per antiphrasin significat inuidere uel imitari. Hinc aemulus, aemulatio, amusis.

AEQVO.

Acquare, explanare. Acquare muros ſolo.

Acquare, aequalē ſicere. Vergil. Operumq; laborem partibus aequabat iuſtis.

Acquare periculum. Caesar: Acquato omnium peri-

culo

s

LATINI SERMONIS

çulo sibem fugae tolleret. (conferrisq[ue] posse.
Aequare cū. Cic. Vix cum huius parua parte aequari
Adaequare, nunc absolute, nunc cum accusatio repe-
ritur. Cic. Vrna equitum adaequauit, id est, eiusdem
sententiae equites fuerunt. Cæsar: Ut propè summam
muri aggerisq[ue] acerui armorum adaequarent.

Coæquare. Salust. Coæquare gratiam omnium diffi-
Coæquare montes, Salust. Cœlē est.

Exæquo. Salust. Exæquato pericolo animus amplior.
Exæquare se plebi, est humilem se gerere, & plebi ob-
sequi, Cicero.

Exæquare aliquem cum aliquo. Cæsar: Pompeius ne-
minem dignitate secum exæquari uolebat.

AE STIMO.

Aestimare iungitur uenustè genitiuis, tanti, quanti,
Cic. quemadmodum facio, pendo. Alias in ablative
preium postulat.

Aestimare, est putare. Existimare, iudicare.

Aestimo te magni. Existimo te magnum.

Aestimare diem, preium dici supputare, Seneca.

Aestimare aliquem certis nummis. Vel absolutè de-
mancipijs aut captiuis dicitur. Plautus: Scis te mi-
nis uiginti aestimatū? Cogitato hinc te mea fide
mitti domum aestimatū, hoc est, te domum ire, sed
meam fidem hic pro te positam pignori.

Aestimare frumentum. Cic. Eodem tempore Antonius
tribus denarijs aestimauit post messem, id est, certum
preium statuit, quod pro frumento dissolueretur.

Aestimare litem, taxare quanti esset de quo lis age-
batur, quod præsenti pecunia dissolui solebat. Cic.
De litibus aestimatis On. Dolabellæ pecunie reda-
ctæ. Id: Quibus dñatis de pecunijs repetundis li-
tes essent aestimati.

Aesti-

OBSERVATIONES.

Aestimare nomina. Cic. Illa sunt nomina, quæ Dolobelle necessaria sint aestimata.

Aestimare pecunia aliquid. Cic. Haec expendite atq[ue]
aestimate pecunia, id est, quanti sint si ad pecunianum
reuocentur.

Aestimare pretium. Cic. Aestimare harum rerum oīa
preia.

AE STV O.

Aestuo, flagro, ablativo gaudent.

Aestuare desiderio, magnopere cupere. Cic. Ut desi-
derio nostri te aestuare putarem.

Aestuare dubitatione, multum dubitare. Idem: Ac-
stuabat dubitatione, uersabat se utrang; in partem,
non solùmmentē, uerū etiam corpore.

Aestuare inuidia. Salustius: Pleraq[ue] nobilitas inui-
dia aestuabat.

Aestuare imbecillitate animi, Cicero,

AGO.

Agō, uaria constructionis & elegantiae uerbum.

Agere, de ijs tantū rebus q[uod] materia carent, dicitur.

Agere, nominibus proprijs alicuius præcellentie ad-
ditum in accusatio, est representare: ut,

Agere adolescentē. Agere amicum, Catonem, Con-
sulē, coniuuam, Crœsum, Cretensem, Christianū,
Demam, Diogenem, discipulum, ducem, Epicurum,
filium, Gnathonem, Harpocratem, Herculem, Iyn-
ceum, lenonem, Mecconatem, Midant.

Agere Mitionem. Agere magistrum.

Agere patrem, principem, regem, sycophantem, Sar-
danapalum, Thersitem, Thraſonem, & sic in infini-
tum usque.

Agere asinos, equos, ducere. Vergilius: Et potum pa-
llus ago Tytere.

Age-

LATINI SERMONIS

- Agere animam, mori, Cicero.
 Agere ambages, estrem circumire, Plautus.
 Agere adolescentiam, est instruere, Cic. pro Arch.
 Agere apologum, recitare, Plautus.
 Agere atatem, cūcum, uiuere. Terent. Vna inter nos
 atatem agere liceat. Cic. In coelo cū dijs agit cūcum.
 Agere atatem extremam, uel atate extrema.
 Agere atatem in excelsis, Salustius.
 Agere annum undevigesimum, octuagesimum, Cicer-
 ro in Offic.
 Agere aliquem fuste, gladio, lapidibus, telis.
 Agere aliud seu alias res, est præsentibus non esse
 attentum. Plaut. Hoc uide sis, ut alias res agunt.
 Agere ad præscriptū, id est, secundum leges & man-
 data, Hadrianus.
 Agere ad populum. Cic. ad Atticum: Eodem tempo-
 re ageret prætor ad populum.
 Agere actum, frustra agere. Terent. Actum ne agas.
 Idem in Adel. Actum agam, id est, nihil.
 Agere artes. Oic. His artes lenitatis & misericor-
 dice semper egit. i. semper lenis & misericors fui.
 Agere augurium. In Off. Cum in arce augurium au-
 gures acturi essent:
 Agere apud aliquem. Cic. Apud quos agas. Salust.
 Marius apud primos agebat.
 Agere agmen. Agere bellum, Salustius.
 Agere currum, celocom, classem, nauem, gubernare.
 Agere ceruum, aprum, ursum, uenari. Verg. 7.
 Agere charta dentata, calamo in aliquem inuehere.
 Agere cauſam. Terentius: Te ſuam rogauit rurſum
 ut ageres cauſam.
 Agere cauſis, ius persequi, Martialis.

OBSERVATIONES.

- Agere cum animo, est reuoluere, Plaut.
 Agere curam rei, curare.
 Agere Comœdiam, recitare.
 Agere contagium. Ouid. 7. Mores mali agunt conta-
 gia latè.
 Agere cum aliquo, contendere aliquid ab aliquo, Ci-
 cero de Offic.
 Agere cum aliquo precibus, ad Attic.
 Agere cum aliquo literis, scribere ad aliquem.
 Agere cum aliquo silentio, filere.
 Agere cum aliquo benè uel male, tractare aliquem.
 Cic. Cogita quædammodum fortuna nobiscum ege-
 rit, id est, uti nos tractarit. Agere censem.
 Agere cuniculos, est, subterraneas fôssas suffodere.
 Historicum est ferre, Cic. 3. Offic.
 Agere conuentum. Cic. In quibus prætores conuen-
 tum agere solent. Agere coniuia, Cic.
 Agere crimen. Cic. Hoc crimen agam hostiatis.
 Agere cum populo. Cæſ. Non cum populo agi ceptū.
 Agere cū plebe. Oic. Te cū plebe iure agere potuisse.
 Agere cum Repub. Oic. Nihil agens cum Repub.
 Agere de pace, ad Attic.
 Agere de sella, de loco superiore, id est, ex.
 Agere diem festum. Cic. Syracusani ſiſtos dies anni-
 uersarios agunt, id est, celebrant.
 Agere diem natale. Cic. Det quod satis fit ad agen-
 dum natalem ſuum.
 Agere diem, est dicere, confituerē.
 Agere diuersa, diſpergere. Verg. 1. Submersasq; ob-
 rue puppes, Aut age diuersas.
 Agere delectum, diligere.
 Agere ex animo. Cic. Ut res ex animo agi uideatur.

Agere

LATINI SERMONIS

- Agere ex fide bona. De Offic. In quibus ex fide bona agitur.*
- Agere ex insidijs. In Offic. Nihil ex insidijs agendum putant.*
- Agere ex sponso. Cicero. Te iudicem C. Aquili sumpsit, ex sponso egit.*
- Agere ex syngrapha cum aliquo, in ius uocare.*
- Agere ex arguento, est ad rem loqui.*
- Agere excubias, est curā habere, aut uigilias agere.*
- Agere fabulam. Terent. Acta ludis Megalensibus.*
- Agere forum, ius dicere, ad Attic.*
- Agere furti aliquē uel cum aliquo. Ci. Quum te furti ageret. Idem: Cum seruo furti habiti egit.*
- Agere ferias.*
- Agere flumen. Verg. 9. Et piceum flumen agit. Vercundiū usurpatur pro reddere urinam.*
- Agere gratias, rariſſimē gratiā, est uerbis.*
- Agere gratias apud aliquem. Cic. Mirificas apud me tibi gratias egit prorsus incredibiles.*
- Agere gratias de. Cic. Cūm anteā tibi de Lentulo gratias egissim.*
- Agere gratias in. Cic. In quo ei Pōpeius gratias ageret, i. qua de re. In Epist. Fa. Facere nō possum quin in singulas res, meritāq; tua tibi gratias agam.*
- Agere gratias pro. Cæs. Gratias pro eorum studio ergaſe egit.*
- Agere gratias incredibiles, ingentes, magnas, maximas, singulares, singularibus uerbis.*
- Agere grates, Poëticū magis, q̄ Oratorium. In Sum. Grates tibi ago summe sol, nobisq; reliqui cœlites.*
- Agere gestum. Ci. Qui p̄fente eo gestū agere co-*
- Agere grauiter.*
- (naretur.
Agere

OBSERVATIONES.

- Agere hoc. In Adelph. Tamen hoc ages, id est, debitum exiges.*
- Agere impensam. Cicer. Neq; tantorum officiorum impensam egisti in patriam, id est, non compensasti.*
- Agere iniuriarum. In Orat. Agit is, cui p̄fici a manus est, iniuriarum.*
- Agere iniuriam. Agere iocos, Ouid. 3.*
- Agere iure summo, mediocri, & quo, transuerso, simistro, tolerabili.*
- Agere iter, uiam, limitem. Poëticum. Ouid. Altius egit iter.*
- Agere in crucem, in cruciatum, est suspendere, Salut. in Iugurtha.*
- Agere in occulto.*
- Agere in hereditatem. Cic. Egissetq; lege in hereditatem paternam.*
- Agere inter. Terent. Que inter se ipsi egerint.*
- Agere iuuentam, iuuenem esse.*
- Agere, impellere. Vergil. Idem omnes simul ardor agit. Idem q. Præcipites metus acer agit. Vel sic:
Agit nos amor, desiderium, cupidio.*
- Agere leges. Terent. Lege agito ergo:*
- Agere laudes, laudare.*
- Agere, loqui. Teren. Est ne hic ipſus, de quo agebam?*
- Agere legationem, legatum esse.*
- Agere ludos, ludum. Agere leui brachia.*
- Agere Medicam, Tragocidiam illam intellige.*
- Agere morem. Salust. Omittendum morem hunc quem agere mandata.*
- (agit.
- Agere negotium. In Offic. Sunt qui suum negotium agere dicant.*
- (gas ago.
- Agere, nugas, nugari, ridere. Plaut. Nō ego nūc nu-*
- Agere

LATINI SERMONIS

Agere Nestoris annos, diu uiuere.
 Agere nihil, est rebus friuolis, & nullius frugi operam dare.
 Agere orationem, Cic. de Senectute.
 Agere otium, est uacuum esse à curis, Ouid. i. Metamor.
 Agere orco aliquem, interficere, Poëticum est. Hor.
 Agere olus, pultem, mouere.
 Agere pecora, abigere, Historicū est. Sal. in Iugurt.
 Agere, profiteri. Terent. Quid tu hic agas, ubi si qd
benē præcipias, nemo obtemperat. Idem: Plus agas.
 Agere prisca. Agere pestem.
 Agere pingui Minerua, est crassiùs & clariùs de re
 Agere pro uiribus. (differere.
 Agere partes suas aut alterius. Christus nostras e-
git partes. In Phor. Viciſſim partes adlurus est, id
est, operam eandem tibi reddet.
 Agere pro suo iure. In Adelph. Non necesse habeo
omnia pro meo iure agere.
 Agere prædas, prædari, Salust. in Iugurth.
 Agere præludia.
 Agere personam, ut solent actores ludorum, aut ale-
atores diebus genitalibus agere.
 Agere pacem. Salust. Liceat ne tum pacem agere.
 Agere primas partes. Terent. Primas partes qui a-
get, is erit Phormio parasitus.
 Agere primas. In Orat. Primas agebat in causis
Hortensius, id est, principatum obtinebat.
 Agere priores. Cicero: Priores tamen agere partes
Hortensium.
 Agere per silentium. Terent. Agere ut liceat per si-
lentium, id est, sileatur me agere.
 Agere præcipitem aliquem. Cic. Agunt cum præci-
pitem

OBSERVATIONES.

pitem penæ ciuium Romanorum, id est, impellunt.
 Agere prouinciam. Cic. In primis satietas actæ pro-
uincia.
 Agere pro aliquo. Salust. Pro uictoribus agere, id
est, ut uictores. Agere quæfluram.
 Agere quid. Plautus: Scio quid agam.
 Agere quietem, Poëticum, pro dormire.
 Agere radices. De Offi. Ven gloria radices agit.
 Agere rem, est accusare. Agere rem actam.
 Agere rem usu, uerbis, factis. Terent. Licet hæc res
 Agere rem negligenter, in And. (hic agitur.
 Agere rem suam, est utilitati sue studere.
 Agere rem alterius, Cicero.
 Agere rem eam, pro id. Ci. Tantum à te petimus, ut
agus eam rem. Agere rem seriani, Terent.
 Agere rem, opus facere. Res age, tutus eris.
 Agere res alias, suprà patet.
 Agere rimas. Ouid. 10. Arbor agit rimas.
 Agere seuerè.
 Agere senectam, senectutem. Cic. Arbitror malle te
quietam senectutem, & honorificam potius agere,
quam sollicitam.
 Agere silentium, silere, Ouid. 3. Metamorph.
 Agere spectaculum. Agere sub dio, Flor. lib. 3. Od. 2.
 Agere se, ire. Terent. Quò hinc te agis?
 Agere se, pedetentim ire, Verg. 6.
 Agere se matutinum, mane surgere, Verg. 8.
 Agere ſbumas. Cic. Nā quum ſbumas ageret in ore.
 Agere ſtimulis, fcommatis, aliquæ, est prouocare.
 Agere transuersum aliquem, est corrumpere aut à
ſententia remouere, Salust. in Iugurth.
 Agere triumphum de aliquo, uel ex aliquo re, Cic.
Agere

LATINI SERMONIS

- Agere turbas, est concitare tumultum.
- Agere tragedias, Idem: quasi res tragedis dignas.
- Agere testudinem.
- Agere, uiuere. Ouid. Septem egerat annos.
- Agere uitam, Hora. Agere uitam in otio, in Adelph.
- Agere uitam ruri, in Adelph.
- Agere uitam silentio, gloria, celebritate.
- Agere uitam parcè, pudicè, duriter, in obscuro, in excuso, Salust. Terent. in Adelph.
- Agere utrungq; Erasmus in Colloq.
- Agere uotum suum, est perseguiri coepit, Ouid. s. Metamorph.
- Agere uigilias. Cic. Ut noctu uigilias agerent ad cedes sacras.

AGI.

- Agip passiuū utimur, quum in periculo uersari rem significamus.
- Aguntur bona multoruū ciuium, Cic. Simē, Cic.
- Agitur bene pro noxia, Plaut. Actum cū ijs pef-
- Agitur de capite, de fama, de salute, res capitris, pecu-
nia uel pecunia, de pecunia, de uectigalibus. Vel per
nominatum. Agitur salus, aguntur uectigalia.
- Agitur existimatio. In Orat. Quum agitur non so-
lum ingenij nostri existimatio.
- Aguntur fortunæ. Cic. Quum fortunas agi eius mu-
nicipij intelligas.
- Agitur in. Cic. Cum ijs in quibus præclarè agitur,
id est, præclarè agunt.
- Aguntur iniuriae sociorum, in Orat.
- Agitur officium. Cic. Cuius præcipuum officium
agitur hoc tempore.
- Agitur periculum commune.

Agitur

OBSERVATIONES.

- Agitur mensis septimus, in Hecyra.
- Agitur res apud iudicem, quo in lite posita est.
- Eares nunc agitur ipsa, i. tractatur.
- Agit diris malis, pro male audire uel cruciari.
- Agit erroribus, errare. Agi furijs.
- Agit in tedium. Ouid. Agiturq; in tædia uitæ.
- Agit in facinus, id est, furibundè peccare, Ouid. s.
- Agitur res mea, tua, sua, id est, refert. Horatius:
Tunc tua res agitur, paries cū proximus ardet.
- Agit perfici. Ouid. s. Ast ubi blanditijs agitur nihil.
- Agit præceps, id est, in præcipitum, Salust.
- Agit uento & fluctibus, nauticum est. Vergil. u.
Vento buc uastis & fluctibus acti.
- Actum est, desperantum Adagium est, Terentius.
- Actum agere, diximus.
- Actum reddere, est factum curare.
- Agitare coetus. Salust. Ne quis in urbe coetus no-
cturnos agitaret, id est, duclaret.
- Agitare conuiua. Terent. Antiqua in consuetudine
agitare inter uos liberè conuiua, i. exercerem.
- Agitare dionysia. Teren. Apud eum miles dionysie
agitat.
- Agitare diuersum. Salust. Primo commotus metu
atq; libidine diuersus agitabantur.
- Agitare gaudium. Sal. Gaudium atq; letitiam agi-
tabant, id est, pacatè & latè uiuebant.
- Agitare imperium. Salust. Beneficijs magis, quam
metu imperium agitabant.
- Agere iniurijs aliquem. Ci. Ut multis iniurijs iacta-
tam atq; agitatam aequitatem.
- Agitare legem. Cic. Agraria lex à Fausto. Tr. Pl.
ueheneter agitabatur, i. in eam ualde incumbebat.

B

Agit-

LATINI SERMONIS

- Agitare malis frugibus.* Salust. Et nunc malis frugibus ipsa uix agitat.
- Agitare moras.* Salust. Nemoras agitando aliud quam bellum mallet.
- Agitare noctem.* Salust. Syllam cum equitibus nocte agitare iubet, id est, uigilare.
- Agitare præcepta.* Salu. Quæ præcepta patris mei quum agitarem.
- Agitare R_ēpublicam.* Salust. Quicunq; R_ēmp. agitauere, id est, administrare.
- Agitare pacem.* Salust. Læti pacem agitabamus.
- Agitare uitam.* Salust. Tum uita hominum sine cupideitate agitabatur.
- Actirare cauſas.* Cic. Municeps noster multas priuates cauſas actitauit.
- Coagitare, clarum est.*
- Coagitare, est dubitare.* Transfertur ad alia.
- Cogitare curas.* Plautus: Astitit seuene fronte, curus cogitans.
- Cogitare cum animo.* Cic. nos tamen id potestis cum animis uestris cogitare, id est, deliberare.
- Cogitare dictaturas.* Ci. Sed eos hoc monco desinant furere, & proscriptiones & dictaturas cogitare.
- Cogitare de re aliqua.* Cæsar: Sed de sua salute die septimo cogitare coguntur, i. sperare.
- Cogitare in animo.* Ter. Omnia hæc si uoles in animo uerè cogitare, id est, deliberare.
- Cogitare aliquò subaudi ire.* Cic. Inde in Tusculanis cogito. i. habeo in animo ire. Cogitare R_omanam.
- Cogitare proficiisci.* Cic. Quia scripseras te proficiisci cogitare.
- Cogitare absolute, pro eodem.* Cic. Leptidas, quo cum diem

OBSERVATIONES.

- die conterere solebā, cras cogitat, supple discedere, Cogitare secum. Cic. Siue quid mecum ipse cogito. Cogitare secum animo. Terentius in Adel. Facito tecum animo cogites.
- EX Agitare, uebementem & crebrum rei commotio-*
nem significat.
- Exagitare moxrem.* Cicero. Ne & meum moxrem exagitem, id est, commoueam.
- Exagitare rem rumoribus.* Salust. Rem ad Senatum referat iam ante uulgi rumoribus exagitatam, id est, de qua rumores iam pridem increbuerant.
- Exagitare aliquid.* Cicero: Reprehendit Aescines quædam & exagitat, id est, diuexat.
- Exagitare exercitationem dicendi.* In Orat. Hanc dicendi exercitationem exagitarent. Item: Huius disputationibus exagitatus maxime est.
- FATigare aliquem.* Salustius: Fatigatus a fratre. Idem: Quos ego audio summa ſße nitri, ambire, fatigare uos singulos, id est, instare apud uos, a uobis contendere uebementer.
- Fatigare animum.* Salustius: Dieq; noctuq; fatigare animum, id est, exercere.
- DEFatigari animum alicuius.* Ad Herennium: Atque animi defatigati ab aduersarijs.
- Defatigari in labore.* Cæs. Fer canſam munitionum tyrones in labore defatigare non intermitit.
- SVBagitare, inire, uel id tentare:* tantumq; de scorto usurpatur.
- Subagitare amicam alicuius.* Terentius: Isthac quidem contumelia est, hominem amicum recipere ad se, atq; eius amicam subagitare.
- Subagitare meretricem,* scortum. Plautus: Dum ille

LATINI SERMONIS

meretricem subagit et.

INDagare, est diligenter inquirere: proprium uenatorū est, qui quævis loca ad feras captandas inuestigant. Cic. ad Att. Tu quicqđ indagāris de Repub. ABIGIMus, que, ubi accesserint, expellimus: & est propriété pecudum.

Abigere pecus, aues, equos, siues, boues, gregem, muscas, &c.

Abigere aliquem à se, ab ædibus, ex ædibus, ad mercatum, in aliquem locum.

Abigere anseres de frumento, in Trucul.

Abigere curas. Horatius: Vinum curas abigit.

Abigere delatores. Plinius.

Abigere edentem à cibo, in Cucr. (tudinem).

Abigere à se latitudinē. In Merc. Abige ab se lati-

Abigere partum medicamentis, est abortum facere, factum corrumpere. Cic.

ADIGERE, compellere.

Adigere aliquem ad insaniam, in Adelphis.

Adigere aliquem ad uel in iusturandum, uel iureiurando, est cogere ad iurandum. Caesar: Ad idem iuriurandum adegit Afranius. Ascon. Curionem id facturum esse iureiurando adegit.

Adigere arbitrii aliquē. De Off. Arbitrum illū ade-

Adigere cuneum inter ligna, inserere. (git.

Adigere sacramento, idem quod iureiurando. Luius libro 7. Omnes iuniores sacramento adegit.

AMBIGERE & ambiguum, nota. Cic. Ex contrarijs si

guid ambigitur. Idem: De quo nihil ambigitur. Cic. Que propter scriptum ambiguntur.

CIRCUMAGO, circumduco. Apul. Nudumqđ hominem circumagens, omnibus ostendebat.

OBSERVATIONES.

Circumagere, persequi. Curtius: Nec uulneratum & ferè seminecem circumagere destiterunt.

COGO uenit à con & ago, estqđ diuera in unum colligere, uel uim facere.

Cogere agmen. Cic. Assentior, ut ne duces simus, nec agmen cogamus.

Cogere ad. In Bacch. Ad lachrymas coëgi hominem.

In Heaut. Quasi talenta ad quindecim coëgi, id est, congespi, coaduniui.

Cogere concilium, equitatum, homines, auxilia, copias, milites, manum, &c. Vergilius: Undiq; cogunt Auxilia. Historica & bellica uox est.

Cogere, densare. Vergil. Frigore mella Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Cogere in stabula oves, congregare, in Bacch.

Cogere in foedera, in concordiam. Ouid. 5. Et dabit fidem, cogamq; in foedera testes Esse deos.

Cogere in prælia milites. Vergil. 9. Aeratasq; acies in prælia cogit.

Cogere in angustum copias, in arctum. Terent. Ita hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copia. I. in summam difficultatem adducor, uel urgeor.

Cogit ius. In Adelph. Quod uos ius cogit, id uoluntate impetrat.

Cogere in ordinem, Plinius. Cogit in Senatum, Cæs.

Cogere in cruciatum. In Persa: Quem pol ego ut non in cruciatum atq; in compedes cogam.

Cogere iudices, Cic.

Cogere latrones, est colligere. In Mil. Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut sibi latrones cogerem & conscriberem.

Cogere medicos. Cic. Rogaret ut cogerem medicos.

B 4 Coge-

LATINI SERMONIS

Cogere operas. Cicero: Nauem onerariam maximam publicè coactis operis edificatam.
Cogere pecuniam. Cic. Innumerabiles pecuniae ex oratorum bonis novo nefarioq; instituto coacte.
Cogere pecus. Vergilius: Tityre coge pecus. Idem q.
 Ad iuga cogit equos.
Cogere pro premere, mulgere. Vergilius: Cogite oves pueri.
Cogere Senatum, Cicero.
Cogere res, supellectilem, est in pretium redigere, ut Menedemus Terentianus.
Cogere stipendium. Cic. Quum stipendium cogerem.
Cogere ui aliquem. In Hec. Vi coepi cogere ut rediret. Coactio argentaria, quaestura.
Coactionem argenteriam factitare, est exercere quaestoris officium, Suetonius.
Coactus legibus. In Andria: Coactus legibus eam uxorem ducet.
Coactus malo. In Adel. Malo coactus qui suum officium facit, dum id rescitū iri credit, tatiſſer cauer.
Coactus ui, lege, iudicio. In Phor. Vi coactum te effe, inuitum lege, iudicio.
Coactus uoluntate. In And. Coactus tua uoluntate es. DEGO, idem quod ago.
Degere aurum, ornamenta, pallam alicui, uel ad aliquem, id est, deferre. (in Epid.
Degere corium de tergo, demere, detrahere, Plautus
Degere diem. In Adel. Hunc diem misere nimis cupio, ut coepi, perpetuum in lactitia degere.
Degere etatem, uiuere. In Phor. Ut cum uno etatem degeret.
Degere etatis tempus. De Senectut. Qui qui pareat omne'

OBSERVATIONES.

omne tempus etatis sine molestia posſit degere.
Degere laborem alicui, demere. In Aulul. Nunc ego iſtum soror laborem degam, & diminuam tibi.
Degere uitam. Cic. Vitam in egestate degere.
Degitur uita. Cicero: Beatam uitam eam, quæ cum uirtute degatur.
EXIGO, absolutionem & reiectionem, siue exclusio-
nem rei alicuius, & debiti receptionem significat.
Exigere etatem, annos, æcum, secula, uitam, est ui-
uere, in Heaut.
Exigere etatem, mensem, tempus, est transire.
Exigere a ſe hostem, depellere.
Exigere aliquem balneis, Cels.
Exigere aliquem domo, ex domo, ex agro.
Exigere comediam, fabulam, explodere cum disphi-
cet, Terentius.
Exigere laſitudinem. Plautus: Vbi labore laſitudo est omnis exigunda, id est, ejiciunda.
Exigere maculas moxoris. Plaut. Iam ego ex corpo-
 re exigam omnes maculas moxorum tibi.
Exigere uxorem. In Hecyra: Vestro etiam impulſu easdem exigunt, id est, repudiant.
Exigere postulare: ut, Studia otium exigunt.
Exigere aurum, censum, conſilium, columnas, calcu-
lum, debitum, gratia, lucrum, mercedem, nummos, no-
mina, numerū militum, pecuniā, pensionem, quaeflum,
tributa, uctigalia, ueritatem, uoluptatem, &c.
Exigere aerumnam, pati. Plautus: Et tu, cuius cauſa
 banc aerumnam exigo.
Exigere, perquirere. Verg. Socijſq; exacta referre.
Exigere supplicium ab aliquo, est sumere.
Exacta etas, exacta etate, exacte etatis, exacto
mense.

LATINI SERMONIS

Redigere, est consumere, absumere per luxū. Plau.
Festo dicit quid prodegeris, profecto egere licet.
Peragere, est perficere. Cic. Propositum nibilo se-
cius peregerat. i. quod proposuerat, effectit.
Peragere animo omnia secum. Vergil. Omnia percur-
ri, atq; animo mecum ante peregi.
Peragere aliquem reum, id est, condemnare. Plinius:
Multiq; priuati reum peregerunt.
Peragere noctē. Apul. Multas noctes peregi insom-
Teregit nauem in portum. i. perduxit. (nes.
Peragere partes suas. Plinius: Disisce num peractas
putes partes nostras. i. meo nomine functum officio.
Peragere uolumina. Plin. Hac intentione tot ista uo-
lumina peregi.
REDIGERE ad insaniam. Redigere ad nihilum.
Redigere aliquem ad inopiam, ad inficitiam, ad mis-
eriam, ad tuniculam. Terent. Per flagitium ad ino-
piam redigat patrem.
Redigere ad paucos. Cic. Nobilissimamq; familiam ad
paucos redactam penè ab interitu vindicasti.
Redigere ad numerum, numerare.
Redigere in concordiam, Cic.
Redigere in potestatem, in ditionem, in deditio-
nem, in seruitutem, in seruitium, in prouinciam, est subij-
cere, Cic.
Redire in memoriam aliquid, est in animum reducere,
Redigere in quadrum aliquid. (Terent.
Redigere in rationes.
Redigere in summā. Asc. Pecunia in summā redacta.
Redigere in pretium opes, res, est pecunia commuta-
re. Ascon. In pretium redactis omnium furtis, id est
estimare, quanti fuerint furtæ.

Redi-

OBSERVATIONES.

Redigere in gratiam, reconciliare. Terentius: Ego
redigam uos in gratiam.
Redigere in publicum, facultates ex condemnatione,
pro confiscare.
Redigere in unum, colligere. Cic. Hoc genus in unum
redigatur.
Redigere in ordinem. Cic. Dispositio est, per quam il-
la, quæ inuenimus, in ordinem redigimus.
Redigere in fumum & cinerem, est abligurire.
Redigere pecuniam. Cl. Bona uedidit, pecunia redigit.
Redigere pecuniam ex. Cic. Cum omnem pecuniam
ex uectigalibus redigisset.
Redigere pecuniam ad. Idem: Cum ad HS. XXD.
quinquies redigisse constaret. i. exegisse.
REDIGI, est perduci. Terent. In id redactus sum lo-
ci, ut quid agam nescio. Idem: Eò redigis me. Idem:
Quò redactus sum?
Redigere sub imperium, subiçere. Caesar: Ardere
Galliam tot contumelijs acceperis sub populi Rom-
imperium redactam.
SAT Agere, est curiosum & anxium esse rerū sua-
rum. Terentius: Is suarum rerum satagit. Donatus
cum accusatio posuit. (cat.
SUBIGERE, cogere, domare, exercere, exarare signifi-
Subigere animum. Salustius: Non aduersa res ingen-
tem eorum animum subegit, id est, domuit.
Subigere fieri. Salustius: Ambitio multos mortales
falso fieri subegit, id est, coegerit.
Subigere ingenium. Cic. Subacto mibi ingenio opus
est, id est, exercitato.
Subigere nationes, feras, populum aliquem, patriam
alicuius, domare.

Subige-

LATINI SERMONIS

Subigere nauem, sursum agere. Vergil. Flumine lem-
bum Remigijs subigit.
Subigere arua, humum, segetes, terram, aut locum ali-
quem, arare, exercere. Cic. Segetes agricultorū subi-
gunt aratris.
Subigere securim, id est, acuere. Vergil. 7. Subiguntq[ue] in cote secures.
Subigere mulierem, subagitare. Cic. Gallam subigo.
TRANSIGERE etatem, annos, diem.
Transigere uitam silentio, Salustius in Catil.
Transigere comediam. Plautus: Ne hanc incboatam
transigamus comediam, id est, absoluamus.
Transigere pro concordare, componere. Terentius:
Inter se transigant ipsi, ut lubet.
Transigere cum aliqua. Cicero: Rosciū pro sua par-
te cum Flauio transegisse.
Transigere de aliquo. Cicero: Nos hic incredibili ac
singulari Pompeij uoluntate de C. Marco trans-
gimus, id est, consecimus.

[AGRARE.]

Peragrare, est circuire, diligenter perlustrare.
Peragrare hortos, uillas, agros, nemora, insulas, ter-
ras, orbem terrarum, &c. Cicero.
Peragrare latebras omnes suspitionum dicendo, id
est, percurrere, Cicero.
Peragrare per animos. Cicero: Sed ita peragrat per
animos hominum, ita sensus mentesq[ue] pertractat.

A L O.

Alere, est uictu temporali uitam suslinere.
Alere equos, canes, Terentius in Andria. Item: Vna
domus non alit duos canes, id est, inter eiusdem rei
et malos non bene conuenit.

Alere

OBSERVATIONES.

Alere corpus corpore. Plau. Quæ alat corpus suum
corpore, quod proprium meretricum est.
Alere exercitum, equitatum, familiam.
Alit ager aliquem. Cicero: Cūm agellus eum non sa-
tis aleret. Transfertur ad incorporeā plerūq[ue].
Alere bellum. Ci. Et mea patientia etiā alere bellū.
Alere controuersiam, Cæsar.
Alere furorem, gloriam, ingenium, Cicero.
Alere spem alicui. Cicero: Qui spem Catilinæ cum
mollibus sententijs aluerunt.
Alere copiam uerborum, eloquentiam, orationem.
Alere artes. Studia alunt artes. Cic. Flonos alit ar-
tes.
Artem quævis alit terra, id est, certissimum uiatil-
icum est eruditio uel artificium. (augescit.)
Alere studia. Puerile studium laudibus alitur, id est,
Alere mentē studijs. Ci. Hominis mēs discēdo alitur.
Alere ignem. Ligna alunt ignem.
Alere cœcos ignes, est amore capi.
Alere flammas. Ouid. Lenis alit flammas, grandior
aura necat.
Alere uulnus in crure, in pectore, in manibus, &c.
uulnere laborare. Verg. Vulnus alit uenis.
Alere morbum, morbo affici.
Alere monstrum, est infidias struere, aud rem sedam
sub fuso occultare, in And.
Alere canes, nō scipsum, est minis necessaria curare.
Alere pro nutritre. Acl. 3. Binos alit ubere foetus.

A L I E N O:

Alienare, distractere, alienum à nobis sacerē.
Alienare aliquid. Cic. Vecigalibus alienatis:
Alienare aliquid ab aliquo.

Alienare

LATINI SERMONIS

- Alienare bona, est sua paruo uendere.* Cic.
Alienare urbem. Salust. Vrbs maximè alienata.
Alienare aliquem ab aliquo. Cic. Et te nonnunquam
Alienare à senatu. Cic. (à me alienarunt.)
Alienare uoluntatem. Cic. Conabantur alienare à
 te uoluntatem meam.
Alienare mentem. Cæs. Sic ut penè alienata mente.
Abalienare, quod nostrum erat, alienum fieri.
Abalienare aliquem. Cic. Qui nos iniuidendo abaliena-
 tauerunt. Terent. Ita nos abalienauit.
Abalienare aliquem ab aliquo. Ci. Totum se à te aba-
 lienauit. Plautus. Isthuc crucior à uiro me rali ab-
 alienarier.
Abalienare benevolentiam. Oic. Valde benevolentiam
 conciliant, abalienantq; ab ijs, quibus hac non sunt.
 A M O:
Amare plus est q̄ diligere. Non modò te diligo, uerū
 etiā amo, Ter. Amo te plus q̄ hosce oculos, in Adelph.
Amat uictoria curam. Ama tanquam osurus.
Amamus nos mutuo. Amamus nos inuicem.
Amamus nos pariter.
Amamus inter nos, idem significant.
Amare de re aliqua. Cic.
Amo te oībus equidē de maximis causis, uerū etiam
 propter hāc. Ter. Ecquid nos amas de fidicina hac?
Amare, cūm maximè. Ter. Hanc Bacchidem amat
 ut cūm maximè tum Pamphilus, id est, quantò magis
 eam amare poterat.
Amare aliquem miseric̄, ualde, multū, recte, benc̄,
 perditē, tenerē.
Amare pro suo. Ter. Eduxi à paruulo, habui, amau-
 pro meo, in Adelph.

OBSERVATIONES.

- Amare fieri aliquid. Salust.* Terrebat eum clamore,
 uultu, sc̄p̄e impetu, atq; alijs omnibus que trā fieri
 amat, id est, cupit.
Amare amorem alicuius. Ci. Delectauerunt me lite-
 re tua, in quibus primum amauit amorem tuum.
Amare uoluntatem. Ci. Sensi ex literis tuis ualde tā
 laborasse: amo igitur uoluntatē i. animū isti debeo.
Amare corde inter se. Plaut. Videas corde amara
 inter se.
Amare corde & animo. Plaut. Neminem hodie magis
 amat corde, utq; animo suo.
Amare in aliqua re aliquem. Ci. Et si in Attilij na-
 gocio te amauit, i. tibi debuit.
Amare meritō aliquem. Terent. Meritō te amo.
Amare locū. Cic. Si me amas, hūc locum amā i. cura.
Amare manum alicuius. Cic. ad Attic. Alexidis
 manum amabā, quod prop̄e accedebat ad similitudi-
 nem tuę literę, i. delectabat.
Amare ex animo aliquem. Cic.
Amare testibus præsentibus. Quod amas, amas testi-
 bus præsentibus.
Amo absolute. Terent. Omnes qui amant, grauitate
 sibi dari uxorem ferunt, in And.
Amare iurisurandi loco usurpat. Ter. Ita me dī bē-
 né amant.
Amare obtestantis. Cic. Si me amas.
ADamare est amatoric̄ amare. Val. Quinti. Omnes
 matres amant liberos suos tanquam adamarent.
Adamare pro placere & concupere posuit. Cicer. in
 Orat. Et si illam præclaram & eximiam speciē ora-
 toris perfecti & pulchritudinem adamasti, in Epist;
 Quarum laudum gloriam adamaris.

Amare

DE 4.

LATINI SERMONIS

DEamare est ualde amare. Terent. Deamo te Syr.
Plautus: Quan herus deamat tuus.

REDAMO est amo amantem.

Ambulare spaciari.

Ambulare foro, id est, per forum. Cic. Manilium no-
etiam uidimus transuerso ambulantem foro.

Ambulare in littore, in sole, in publico.

Ambulare, pro ire longius. Cicer. Neminem esse, qu
posset biduo, ad summum triduo septingenta milia
passuum ambulare.

Ambulare transituè. Ci. Si Xerxes maria ambu-
set.

Inambulare in. Ci. Disputabat inambulantes in Lici-

DEambulo, Obambulo, expositione non egent.

AMP L I O.

Ampliare est iudicium differre. Cic. Et potestas est
se ampliandi.

Ampliare aliquem. Cic. Aut istum nefarium homini
ampliaueritis?

AMP L I F I C O.

Amplificare autoritatem, amplitudinem, dolorem
gloriam, pecuniam, rem familiarem, Rem publ. pret-
um, urbem &c. dicimus.

ANG O.

Angere aliquem. Ad Atti. Multa sunt quæ me soli
citant anguntq.

Angere animum. Terent. Ac non quotidiana cum
bac angeret animum.

Angere animi sc. Terent. Animus angebat falso
penitens.

Angi animo, intimis sensibus, desiderio, dolore, ex-
pectatione, & alijs rebus.

Angi

OBSERVATIONES.

Angi de. Cic. Non possum sine dolore accusare eum,
de quo angor & crucior.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Ego illum in-
commodis angam.

ANIMO.

Animare aliquem, in aliquem. Ci. Ita in te animatum
esse uidemus, & est in bonam partem.

Exanimare metu, sepius dicimus, & si exanimatio
ex metu nascitur. Terent. Oratio hec memiserunt
exanimauit metu. Idem:

Scio esse exanimatam metu.

ANTIQUO.

Antiquare est in morem pristinum reducere.

Antiquare leges, rogationes, est abrogare.

Appellare, inter composita Pello babebis.

A.R.O.

Anare frumentum, Cic. Anare terrā, littus, &c.

Exarare, pro scribere capi semper cum paucis ag-
gitur, apud Ciceronem indicant uoces hunc adun-
ctæ proficiens, nescio quid, accubueram, & ijs si-
miles.

Exarare epistolam, exemplum literarum. Cic. Tan-
tum labore suo frumenti exarabant, &c.

Exarare sepulchra. Cic. Sed quum multa sepulchra fu-
issent, exarat a sunt, id est, ad frugem exculta.

A.R.C.E.O.

Arcemus, quæ prohibemus ne accedant, &c.

Arcere uim, hostes, hostium copias. Cic. Ille tenet &
scit ut hostium copiae, ru ut aquæ pluie arceatur.

Arcere canes, muscas, fucos. Verg.

Ignauum fucus pecus à presepibus arcent.

Arcere ignauiam, ignorantiam.

C

Arcero

LATINI SERMONIS

Arcere aquas, flumina. Ci. Nos flumina arcemus, diriginus.
 Arcere uinculis, custodia. Ci. Ut famulos uinculis a custodia arceamus.
 Arcere finibus. Ci. Videbam non posse arceri orij finibus, id est, contineri.
 Arcere testibus aliquem. Plau. Si post hac te reprehēdero hic, arcebo testibus, i.e. p̄ testes cōprehēsum tenebo.
 Arcere à de Offi. Maximè aut̄ h̄ec etas à libidinibus arcēda est. Hinc Ars, arcus, arx.
 COERCERE aliquid aliquare. De Offi. Eos morte, exilio, uinculis, danno coērcent.
 Coērcere ab. Ci. Et progressu coēcuit.
 EXERCERE singularis elegantiæ uerbum.
 Exercere aliquem. Terent. Ego te exercebo hodie, ut dignus es filicium. i. tructabo, defitigabo.
 Exercere aliquem odij, odio prosequi, Verg. 4.
 Exercere aliquem curis.
 Exercere artes medicas, musicas, liberales, mechanicas, ludicas, ueneficas, chiromaticas, nigromaticas. s.
 Qui. 2. Nititur ex medicas exercet inaniter artes.
 Exercere physicam.
 Exercere auaritiam, ambitionem, inuidiam, tempestantiam, fortitudinem, taciturnitatem, uirtutes, uitia, Gc. Salust. in Catil.
 Exercere aliquem ad rē, exercitatu reddere, Terent.
 Exercere etatem, uiuere, Plaut.
 Exercere arma. Verg. 4. Nō arma iuūctus Exercet.
 Exercere dīm. Salu. Primo magis ambitio q̄ auaritia animos hominū exercebat. i. solicitabat, uexabat.
 Exercere animam. De Offi. Animam tu exerce in optimis moribus.

Exerce-

OBSERVATIONES.

Exercere aliquem ad. Ci. Aristoteles adolescentes ad copiam rhetorum in utramq; exercuit.
 Exercere abactus hospitū, est ubiq; exercere hospites, Plin.
 Exercere bacchanalia, est potu se obruere. Plautus:
 Bacchanaliate exercuisse oportuit senex.
 Exercere agros, campos, rura, Horat.
 Exercere choros. Verg. 1. Exercet Diana choros.
 Exercere clamores multos.
 Exercere cauponam, illepidē, tenere hospitium.
 Exercere comediam, tragœdiā.
 Exercere discipulos, Suetonius.
 Exercere diem, est in usum conferre, Verg. 10.
 Exercere discordias.
 Exercere dominium, potestatē.
 Exercere equos, tauros, est agere, Verg. 7.
 Exercere ferrū. Cato: Ferrū si exerceas, conteritur.
 Exercere famulos, ancillas, seruos. Verg. Famulas
 ad lumina longo Exercet penso.
 Exercere iuūctutē, est ab otio ad uirtutes præbhere.
 Exercere ingenium. Sa. Neq; ingenium ad male faciēdū exercui. Cl. Et magis ingenium nostrū exercebimus.
 Exercere ingenium corpore, est quod q̄s didicit, re ipse exhibere. Sa. Ingenium nemo sine corpore exercebat.
 Exercere inimicias, iracundiam, Cic.
 Exercere iurgia, simultates cum hostibus, Sulust.
 Exercere iudicia uel iudicium, est iudices ad iudicium cōgregare. Ci. Iudicium in prætura publicū exercuit.
 Exercere iustitiā, Plin. Exercere ius in aliquem.
 Exercere libidinē suam in aliquem. Exercere ludos.
 Exercere labores, est laborare.
 Exercere malitiam, memoriam, Cic.
 Exercere misericordiam.

O 3 Exer-

LATINI SERMONIS

Exercere manus in parietem. Manus prius in parietem exerceas, quam mihi infligas.
Exercere membra laboribus, cursu, palestrā. Ver. 5.
Pars in gramineis exercet membra palestris.
Exercere mercaturam.
Exercere nuptias, Hymenæos. Verg. Quin potius pœm. pactosq; Hymenæos Exercemus.
Exercere nomen patris, fungi officio patris, Plin.
Exercere odium, est odisse. Ouid. 5. O 9. Sed inexorabile durus Exerces odium.
Exercere palestram. Ver. Exercent patrias oleo labente palestras.
Exercere pacem, Verg. Exercere physicam.
Exercere pyraticū. Exercere pilā, globū, Vergil. 7.
Exercere poenas in aliquem, Verg. 6.
Exercere pugnos. Plaut. Pugnos si in me exerciturus quoſo in parietē ut primum domes.
Exercere uel exerceri pœnis, plagis, curis, iurgijs, iniuria, inædia, inertia, litibus, odijs, supplicijs, tormentis, ui, uanaſſe. Ho. Strēnua nos exercet inertia.
Exercere questionem. Cic. Cūm prætor questionem interficarios exercuisset.
Exercere fatis, est infortunia pati.
Exercere ſe ad cursuram, Plaut.
Exercere ſe in agris, Terent.
Exercere ſe in ſua arte, prouerbiū ſapit. Cic. Quam quisq; norit artem, in hac ſe exerceat.
Exercere ſumptum, lucrificere. Terent. Qui opere rustico faciendo facile ſumptum exerceant ſuum.
Exercere ſtylum, calanum, manum calamo, est ſubindeſcribere. (cita legibus uindicatur.
Exercere ſupra. Asco. Et in quibus ſupra exer-

OBSERVATIONES.

Exercere ſe alicui. Cic. Subduc cibum unum in diem Athlete, Iouem Olympiū, cui ſe exercebit, implora-
Exercere turbinem, trochum. (bit.
Exercere terram, tellurem uomere, aratro, Verg. 11.
Exercere uelitationem, contendere, rixari, Plaut.
Exercere uocem, uociferari, Plautus.
Exercere uices. Verg. 9. Exubat exercetq; uices.

A R C E S S O.

Arceſſo, uide accerſo. Cic. Si erit neceſſe, arceſſemus id est, uocabimus.
Arceſſere ad ſocietatem, babes apud accerſo exemplum.
Arceſſere capitis aliquem. Cic. Non arceſſere uitū, non capitis arceſſere.
Arceſſere in iudicium capitis. De Officijs: Negi unquam innocentem in iudicium capitis arceſſas.
Arceſſere iudicio. Ci. Ut huc hoc iudicio arceſſeret.

A R D E O.

Ardere, uri. Vergil. 2. Ardet apex capiti.
Ardere, ferè amoris aut uebementis affectus uerbum eft. In Buc. 2. Corydon ardebat Alexinus, id eft, impatienter amabat. Horatius: Donec non aliam magis arſisti, pro amasti.
Ardere aliquare, et in aliquare, dicimus.
Ardere amore, auaritia. Salustius: Octeri ex licentia, aut odio, aut auaritia in tempus arſere.
Ardere absolute, pro amore flagrare. Vergil. 4. Ardet amans Dido.
Ardere bello. Cic. Orbem terrarum diſtributis imperijs ardere bello.
Ardere cupiditate incredibili. Pro rodem absolute. Verg. Patriaq; mori pro moenibus ardēt. i. cupiunt.

C 3 Arde-

LATINI SERMONIS

Ardere in cupiditatibus. Salust. Ardens in cupiditate
 Ardere desiderio, consumi. (tibus)
 Ardere dolore. Cic. Is cū arderet podagræ dolorib.
 Ardentes equi, animosi, flammuomi dicuntur. Verg.
 Ardere flagitio maximo, infamem reddi. Plinius.
 Ardere, fessinare. Vergil. Instant ardentes Tyrii.
 Ardere, fulgere. Vergil. Ardebat murice lance.
 Ardere incendio. Cic. Vna Gallia communis non ardet incendio.
 Ardere inuidia. Cic. Res erdet inuidia.
 Ardere iracundia, uel absolute. Vergil. Latumq; per agmen Ardens limen agit.
 Ardentes literæ. Cic. Ardentes in eum literas admisit.
 Ardere odio, diximus. (misit.)
 Ardentes oculi. Cic. Ardebat oculi.
 Ardens oratio. Cic. Nisi ardens ad eum perueniret oratio.
EXARdere aliquid alicui, & aliquare, dicitur.
 Exardere amorem. Cic. de Offic. Ex quo eorum exardest amor, sive amicitia.
 Exardere aliquem. Cic. Non tulus ille, sed grauitate exarset.
 Exardere aliqua re aliquem. Cic. Nunc uero sibilis uulgi, sermonibus honestoru, fremitu Italicu ueror ne exarsent. i. iracundiores facti sunt.
 Exardere bellum. Cic. Bellum subito exarset.
 Exardere desiderio alicutus. Cic. Tota Italia desiderio libertatis exarset.
 Exardere dolorem. Cic. Exarset dolor.
 Exardere fremitu, diximus.
 Exardere importunitatem. Cic. Repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarset.

Exar-

OBSERVATIONES.

Exardere iniuriam. De Offic. Nisi quædam intolentib; iniuria exarserit, id est, exorta sit.
 Exardere sermonibus, sibilis, supra patet.
 Exardere in amplificatione. Cic. In omni genere amplificationis exarsumus.
 Exardere aut exardescere in iras, est excandere, Vergil. 7. de Alecto.
AREO areSCO, exareo exaresco, satis nota significationis sunt.
 Ardent annes, fontes, lachrymæ, rationes, urbanitates. Admittit etiam ablativum.
A R G V O.
 Arguere aliquem alicuius rei, aliqua re, et in aliqua re, dicimus pro accuso.
 Arguere aliquem avaritiae, dedecoris, furti, pecunie interuersæ, proibri, stupri, id est, incusare.
 Arguere aliquem criminis. Cic. Nunc modò hoc te crimine arguo.
 Arguo, ostendo, designo, palam facio, detego, increpo:
 Verg. 4. & Ausonius: Degeneres animos timor ar-
 Arguit magistratus uirum. (guit.)
 Arguere ex auditio, est auditæ loqui. Plaut. Vidi, non ex auditio arguo. Arguere sollicitum, Sueton.
A R G V T A R I, uerbis seducere.
C O A Rguo iure. Cic. Omnibus rebus coarguitur a me. Idem: Coarguitur criminibus.
R E D A Rguo, est arguentem arguo. Cato:
 Quæ culpare soles, ea tunc feceris ipse:
 Turpe est doctori, quum culpa redarduit ipsum.
A R M O.
 Armare, idem quod munire est.
 Armare aliquem ad aliquid. Ci. in epist. Quid te ad

LATINI SERMONIS

omnia summum atq; excellens ingenium armavit.

Armare animis aliquem. Cic. *Armati animis iam es- se debemus.*

Armare autoritatem publica & liquid. Ci. *Temeritatē concitate multitudinis autoritatem publica armare.*

Armare calenos ueneno. Vergil.

Armare copias. Salust. *Iugurtha quam maximas posse, copias armat.*

Armare muris urbem. Cic. *Carthago succincta por- tibus, armata muris.*

Armare pastores, seruos. Cæsar: *Seruos, pastores armat.*

Armare naues. Cæsar: *Ea quæ sunt usui ad arman- dinae naues, ex Hispania apportari iubet.*

Armare in hostem. Vergil. 10. *Mixtus dolor & pudor armat in hostem.*

Armare in fata. Ouidius 7. *Quis uos in fata parentis armat?*

Armare se armis, artibus, clypeo, ebrietate, furor, gallo, gladio, lancea, lingua, scuto, scommatibus, re- meritate, thorace, ueneno, &c. Vergil. 7. *Hictorn armatus adusto.*

AVERIÆ cupere. Hinc auditus, auditus.

Aude, aduenientis salutatio.

AUDITO.

Audire ab auere sit, et q; auribus percipere: gaudet item accusatio, daxi quo, muluis prepositionibus, & quibusdum aduerbijs.

Audire Aeneida, Ciceronis Officia, Floratum, &c est discere preceptore legente.

Audire preceporem, est se sue doctrinæ & discipli- næ dedere, atq; discipulum esse. Inde auditor, pro di-

scipulo

OBSERVATIONES.

scipulo. Quintilian. Gorgia auditor Socrates.

Audire attentè. Cic. *Vos oro atq; obsecro, ut atten- tè bona cum uenia uerba mea audiatis.*

Audire bene, est laudari. In prol. Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene. Cicero: *Bene audire a pa- rentibus, a propinquis, a bonis eriam uitris.*

Audire bona cum uenia, uide Attentè.

Audire a. Cic. in Epist. *A maioribus natu audiui. In Orat. legitur de.*

Audire ad. Ci. *Audiui igitur ad oēs, scilicet literas.*

Audire de. Cic. *Audiui hoc de parente meo puer.*

Idem: Delectabatur mirificè lectione librorum, de quibus audiebat.

Audire e. Cic. *Addebat è prædonibus se audisse.*

Audire ex. Cic. *Ex istis saepè audiui.* Idem: *Et si hoc te ex alijs audire malo.* Terent. *Cave posthac (si me amas) unquam istibuc uerbum exte audiam.*

Audire ex contraria parte, Cic.

Audire pro exaudire. Verg. *Audiat et genitor,* &c.

Audire dicto, obsequi. Plaut. *Dicto haud audiebat.*

Audire pro credere, parere præcipienti, cum dati- uo, nisi in participiali uoce, rarius reperitur. Cæ- sar: *Dicto audientes non fuerunt.* Cum accusatio uero & saepissimè, idq; cum negatione uel sine ea. Cic. *Nunquam labere, si te audies.* Idem: *Nec Homerum audio.* Item: *Si fabulas audire uolumus.* Idem: *Te audi, tibi obtempera.*

Audire, sine uerbo positum. Quintil. *Nec audiendi quidam, id est, non credendi.*

Audire habeo. i. audiendum est mihi.

Audire, pro fateri. Aliquando ut runq; simul, audio & fareor inuenimus.

LATINI SERMONIS

- Audire lites, est criminari. Terentius in Phorm.* *Augere benevolentiam. De Offc. Auxit benevolentiam consuetudo.*
- Audire male, est uituperari. In Phorm. Si herum in simulabis auaricie, male audies.* *Augere ciuitatem, est plures ciues addere, Plautus.*
- Audire nuntium. Cic. Vix ter in anno audire nuntium possunt uulgò, habuere ullam nouam.* *Augere culpam suam, Plinius.*
- Audire se uel illum, est suam uel alterius uoluntatem sequi.* *Augere dolorem. Cic. Oculi augent dolorem.*
- Audiens imperij, obtemperans, Plautus.* *Augere exercitationes. Cic. Exercitationes animæ etiam augendæ uidentur.*
- EX Audire, est clarè audire: eorumq; proprium est qui longè audiunt. Cic. Quantum potero, uoce contendam, ut hoc populus Rom. exaudiat. Cœf. Ita clariore uoce, ut magna pars militum exaudiret.* *Augere furorem. Cic. Auget tuus amicus furorem indies magis.*
- Exaudire pro dare & concedere ueniam, negant quidam dici.* *Augere gloriam. Cic. Quod ad Cn. Pompeij gloriam augendam tanto studio te dedisti.*
- Exaudire aliquando significat idem quod simplex. Verg. Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum.* *Augere iracundiam alterius, Terentius in Adelph.*
- IN AVdare, perfectè audire. In Mostel. Metuo ne bac re quippian inaudiuerit. Cic. Quæ te uideo in audisse, id est, percepsisse. Idem: De qua ego ex te pnum inaudiueram.* *Augere industriam alicuius, in Adelphis.*
- Inauditia criminatio, id est, non cognita.* *Augere memoriam. Cic. Posteritatis immortalē, memoriam augebit.*
- Inauditum damnare & capite punire, dicimus.* *Augere molestiā, metum, Sal. Cæteris metus augeri.*
- OB AVdare & OB Edire, modò contraria sunt, modò pro eodem captiuntur, & gaudent datino.* *Augeri nomen. Cic. Ad meum uomen augendum.*
- Obaudio, est subsanno. SVB audio, subintelligo.* *Augere numerum, dicuntur nullius frigi homines, Plaut. Metuo ne numerum augeam illum.*
- AVGE O.* *Augere opes, peculium, accumulare.*
- Augere, est ad id quod antè erat addere, exigitq; nūl accusatiuum per se, nunc accusatiuum cum ablatiuo.* *Augere pacē. Cic. Ut pos sit pacē humanitas augere.*
- Augere animos inimicorum, in Asin.* *Augere Rempublicam. De Offic. Quibusq; rebus uel bellii, uel domi poterunt, Rempub. augeant.*
- Augere auxilia, est militarem gregem copiosiorem.* *Augere suspicionem, studiū, timorē, uectigalia, &c.*
- In Off. Augere auxilia uestris uictis legionibus.* *Augere aliquem bonis cōditionibus, beneficijs. Deus tandem nos summis auxit beneficijs.*

Aug.

AVGB

OBSERVATIONES.

- Augere benevolentiam. De Offc. Auxit benevolentiam consuetudo.*
- Augere ciuitatem, est plures ciues addere, Plautus.*
- Augere culpam suam, Plinius.*
- Augere dolorem. Cic. Oculi augent dolorem.*
- Augere exercitationes. Cic. Exercitationes animæ etiam augendæ uidentur.*
- Augere furorem. Cic. Auget tuus amicus furorem indies magis.*
- Augere gloriam. Cic. Quod ad Cn. Pompeij gloriam augendam tanto studio te dedisti.*
- Augere iracundiam alterius, Terentius in Adelph.*
- Augere industriam alicuius, in Adelphis.*
- Augere memoriam. Cic. Posteritatis immortalē, memoriam augebit.*
- Augere molestiā, metum, Sal. Cæteris metus augeri.*
- Augeri nomen. Cic. Ad meum uomen augendum.*
- Augere numerum, dicuntur nullius frigi homines, Plaut. Metuo ne numerum augeam illum.*
- Augere opes, peculium, accumulare.*
- Augere pacē. Cic. Ut pos sit pacē humanitas augere.*
- Augere Rempublicam. De Offic. Quibusq; rebus uel bellii, uel domi poterunt, Rempub. augeant.*
- Augere suspicionem, studiū, timorē, uectigalia, &c.*
- Augere aliquem bonis cōditionibus, beneficijs. Deus tandem nos summis auxit beneficijs.*
- Augere aliquem honoribus, imperio, magistratu, noua dignitate, officijs.*
- Augere cumulo aliquid. Cic. in epistolis: Ita magnum tuum beneficium magno cumulo auxeris.*
- Augere uerbis aliquid. De Offic. Neq; enim uerbis augere suum munus, si quo forte fungitur.*

LATINI SERMONIS

AUGERI damno. In Heauton. Ergo herus damno auctus est.

Augeri filiolo aut filiola, liberis, noua prole, sobole. Cic. Filiola me auctum scito salua Terentia.

Augeri honore, Cic.

Augeri latitia. Cic. Tanta latitia auctus sum, ut mibi non constem.

Augeri spiritu. Cl. Et hoc coelesti spiritu augemur.

Augeri aliquē. Cic. Hircius auctus fore uidebitur.

AUGE Scere, idem quod augeri. In Heaut. Mibi quidem quotidie auge scit magis de filio & gritudine. Plinius: Augescunt corpora dulcibus atq; pinguibus, minuuntur siccis & aridis & siti.

Augescunt animi, id est, magis ac magis augmentur.

AUCTARE aliquem lucro, lucrifacere. In Amp. Bono atq; amplio auctare perpetuo lucro.

AD AVE geo. Cicero: Vocem quoq; adaugere oportet. In Heauton. Timet ne tua duritia illa antiqua etiam gdaucta sit. In Sticho: Decumam adauictam tibi gratulor.

COAVGMENTARE uerba uerbis. Cic. Verba uerbis quasi coaugmentare negligat, id est, nimiam ne adibeat in coniungendis uerbis diligentiam.

Coaugmentare pacem. Cic. Docebo ne coaugmentari quidem posse pacem, id est, componi.

EX AVE geo. In Sticho: Benefacta maiorum tuorum exauge. In Heauton. Concurrunt multæ opiniones, que mihi animum exaugeant.

AVGVRO R.

Augurari uel augurare, quod apud ueteres usitatus

Augurari conjectura. Cic. Quantum conjectura auguratur.

Augu-

OBSERVATIONES.

Augurari opinione. Cic. Quantum ego opinione auguror.

Augurari de. Cic. Sed de illo qd augurer, libet dicere.

AVSOLUTO.

Auscultare pro audio accusatiuum uult. Plautus:

Hic auscultet, que loquar.

Ausculto cum datiuo, idem quod obtempero. Plaut.

Tibi ausculto. Mibi auscultat. Auscultato filio.

AVTORO.

Autorare, est obstringere, obligare, praesertim de milite: quia militiæ sacramento obstringi milites solebant. Cic. Quia quum depresso in ludum, bis gratias depugnasset, autorari se nolebat.

EXautorare, liberare. Infamia tamè militem exau-toratum sequebatur.

AVTVM O.

Autumare, credere, cogitare, iudicare. Plaut. Nisi hoc ita factū est, perinde ut factū esse aut uno.

Autuniare, dicere. Pla. Quā illæ illū autumare au-

BIBO.

(dio.)

Bibere uinum, ceruisciam, aquam.

Bibere ad æquales haustus.

Bibat Helleboruni. Strychnum bibit, in est, insanit, insanitæ remedium sumat.

Bibere mandragoræ, est in officio cessare, dormitare;

Aut bibat, aut abeat, hoc est hominū consuetudin-te accommoda, uel totum subducit.

Dare bibere, dare potū, miscere. In And. Quod ius, ei date bibere.

Bibere metaphoricè captum. Verg. Bibit basta crux.

re. Idem: Longumq; libebat amorem. Idc. Sat præ-

biberūt, pro Satis iocatum est, poëtis relinquimus.

Bibere

LATINI SERMONIS

Bibere extrema aut supraea.
 Bibere pro discere. Eraſ. Non facile dedicitur quod
 puerilibus bibitur annis.
 Bibere auribus, pro animaduertere. Poëticum. Ho.
 Densum humeris bibit aure vulgus.
 Bibere mandatum. Plaut. Quanquā ego uinum bibo,
 at mandata non consueui bibere.
 Ad bibo pro simplici. Terent. Is mibi ubi ad bibt
 plus paulo, sua quae narrat facinora?
 Combibo. Cice. Infici iam debet his artibus, quas si
 dum est tener cōbiberit, ad maiora uenit paratior.
 Combibit os maculas, Ouid. 5. Inde Combibo, onis,
 compotor, Cic. (meri.)
 Ebibere plenos cyathos, amphoram, cyrneam uini.
 Ebibere imperium heris, est bibendo negligere. In
 Amph. Non ego cum uino simul ebibi imperium tuū.
 Ebibere sanguinem alicuius, exugere. In Curc. Mibi
 misero amanti ebibi sanguinem.
 IMBibere aliquid animo. Cic. Nisi de uobis malam
 opinionem imbibisset, id est, male sibi peruersum de
 uobis haberet.
 PER bibere medullam. Plaut. At ego perij, cui me-
 dullam laſtudo perbabit.

PRAE BIBO REBIBO nota sunt.

BACCHOR.

Bacchari, Bacchanalia celebrare.
 Bacchari, bacchantium more furere. Verg. 4. Aenei.
 Totamq; incensa per urbem Bacchatur.
 DEbacchari, idem. Si satis iam debacchatus es leno,
 audisi uis nunc iam, in Adelph.
 Debacchari in aliquem. In Adelph. Ego debacchatus
 sum in te, en tu in me?

Deba-

OBSERVATIONES.

De baccharimentem. Salust. Menter debacchante
 inaudita feritate.

BLANDIOR.

Blandimur quoquo modo, dum placere studemus ma-
 gis quam bene dicere.

Blandiri uitij nostris dicimur, dum ea excusamus
 aut attenuamus.

EBLandiri, blanditijs obtainere. Colum. Quibus soli-
 citudines ruris e blandiantur. Ci. E blandire, effice
 ut Plancus, quem ſpero optimum esse, sit etiam me-
 lior opere tuo.

E blandiri suffragia. Cic. E blandita illa, no enucle-
 ata esse suffragia.

SVE blandiri. In Casin. Non matronarum est offici-
 um, sed meretricum mi uir, sub blandirier.

BULLO.

Bullare, bullas facere. Cato: ybi bullabit uinum, igne
 subducito.

EBULLIRE, feruescere. Ci. Qui si uirtutes ebullire uo-
 lent & sapientias, nihil aliud dicent, id est, diligen-
 ter animaduertere & considerare.

CADO:

Cadere uariat pro elegantiā significatiōnem, nunc
 mori, nunc eueniare, conuenire significat.

Cadere animus aut mens dicitur, quum quis expue-
 scit, est Germanismus. Ouid. 7. Cecidere illi animis
 manusq;

Cadere animo, est ſpem abijcere. Cic. Non debemus
 ita cadere animis.

Cadere autoritatē. Ci. Authoritas p̄cipū cecidit.

Cadere ciuitatem. Ci. Ut si tanta ciuitas cedat, quod
 dij omnes obruant.

Cadere

LATINI SERMONIS

Cadere aliquid alicui. Cic. Valde optanti utriq; nostrum cecidit, id est, successit.

Cadere caussa, caussam amittere, litem perdere, succumbere. Cic. Ut ei quem defendebat caussa cadere liceret. Idem: Minus multi iam te aduocato caussa cadent.

Cadere formula, idem Quintil.

Cadunt folia arborum, idem.

Cadunt lachrymæ. Teren. Homini illico lachrymæ cadunt quasi puerο, in Adelp.

Cadere laudem alicuius. Cic. Tua laus pariter cum Repub. cecidit.

Cadere sydera dicuntur, quum occidunt. Vergil. Sic sol, dies, umbra cadit, quā uergit ad occasum. Ouid. 4. Iamq; cadente die ueritus sc̄e credere nocti. Verg. Maioresq; cadunt altis de montibus umbre.

Cadere rorē. Plau. Suo sibi succo uiuūt, si ros nō ca-

Cadere uerba, uultum, oculos alicui. Cic. Sed (dit tibi) tum oculi, uultus, uerba cecidissent.

Cadere bene, belle, commode, percommodè, opportuni, optatè, ita ut, quē admodum uolumus, aliter atq; male, incassum, quorsum. &c. profuscedere, accidere. Cic. Cecidit bellè. Idem: Eloc adhuc percommodi- cadit. Idem: Verebar quorsum id casurum esset.

Cadere altè, pro ex alto. Cic.

Cadere numerose aliquid. Cicero: Cadere tantum in merosc̄e opertere.

Cadere grauiter. Cicero: Tam grauiter cadere non possunt, id est, errare.

Cadere ab aliquo. Cic. A te mibi omnia semper bone- sita & iucunda ceciderunt, id est, euenerunt, beni in- cum egisti, optimè de me meritus es.

Cadere

OBSERVATIONES.

Cadere à caussa. Cicero: Ut à caussa cadatis, qui non quemadmodum oportet, egerit. uide, Cadere caussa.

Cadere ab hoste, est occidi. Sueton.

Cadere ad numerum aliquid. Cicer. Nullæ argutiae ditorum, non ad numerum articulus cadens.

Cadere ex equo. Cic. cecidisse ex equo dicitur.

Cadere ex bona fortuna. Cicero: Si bona ex fortune quis cadat.

Cadere in iudicio. Noluerunt sapientissimi homines quenquam cadere in iudicio.

Cadere in syllabas. Cic. Quod uerba melius in syllabas longiores, cadunt.

Cadere in spondæos. Cic. & in spondæos cadit, id est, terminatur.

Cadere in perniciem. Salu. Ni misericordia in perni- ciem casura esset.

Cadere in cogitationem. Cic. Quod ne in cogitatio- nem quidem cadit.

Cadere in consuetudinem. Cic. Sed in consuetudinem nostram non caderet.

Cadere in deliberationem aliquid, in disceptationem, in disputacionem, in dubium, in diuersum, in quaestio- nem dicimus, ubi de ea apud nos non satisfacit, Cic. 1. Offic.

Cadere in ætatem. Cic. Quod nō cadit in hāc ætate.

Cadere in formam unam. Idem: Neq; in unam formam cadunt omnia.

Cadere in fortunam. Cic. Quod nō in nostram fortu- nam cadere possit.

Cadere in intelligentiam. Idem: Quod nō in nostram intelligentiam cadit. item deorum.

Cadere in maiestatem. Cic. Minimè cadit in maiesta-

D Cadere

LATINI SERMONIS

- Cadere in naturam. Idem: Minus cadere in eiusmodi naturam posset.
- Cadere in suspicionem. Ci. Multi etiam pertinentes in suspicionem caderent. i. uenirent.
- Cadere suspicionem in aliquem. Idem: In quem, ne si insidijs quidē ille imperfectus esset, caderet ulla suspicio.
- Cadere in uirum bonum. Ci. Cadet ergo in uirū bonum mentiri emolumenti sui causa?
- Cadere in potestatem alicuius. Idem: Cadendum est in unius potestatem. i. ueniendum.
- Cadere numeros in orationem. Ci. Ut qui maximè cadunt in orationem. i. conueniunt.
- Cadere in offensionem. Idem: Ne in offensionē Atheniensium caderent. i. inciderent.
- Cadere in principia aliquid. Cic. Quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorū uerborum satis decorè cadunt, id est, conueniunt.
- Cadere in bello, dicuntur qui mortui desiderantur.
- Ver. 10. Vos etiā gemini Ruruli cecidistis in aruis.
- Cadere in plano, subaudi loco. Quid.
- Qui cadit in plano, uix hoc tamen euentit ipsum.
- Cadere inter os & offam. Multa cadunt inter callidem supremamq; labra, id est, Nibil tam certum quod non mutari posse. Adag.
- Cadere sub oculos. Cic. Quæ sub oculos non cadunt.
- Cadere sub censem. Idē: Ut sub sensum cadere nō posse.
- Cadere sub mensurā aurii. Ci. Quicquid est (sent. enim quod sub aurium mensuram aliquam cadit).
- Cadere sub imperium alicuius. Idem: Sub populi Romanī imperium ditionemq; ceciderunt.
- Cadere sub potestatem. Cic. Nunquam sub legum & iudiciorum potestatem casurum esse putasti?

Cadere

OBSERVATIONES.

- Cadere absolute, pro occidi. Plaut. Crebribosstes cadunt.
- Cadere pro mori. Oui. 3. Suoq; Marte cadunt, subiti per mutua uulnera fratres.
- Cadere pro destrui, aut pessum ire. Verg. 2. Aeneid. Cecidit Ilium. Cecidit Babylon.
- Cadere pro disperire, negligi. Ver. 2. Aetlo. Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
- Cadere pro eueniare. In Adel. Si illud quod est maxime opus, iactu non cadit: illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
- Accidere tam de secundis quam aduersis rebus dicitur. Visitatiū tamen de aduersis. (mus.)
- Accidere aliquid alicui, ad aliquem, & in aliquę dicitur.
- Accidere boni aliquid. Terent. Interēa aliquid acciderit boni.
- Accidere calamitatem alicui. Cic. Mibi crede singulares huic municipio calamitates accidisse.
- Accidit clamor auribus nostris. Plin.
- Accidere dolorem alicui. Cic. Mirum quendam dolorem accidere illis.
- Accidere dubitationē. Ci. Credo si quādo dubitatio accidit fortuitū, id est, forte euenit, Pli. (accidit.
- Accidere facultatem alicuius rei. Cæsar: Hæc cogitanti accidere uisa est facultas bene rei gerenda.
- Accidere gratissimū aliquid alicui. Ci. Intelligo quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima.
- Accidere iucundissimum aliquid alicui. Idem: Minime mihi miranda, & maximi iucunda acciderunt.
- Accidet nihil quicquam horum, Terent.
- Accidere tela. Cæs. Ut neg ex inferiorre loco satis commode tela adjici possent, & missa à Gallis grauius acciderent, id est, caderent.

D 2 Accidere

LATINI SERMONIS

Accidere diuinitus. Cic. Si id diuinitus accidisse potuerit uideri.

Accidere quorsum. Teren. Timeo hoc incertum quorsum accidat, id est, cadet uel euadet.

Accidere ad genua alicuius, pro geniculari. In Hc. Ut limen exirem, ad genua accidit.

Accidere ad animum aliquid. Ci. Quod me uetas quicquam sufficari accidisse ad animum tuum.

Accidit ad aures meas sonitus. i. uocem audiui, Plaut.

Accidere in aliquem aliquid. Terent. Isthuc uerbum uerè in te accidit, id est, in te quadrat.

Accidere præter opinionem. Cicer. Quod mibi tam præter opinionem meam accidere potuit.

Accidere præter sþem, idem.

Accidunt nec opinanti, id est, præter opinionem cutiunt, Terent.

Concidere, est simul aut penitus cadere, ut concidit domus, ciuitas. Concidunt poma, flores, folia.

Concidere fidem. Cic. Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse, id est, non præstari.

Concidere mente. Cic. Allato nuncio de legione quartâ, mente concidit.

Concidere mentem alicui. Idem: Mentem debilitatem metu concidisse.

Concidere mortuum aliquem. Idem: Et eo poto mortuum concidisse.

Concidere, mori. Colu. Capella quamuis opima atq; bilares, subito concidunt.

Decidere sþe. Terent. Quanta sþe decidi.

Decidit ouibus omnis fructus, id est, perijt, plaut.

Decidit ab archetypo. i. aberrauit ab exemplari, Plaut.

Decidit de sþe. Terent. Quanta de sþe decidi.

Decidere

OBSERVATIONES.

Decidere de tegulis. In Pþor. Anguis per impluuium decidit de tegulis.

Decidere ex astris. Cice. Quia deciderat ex astris, lapsus potius quam progressus uidebatur.

Decidit in pedes animus, de timido dicitur.

Decidunt in talos fœmina, Plaut.

Excidere animo, excidere memoria, est elabi ex animo, Plin. Verg.

Excidere aliquid alicui. Cice. Quæ pueris aut adolescentiis nobis ex commentariolis nostris inchoata atq; rudia exciderant.

Excidere cogitationem. Idem: Quæ cogitatio quam mibi no omnino excidisset, etenim penitus insederat.

Excidit numero ciuium. i. non est de numero, Plinius.

Excidere oratione. Cicer. Isti color immutatus est, uultus, ratio, mens deniq; excidit, id est, bac omnia cum defecerunt.

Excidit ore uox, quæ præter industrias effertur, Vergil. 6.

Excidere sorte, est fortuna aut occasio deperdere.

Excidere sortem manibus, Germanicus.

Excidere sþe, sþem amittere.

Excidere uxore. In Andria: Herus, quantum audio, uxore excidit, id est, uxorem amisit.

Excidit ab uxore, legunt quidam.

Excidere à gratia. Plaut. A gratia excidisti.

Excidere ab aliquo, est dissentire.

Excidere è manibus aliquid. Cic. Ita multa peccata, ut quodam modo uictoria excideret è manibus.

Excidere ex ore. Idem: Verbum quod nunquam ex ore huius excidit.

Excidere in via aliquid. Cice. Confisi sunt se acce-

D 3 MUL piff,

LATINI SERMONIS

pisse, sed excidisse in uia, literas scilicet.

INCIDERE, multas dicendi figurās admittit. Incidit aliud ex alio, id est, sequitur, Terent. in Heaut.

Incidere bellum, Cæsar.

Incidere calamitatem alicui. Terent. Ut nunquam ultra amori uerstro incidere posse calamitas.

Incidere casum alicui. Cic. Multis fortissimis atque optimis uiris iniustis iudicijs tales casus incidisse.

Incidere caussas. Idem: Sed incident sapientia, quum repugnare utilitas honestati uidetur.

Incidit ceruicibus iugum, Colum.

Incidere actatē in aliquem. Cic. In magnos oratores incident at eius actas.

Incidere malum alicui. Idem: Ut nihil incidisset postea ciuitati mali.

Incidere morbum alicui. Plaut. Ecce de repente tantus morbus incidit.

Incidere oculos aliquo. Cicero: Hac noui iudicij noua forma terret oculos, qui quoconq; inciderint, id est, quoquod oculos forte conuerto.

Incidere R. e. publ. in aliquem. Idem: Vides ne in quem hominem inciderit R. e. publ? quam acutum & quam vigilantem, quam paratum?

Incidere suspicionem alicui. Terent. in Andria: Qui iste hæc incidit suspicionem? Alij legunt suspectio.

Incidere sermonem de aliquo. Plin. Incidit sermo de Catullo. (exercitui).

Incidere terrorē alicui. Cic. Terror incidit eius.

Incidere de aliquo suspicionem. In. Adel. Nunc suspicione de me incidit.

Incidere ex aliquo suspicione. Terent. Redeunti inter ea ex ipso remibi incidit suspicione, i. suspicatus sum.

Inci-

OBSERVATIONES.

Incidere in amicitiam alicuius. Salust. Si quis etiam à culpa vacuus in amicitiam eius inciderat.

Incidere in aliquo. Cic. Ut ex libellis suis animaduersti, qui in me inciderunt. Incidere in bellum, Cæsar.

Incidere in calamitatem, in ærumnā. Cic. Scio nos nostris multis peccatis in hac ærumnā incidiisse.

Incidere in contentionē, in cupiditatē. Ci. Quū in imperiorū, honorum, glorie' ue cupiditatē inciderint.

Incidere in congerrones, consocios, cōmilitones suos.

Incidere in diem aliquē. Cic. Facies q; me, in quem diem Romana incident mysteria, certiore, id est, quo die eo anno mysteria Romana fierent.

Sic optimè dicemus: Primus ieiuniorum dies anno à Christo natō 1536. incidit in Calendas Martias. Cic. Si recte ambulauit is qui hæc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit, id est, quartanæ tue die peruenit.

Incidere in discessum alicuius. Cicero: Tuum in ipsum discessum Senatus incidiisse credo meas literas.

Incidere in æruginē. Ci. Ingeniosi, ut eis Corinthum in æruginem, sic illi in morbū et inciderūt tardius, & recreantur ocyus. i. æruginem contrahunt.

Incidere in febrē. Ci. Ex labore in febriculā incidit.

Incidere in fraudem. Ter. Cuius ego sibi in hanc fraude incidi.

Incidere in foueam, in puteum. (dem incidi).

Incidere in fortunam, sortem bonam aut malam, est fortuitò & præter opinionem interuenire.

Incidere in homines bonos aut malos: ut, Nescio quo fato in hoc hominum genus inciderim.

Incidere in hyemem. Ci. Petebas ut eos, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem.

Incidere in insaniam. Cic. Incidetam in hominum pugnandi cupidorum insanias.

D 4 Inci-

LATINI SERMONIS

- Incidere in luctum.* De Offic. Quo impetrato, in maximos luctus incidunt, id est, deuenit.
- Incidere in lacum.* Terent. Ego in eum incidi infelix locum, id est, statum.
- Incidere in morbum.* Cic. In morbum grauem & periculosem incidit.
- Incidere in morbum de integro,* est recidiuare. Idem: Grauius agrotantij, qui quum leuati morbo uidentur, in eum de integro inciderunt.
- Incidere in malum.* Terent. Iocularium in malum nesciens penè incidi.
- Incidere in mentem aliquid.* Terentius: Quodcumque inciderit in mentem, uollet. Incidere in manus hostium, Cicero.
- Incidere in manus aliquid.* Idem: Nunquam enim libri illi in manus inciderunt.
- Incidere in morositatem.* De Off. Ne si irascamur aut intempestiuè accendentibus, aut imprudenter rogantibus, in morositate inutiliter & odio sam incidamus.
- Incidere in opinionem.* Cic. Ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam, id est, aliter arbitrari non possum, actiuè nunc est opinio.
- Incidere in orbem aliquid.* Cicero. In hunc orbem, quems circumscripsimus, incidere non possunt.
- Incidere in petulantiam.* Cic. Cauendum est ne in petulantiam incidas, id est, ne petulans sis.
- Incidere in perturbationem.* Idem: Actate incidimus in ipsam perturbationem discipline ueteris.
- Incidere in sermonem.* Cic. In uarios sermones incidencebam. Idem: Fortuitò in sermonem uerum incidisse.
- Incidere in salebras.* Cicero: Nunquam in tantas salebras incidisset.

Incid-

OBSERVATIONES.

- Incidere in suspicionem.* Idem: In suspicionem incidit regni appetendi: pauciè nunc est suspectio.

Incidere in tarditatem. Cicero: Hoc ueritus in hanc tarditatem incidi: sed affiguer omnia, si propero: si cunctor, amitto.

Incidere in tempora. Cice. Quod in id Reipubl. temporis non incideris, sed ueneris.

INTERcidere, notum.

OCCIdo penult. breui, est mori, interire: ut, priusquam occidit, multos occidit. Plaut. Spatium hoc occidit, id est, confectus est cursus.

Occidere beneficium. Cic. Vesta beneficia que in me contulisti, aut in huius salutem augeatis, aut in eius exitio occasura esse iubeatis, id est, interitura.

Occidere dies, luna, sol, signa, sydera dicuntur, ubi ad occasum uergunt.

Occidunt herbae, id est, intereunt, Vergil.

Occidit recordatio harum rerum, Cic.

Occidere Rempub. Cic. Profecto aliquid opis occidenti Reipub. tulissimus. Occidit fbes nostra, Plaut.

Occidi, interiecit Terentio frequens pro perijs.

PR. Occidere in genua, & procidere ad pedes. Germanorum uolent.

RECTidit, quod semel erectum est.

Recidere aliquid ad aliquem. Caesar: Hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant, id est, accidere idem sibi posse.

Recidere aliquid in aliquem. Cicero: Quæ in ipsum dupliciter recidunt. Plaut. Recident in te hæ conturnicæ, id est, transferentur.

Recidere formidinem ad aliquem. Salust. Neq; quenquam in multis metuendum esse, quin ad eum ex mul-

LATINI SERMONIS

tis formido recidat, id est, multos metuat oportet, quem metuant multi.

*Recidere suffisionem in aliquem. Cic. Omne suffi-
sionem in uosmetipso recidere intelligas.*

*Recidere ad paucos rem dicimus, cuius usus rarus
est. In prol. Hecy. Nolite sinere per uos artem Mu-
sicam recidere ad paucos. Labor concionandi uer-
bum Dei breui recidet ad paucos. Praeceptorum of-
ficium recidet ad paucos, id est, pauci concionabun-
tur, docebunt.*

*Recidere in memoriam alicuius rei. Cicero: Ignoras
quecumq; falso diceret in sanctissimum adolescen-
tem, ea uerè recidere in memoriam pueritiae sive.*

C A E C O.

*Cæcare, est lumen adimere; sed ab oculis ad animum
recte transfertur.*

*Cæcare animos. Cicero: Spes rapiendi atq; prædandi
cœcat animos eorum.*

*Cæcare mentes. Idem: Qui largitione cœcarunt men-
tes imperitorum.*

*EX C A E C O, O Cæco, cum primitio communem ele-
gantiam sortiuntur.*

C A E D O.

*Cædere, est ferire, uerberare, flagellare: ut, Cædere
flagro, flagello, fuste, funda, loris, pugnis, restis, uir-
gis, uerberibus. M. Cato: Iusit uestimenta detrahi,
atq; flagro cœdi. Cic. Deligatus in foro uirgis cæ-
dere calcibus, est ungula ferire, Plaut. (debatur.
Cædere ianuam saxis, est rumpere, Cic.*

Cædere pro interficere, Vergil.

*Cædere pro scindere. Cic. Eius partes quæ membra
quædam cœdenda.*

Cæde-

OBSERVATIONES.

*Cedere, sacrificare. Vergil. Cœdunt lectas de more
bidentes.*

*Cœdimur, inq; uicem præbemus crura sagittis, id est,
uicissim carpinus & carpinur, persius.*

*Cœdere sermones, cōsumere. Teren. Inter ea dum ser-
mones cœdimus. Cœdi testibus, est premi, urgeri.*

*CONcidere, ad stragam maximè accōmodatur. Cic.
Concisos equites nostrq; à Barbaris nunciabant.*

Concidere aliquē. Ci. Decretis uestris eū concidiſtis.

*DECidere, est litem consensu mutuo dirimere, uel fi-
nem imponere liti uel alij rei.*

*Decidere aliquid, & de aliqua re, dicimus. Cic. Deci-
dis statutisq; tu, quid ijs ad denarium solueretur.*

Decidere de re. Cic. De tota re, inquit, decidisti.

*Decidere partem, pro defalcare, decurtare. Idem: Tu-
am partem dimidiam, quemadmodum uis, decide.*

INCIdere cannas, frondes, lupulū, uites, est putare.

*Incidere carmen sepulchro. Cic. Epigramma perno-
tiale incisum habuit in basti.*

Incidere ludum, studia, est intermittere.

*Incidere linguam. Cicero: Lingua inciduntur ad deplo-
randam calamitatem.*

Incidere marmori, uel in marmore.

*Incidere mediū. Cic. Incidamus oportet media, ne ni-
mis sero ad extrema ueniamus, i. medium abiçere.*

*Incidere ueruos uirtutis. Idem: Qui ut Theopatra-
stus, ueruos uirtutis inciderit.*

*Incidere ueruos legionum. Cic. Legionum nostrarum
ueruos non' ne bis consilijs incidimus?*

*Incidere pennas. Idem: Qui mibi pennas. inciderunt,
nolunt easdem renasci. Incidere saxis.*

Incidere sanguinem, emittere, Cicero.

Inci-

LATINI SERMONIS

Incidere uenam, secare, Ouidius 1.

Incidere in æs uel in ære, contra Vallam. Cicero: Fal-
sa de c r e t a in æs i n c i d e n d a , & in Capitolo fugenda
curauit. Idem: Id non modò tum scripserunt, uerum
etiam in ære incisum nobis tradiderunt.

Occidere est interficere. Plaut. Deicrauit bac eum
nocte occisurum, qui cum cubaret.

Occidere de inanimatis dictum. Plaut. Occisa est hæc
res. (lacijs.)

Occidere, pro cruciare. Terent. Occidiisti me tuis fal-
Occidit me pugnis. I. uchementer occidit, Terent.

PRAEcidere, antè uel ualde cädere.

Præcidere caussas. In Hecy. Omnes caussas præcidā
omnibus.

Præcidere defensionem. Cice. Illa quidem certè tibi
præcisa defensio est, id est, prorsus adempta.

Præcidere libertatem, licentiam. Cicero: Nunquam
ipsum nobis præcideremus hanc licentiam, liber-
tatemq; uiuendi.

Præcidere linguam. Plautus: Dum te obtuetur, lin-
guam oculi præciderunt, id est, aspectus eius te mu-
tum reddidit.

Præcidere potestate. Cic. Oppressa ab impijs ciuitas,
opitulandi potestate præcisa. i. penitus intercepta.

Præcidere spem. Idem: Spem iudicij corrumpendi præ-
ciderem.

Præcidere ex aliqua re aliquid. Cice. Quid nam sua
ui & authoritate mihi ex hac oratione præciderit,
id est, dempserit, amputarit, abierit.

Præcidere sine exceptione. Cicero: Planè sine ulla ex-
ceptione præcedit, id est, præcise respondit. Idem:
Quod quia planè præciderat, id est, liberè sine ulla
excusatione negarat.

OBSERVATIONES.

excusatione negarat.

REcidere. Cic. Ita ab eodem partim recidas, partim
repressas, id est, casas.

Succidere arborem, amputare subtus.

Succidere prometere. Ver. At rubicunda Ceres me-
dio succiditur æstu.

TRÆcidere, est crudeliter & quasi frustratim ali-
quid cädere. A ferro ad fœnus translulit Cic. Par-
cat iuuentus pudicitiae sue, ne spoliet alienam, ne
effundat patrimonium, ne scœnore trucidetur.

CALO.

Cælare est sculpere. Cælare abscondere.

Cælare aliquem. Ci. Si omnes deos, hominesq; cælare
possimus.

Cælare aliquid. Plau. Cur hec ubi ture sciuisti ilicæ
calata ne sunt.

Cælari partū. Terent. Demiror quid sit, quam obrem
tātopēre hunc oēs nos cælari esse uolueris partum.

Cælare de re. Ci. Non est profecto de illo ueneno cæ-
latā materi.

CALO.

Calcare est premere, deducitum à calce, pedis parte.

Cato: Quæ calcatæ uue erint.

CONculcare INculcare, est interficere.

Inculcare se auribus alicuius. Cic. Qui se inculcant
auribus nostris.

Inculcare alicui. Cic. Inculcatum est Metello.

Inculcare librū. Idem: Mibi ad te retractatus et qui-
dem archetypū ipsum crebris locis inculcatū & re-

Inculcare libertatē. Cic. Quec uer tradi-
tam quidem atq; inculcatam libertatem recuperare
possit, id est, prorsus restitutam.

CALO.

Calere

LATINI SERMONIS

Calere, est calidum fieri. Transfertur ad quamvis rei uebementiam.

Calent aures alicuius. Calet crimen re recentiore.

Calent iudicia. i. agitantur, quum plures rei flunt.

Calet res. Calent rumores.

CAlfacio, calidum facio. Transfertur ad aīm. Cic.

Animū uebenēt ißimē calefecit auditoris. i. cōmouit.

C AL L E O.

Callere est, callidē scire. Terent. Ego illius sensum pulchrē calleo.

Ocalleſcere. Cic. Nonnullis alijs rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui, id est, obduruit.

C AL V M N I O R.

Calumniari, est falso sum crimē in alium intendere. Cic.

Quod te calumniatus sum indicabo malitiam uacā.

C AND O.

Candere inusitatum, est urere. Cic. Candente carbone adurebat capillum. (Ita, sol.

Candeo, ardeo. Candente carbo, ferrum, etra liquefa-

Candere, candidum esse. Albedine linum candet.

Accēdere lumen. Deus ipse sole quasi lumen accēdit.

Accendere sitim. Celsus: Hæc enim sitim accēdit.

Accendere, iratum reddere. Salust. Quæ res Mari- um, præ honore quem affectabat, contrā Metellum uebementer accenderat.

Exandescere aliquid re aliqua. Cic. Ita exanduit fortitudo.

Incendere, inflammare, ut facem, cedrum.

Incendere aliquem, commouere. In Phor. Hisce ego dicitis illam tibi incensam dabo.

Incendere animum alicuius. Terent. Ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Incendere

OBSERVATIONES.

Ascendere amentia alicuius. Cic. Incendebat eius a- mentiam infesta atq; inimicam a mater filio.

Incendi amore. Oi. Qui ab ineunte etate incensus esē studio utriusq; uestrū, Cras si uero etiam amore.

Incendere cupiditatem. Cic. Quæ cupiditatem & ar- rogantiam incendere pōsunt. Idem: Illa nos cupidi- tas incendit.

Incendere ira. In Aſin. Sine me hunc perdere, qui semi- per me ira incendit. In Hecy. Incendor ira.

Incendere libidinem. In And. Quò magis libido fru- stra incendatur tua, id est, ardenter fiat.

Incendere odores, est igne odores fūscitare, Plaut.

Incendi studio, uide, Amore.

SVCcendo. Cæſ. Omnibus uiciis adificijſq; incēsis fr̄i- mentisq; succensis, id est, combustis, concrematis.

C AN O.

Canere ablatium instrumēti musici familiarem habet: ut: Canere cithara, cornu, fidibus, lyna, tibia, tuba,

Canere bellicum. Cic. De bellicis re- (tympano.

bus canit etiam quodanmodo bellicum.

Canere clasicum, est animare atq; exhortari. Cæſ.

Clasicumq; apud eum cani, & alterū illi iubet pra-

torium tendi.

Canere cantilenam. Terent. Cantilenam tandem ca-

nis, id est, millies dicta repetis.

Canere carmen, cantionē. Ver. Carmina nulla canam.

Canere carmē auxiliare. Canere cuculi carmen.

Canere Euangelium s. Iohannis, Lucæ, Marci, Mat- thæi, est legere, Ouid. 7. de Iafone.

Canit fama, rumor est. Martia. Quicquid fama canit,

donat arenatibi.

Canere Hymenæum. Oui. 12. Ver. 7. Terent. in Adelph.

Cantare

LATINI SERMONIS

Canere ludibrio aliquē, ridiculam de aliquo culam dicere, in Hesiodo Nicolaus de Valle.
Canere nuptialia festa, Ouid. 5.
Canere palinodium, est diuersum ab his quae prius dixeris, dicere, Adag.
Canere poētae dicuntur, cum carmina condunt.
Canere receptui, signum est dare militibus tuba aut tympano, ut recipiant ex prælio in castra, id est, locum ubi exercitus manet.
Canere signum militare, pro congreedi, Verg. Signa cantunt, Salust.
Canere signū belli, cœnæ, prandij, pacis. Vergil. 7. Pastorale canit signum. i. cornu inflat pastorale.
Canere sibi, est suis commodis consulere.
Canere sibi & musis, est sibi scribere & doctis, non vulgo.
Canere surdis, frustra precari, loqui, Adag.
Canere symphoniam. Cic. Cum conuiuijs symphoniam
Canere tibias, tubas. Plaut. Postquam (caneret.
id actum est, tubæ utrinḡ canunt.
Canere uersus alternis uicibus, alternatim, uicissim.
Canere uota, est uouere. Ver. 3. Iunoni cane uota libēs.
Canere foris. Asconius: Dextero plectro utitur, & hoc est foris canere.
Canere intus, Adag. Idem cum canere sibi & musis.
Cic. Quem omnia intus canere dicebant.
Canere ad auras Germanismus est. Verg. 1. Acclog.
Canet frondator ad auras.
Canere ad colū, ad focū, ad plenos cyathos, ad stiuā.
Canere ad harmoniam mundum, Cic.
Canere ad myrtū est uelut indolium, & eruditorum colloquio indignum rejici.

Canere

OBSERVATIONES.

anere ad tibiam. Ci. Ut deinceps qui accubarent ed̄ canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atq; uirtutes.
Canere ad tibicinem. Ci. Est in originibus solitos es- se in epulis canere conuius ad tibicinem declarorū hominum uirtutibus.
Canere ante uictoriam, est præproperè gloriari.
Canere pro describere. Verg. 1. Arma virumq; cano.
Idem in Buc. Cum cancrem reges & prælia.
Canere pro incantare, aut fascinare. Vergil. Acl. 8.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daph-
nyn.
Inde carmen pro incantatione, Horat. in Epo. 17.
Canere pro laudare. Hora. Progeniem Veneris canemus.
Canere pro recensere. Vergil. 4. Quæ bella exhausta
canebat.
Canere pro uaticinari. Verg. 3. Solamibi tales casus
Cassandra canebat.
CANTARE, laudibus celebrare, tollere. Ci. Lampridē
istum canto Cesarem.
Cantare augurium. Ci. Non decentandi augurij sed
diuinandi tenuit disciplinam.
Cantare mores alicuius. Terent. Qui barum mores
cantabat mibi. i. frequenter dicebat.
ACCINO, CONCINO, OCCINO, RECINO, SVCCINO nota-
sunt.
PRÆCINERE fides epulis. Cic. Epulis magistratum
fide præcinnunt.

CAPPIO.

Capere auem, aprum, feram, pisces, leporem. Vno saltu
duos lepores capere, Adag.

E Capere

LATINI SERMONIS

Capere aduersarium, fallere. Callidus & in capiendo
 aduersario uersutus.
 Capere astu, dolo, aliquem decipere.
 Capere animum alicuius, induere. Cic. Patrium ani-
 mum uitatemque capiamus.
 Capere arbitrum aliquem. Terent. Me cepere arbi-
 trum. In Heaut.
 Capere arma. Cef. Communis libertatis causa ar-
 ma capiant. Quid. 2. Arma assueta capit.
 Capere acrimoniam. Ci. Si patris uim & acrimoniam
 ceperis ad resistendum hominibus audacissimis.
 Capere auribus, audire.
 Capere aures rem dicimus, si quando oblectat. Quid.
 Et factum mirabile ceperauit aures.
 Capiunt aures facies, sales.
 Capere arcem, urbem, est deuastare, occupare, suo im-
 perio subiucere. Quid.
 Capere bellum. Salust. Rursum tamen bellum cepi.
 Capere blanditijs aliquem, fuko, illecebris, promissis,
 Capit carcer aliquē. Ci. Ut eos cape- (est decipere:
 re carcer non posset.
 Capere ciuitatem. Cicero. Inuitē cepi Capuam, id est,
 agrē Capuae custodiam accepī.
 Capere caussam. Terent. Si libitum fuerit caussam ce-
 perit, id est, adiuenerit.
 Capere cibum. Idem: Cibum nonnunquam capiet cū ea.
 Capere commodum. Terent. Ex meo propinquo rure
 hoc capio commodi.
 Capere conditionem. Plaut. Quin uos capit is condi-
 tionem ex pessima primariam
 Capere conjecturam. Terent. Quantam ex ipsa re
 conjecturam capimus.

Capere

OBSERVATIONES.

Capere consilium, delibera-re. Terent. Cef. Se sibi con-
 silium capturum.
 Capere consuetudinem. Cic. Et consuetudo exercita-
 tio⁹ capienda.
 Capere coronam in caput. Plaut. Capiam coronam
 mihi in caput, assimulabo me esse ebrium.
 Capere corde consilium, Plaut.
 Capere corde dolorem, dolere, Idem in Trucul.
 Capere coniuctum.
 Capit ciuitas nos, si quando ingredimur.
 Capere consilio, eligere.
 Capere damnum, dedecus.
 Capere desiderium. Cic. Lenientem desiderium quod
 capiebat è filio. Terent. Te desiderium Athenarū
 arbitror cepisse sapē.
 Capere detrimentum. Salust. Ne quid Respub. detri-
 menti caperet.
 Capere documentum. Cic. Ex quo nimis documen-
 tum nos capere fortuna uoluit.
 Capere dolorem ex aliquo, In And.
 Capere dolorem, Cicero.
 Cepi delectationē, & captus sum delectatione, utrūq;
 dicimus, actiue, passiue. At quando nō significatur
 delectatio quædā, fere actiue utimur, non passiue.
 Capere delectationem, Cic. 1. Offic.
 Capere decrementum, incrementum.
 Capere dicta, pro animaduertere, Verg. 6.
 Capit nos domus, quum eam intramus.
 Capere disciplinam alicuius, est discere ex alio.
 Capere aedes dicuntur eos quos continere possunt. Te-
 rent. Aedes nostræ uix capient scio. Id uasculu se-
 miuncium capit.

E 2 Capere

LATINI SERMONIS

Capere exemplum de, uel ex aliquo. Tercu. De te exemplum capit.
Capere exordium. Cic. Hinc capiamus exordium.
Capere faciem, formam alicuius. Plaut. Formam cepi huius in me, id est, representauit.
Capere fructum. Ci. Fructum ex tuis literis uel maximum cepi. Idem: Magnorum meorum laborum multarumq; uigiliarum fructum cepi maximum, id est, utilitatem. (mūs.)
Capere generum aliquē. In Hec. Illum generum cepi.
Capere gratiam. Cic. Cūm p̄fserit considerem nullam esse gratiam, quam uel capere animus meus, uel accipiendo, remunerando, cumulandoq; illustrare posset.
Capere gaudium. Plin. Capere gaudiū, in Phor.
Capere gloriam ob amicitiam seruatam. Ci. de Amic.
Capere hereditatem. Cic. Quoniam hereditas usu capta esset.
Capere homines re aliqua. Cic. Magis specie, tamē & motu atq; ipso amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiae.
Capere honorem. Plaut. Olim populi prius honorem capiebat suffragio.
Capere iacturam, inconmodum. Cic. Altitudo animi in capiendis incommodis.
Capere initium. Cæs. Initii capit a flumine R. bedano.
Capere imperium. Cic. Postea uero quād ita cepi & geſti maxima imperia.
Capere imaginem fallacis amicitiae. Quid. 7.
Capere inimicitias. Teren. Nunquā tā graues ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam, Phorm.
Capere inimicum. In Andria: Non si capiudos mihi

sctam

OBSERVATIONES.

sciam esse inimicos omnes homines, pro facere.
Capere institutum. Cic. Duarum enim uitarum nobis erunt instituta capienda.
Capere iudicem. Plautus in Mercat.
Capere laborem cum re aliqua, uel ob rem aliquem, in Andria.
Capere laborem inanem, pati, subire, in Hecyra.
Capere laborem animo, pro dolere, Plautus.
Capere laborem. Terent. Omnes mibi labores fuere, quos cepi, leues.
Capere laudem. In Eunu. Quantam & quam uerans laudem capiet Parmeno, pro laudari.
Capere laqueo uerbi aliquid. Cic. Neque exequitatem rei uerbi laqueo capi putas oportere.
Capere letitiam oculis. Cic. Præter letitiam, quam oculis cepi iusto interitu tyramni.
Capere locum. Cic. Ut capiendus tanquā exilio locus.
Capere locum spectaculo. Cæsar: Atq; ex omni prospectu locum spectaculo caperet.
Capere magistratum. Cic. Eundem magistratum, n̄ interfuerint decem anni, ne quis capito.
Capere magistrum ad aliquid, in Andria.
Capere miseriam. Terent. Miseriam omnem ego capio, in Adelph.
Capere misericordiam. Cic. Ut aliquando misericordia caperet, si nō propinquitat, at etatis sue: con Capere modum, in Aul. (tra Vallū.)
Capere mortem ob Republicam. Cic.
Capere manu aliquid. Sælust. Vrbes & agros manu ceperunt. Verg. Cape sacra manu. i. comprehendere.
Capere molestiam. Cic. Eam molestiam, quam debene capere, non capiunt. Capere mente, intelligere.

E 5 Capere

LATINI SERMONIS

Capere moderamen rei alicuius, est suscipere imperium
aut administrandi prouinciam, Ouid. 3. & Metam.
Capere obliuionem. Cic. Quæ si uos cepit obliuio.
Cepit me odiū, dicitur: & non, ceperat odiū, secundū Vallam. Contrarium uidetur apud Terent. Nunquam sciens commerui meritum, ut caperet odium, illa mea. In Hecy. Aut negotijs si quando odium ceperat.
Capere occasionem, ansam.
Capere oculos rem dicimus, si quando oblectat. Pictura capit oculos.
Capere oculis, uidere. Verg. Ante locū capies oculis.
Capere oculis rationem, perspicere. Plaut. Ut ego oculis rationem capio.
Capere opinionem, paſtiū. Cæſer: Virtutis ceperat opinionem, id est, existimabatur.
Capere pecuniam ob aliquid. Cic. Apertè cepit pecunias ob rem iudicandam.
Capere pignus. Plaut. Ut his in causa pignus capiantur togæ.
Capere pileū. Plaut. Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileū. Quimos erat, cùm liberi fieret serui.
Capere prædam. Cic. (primordia)
Capere primordium. Cic. Sunt nobis agendi capienda.
Capere principium. Cic. Principiū capere oportebit.
Capere personam alicuius. Idem: Possimus petitoris personam capere.
Capere prouinciam. Ter. Prout capisti duram.
Capere quæstum, Terent.
Capere quietem. Ouid. 1. Metamor. Inde suis uicibus capiebant bina quietem.
Capere rationem. Terent. Cepi rationem, ut neq; egares, neq; ut hanc posse perdere. i. quid, consului, inueni modū.

OBSERVATIONES.

Capere R. e. publ. Cic. Hinc libido maxima in uasenib;
Reipub. capienda, id est, inuidendæ, occupandæ.
Capit nos regio, terra, si quando ingredimur. Verg.
8. Hæc illum regio cepit.
Capere rei satietatem dicimus, aut capit nos rei satietas, qua perpetuo utimur. In Hecyra: Tum sic ubi eum satietas hominum aut negotijs si quando odium ceperat. Plaut. Duni satietatem capiet pater.
Capere sensum alicuius rei. Cic. Si uoluptatis sensum capit, doloris etiam capit.
Capere somnum. Cic. Si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem.
Capere sonitu aures, de Offic.
Capere sortito aliquem. Cic. Iouis sacerdotem sortito capi iubebat.
Capit me splendor alicuius rei. Horat. Hunc capie argenti splendor. Item paſtū.
~~C~~apit splendore, idem. Cic. Splendore nominis capti.
Capere ſplendem. Cic. Militū animos ac ſplē capere posuit.
Capere suffragia. Cic. Quæ capiunt suffragia populi, & magistratus consilia.
Capere ſtipendum, Cæſar.
Capere tædium, & cepit me tædium, contra Vallam.
Capere tempus, eligere. Cic. Commodè tempus ad te cepit adeundi.
Capere testamento aliquid. Idē: Qui morti testamenterō eius tantundē capiat, quantū oēs heredes, Cyc.
Capere testimonium. Cic. De tuo filio uero cor si nihil ad te scripferim, debitū eius uirtuti uidear testimoniū cepisse. i. ne uidear ignorare eum in bona opinione.
Capere ultionem. Salust. Ut & ultionem (ne effe. ex illorum cruciatibus a poenis capiat R. e. publ.

36

LATINI SERMONIS

Capere uitio aliquid. Cic. Qui cūm tabernaculum uitio cepisset imprudens, &c.
Capi uoluptatem, & uoluptas me, idem significant.
Capere uoluptatem cum aliquo. Plaut. Dum Amphitrio cum uxore modò ex hostibus adueniens uoluptatem capit.
Capere uoluptatem animo. Cic. Capiebam animo non mediocrem uoluptatem, id est, latabar.
Capere uim: uide, acrimoniam.
Capere utilitatem. Cice. Sic utilitates ex amicitia maximè capiuntur.
Capere usuram corporis uxoris alterius, adulterium committere. Plaut. Vsuramq; eius corporis cepit sibi.
Capere uultum, ex natura adipisci. Ouid. i. Vultus capit illa priores. In Phor. Capere nouum uultum.
Capere uirtutem, amplecti. Plautus.
Caperere uirginem ex aliquo loco. Terentius.
Capere ex infidijs. Cic. Quum Cos. iterum in Africa ex infidijs captus esset. Capere in caput, Plaut.
Capere infidem. Cic. Qui ciuitates aut nationes deuictas bello infidem cepissent.
Capere in manum. Terent. Si fūstē in manum cepero.
Capere, pro intelligere. Cic. Vtrumq; pro mea sapientia capio.
CAPI, pro delectari, affici, non resolutur per actuum: ut, Capi amore, diuinijs, dulcedine pecuniae uel cantus, facetijs, forma, imagine, lepore, pulchritudine, quæstu, specie bonorum, splendore nominis, uolun-
Cepit me amor eius, non dicimus. (ptate.)
Capi, pro decipi: ut, Capi astutia, astu, blāditij, cupi-
 dine, dolis, dementia, errore, fisco, ignorantia, im-
 agine falsa, promissis, &c. Salustius: Animi molles &
 etate

OBSERVATIONES.

etate fluxi, dolis haud difficiliter capiebantur.
Capi, pro priuari: ut, captus mente, membris, oculis, auribus. Captus est, Adagium sapit.
CAPES sere Rempub. est administrare, gubernare.
 Salustius: Expergiscimini aliquando, & capite Rempublicam, id est, defendite.
Capessere aliquo. Plautus: Quò nunc capessis tua hinc aduersa uia cum tanta pompa?
Capessere pastum. Cic. Enumerare possum ad eum pastum capessendum conficiendumq;, &c.
CAPTARE aliquem, desiderare. Idem: Quem non mediocriter captat. Captare amicitiam alicuius.
Captare aëra. Verg. Auribus aëra captat.
Captare benevolentiam. Cic. Ab aduersariorum persona benevolentia captabitur.
Captare consilium. Terentius: Quid cum eo consilijs captet, in Andria.
Captare coenam. Martialis.
Captare frigus opacum. Vergilius i. Aeclogæ.
Captare familiaritatem alicuius.
Captare honores, est uenari ambitionem.
Captare hæreditatem.
Captare impudicitiam aliquem, ad impudicitiam prouocare. Plaut. Captare largitiones.
Captare lacertas. Cic. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.
Captare misericordiam. Idem: Quum misericordiam
Captare mores nouos. Plaut. (captat.)
Captare nomen imperatorium. Cic. Non tam nomen captas imperatorij, q; cupiens militibus satisficere.
Captare pocula. Horatius: Tantulus à labris sitiens fugientia captat pocula.

LATINI SERMONIS

Captare præmia. Idem: lucunda captat præmia.
Captare prædam, feram, canes uenatici dicuntur.
Captare risum. Cic. Epicurus uero ea dicit, ut mibi
 quidem risus captare uideatur.
Captare sermonem, auscultare. Terent. Ita animum
 cœpi attendere, hoc modo sermonem captans.
Captare uoluptatem ex aliqua re, Plin.
CEPI, presentis significationem obtinet.
DISCPTARE, uerbum est eorum potius, qui inter fe-
 litigant, quam qui iudicant. *Disceptator* uero in-
 dicum est potius, quam litigantium.
Disceptare cū aliquo iure a quo. Cic. Ut sibi cū pale-
 stritis, hoc est, cum populo Syracusano a quo iure di-
 sceptare liceat.
Disceptare de. Cic. Non consilijs neq; autoritatibus
 nostris de iure publico disceptare.
ACCIpere auditionem. Cic. Romam cùm uenissim,
 tenuem quidem auditionem de ea re accepi.
Accipere auditione aliquid, Cic.
Accipere auribus, est audire, in Flecyra.
Accipere auribus aquis laudes alterius, Plin. pro
 audiē audire.
Accipere auribus aliquid. Cic. Nunc primum hoe
 aures tuae crimen accipiunt.
Accipere animo a quo, Salust. in Catil.
Accipere animis, est probè perpendere. Verg. 3. Aen.
Accipite ergo animis, atq; hec mea figite dicta.
Accipere animum quietum in aliquem, Verg.
Accipere beneficium. Cic. Gratus esse debet, qui ac-
Accipere beneficijs, in Adel. (cipit beneficiū.
Accipere calamitatem. Cic. Calamitate accepta ma-
 iores animos habuit, quam unquam rebus secundis.

Acci-

OBSERVATIONES.

Accipere cauſam, excusationē admittere, litem ſuf-
 cipere. Cic. Quam nos cauſam non accepifsemus?
Accipere conditionem, in Andria.
Accipere cognitionem. Cic. Accepit ab his cognitione
 deorum.
Accipere conſulem. Cic. De plebe conſulem non acci-
Accipere consulatum, Plin. (piebans.
Accipere contumeliam. Idem: Tāta cōtumelia accepta.
Recedere ab aliquo. In Capt. Tu ab isthoc procul re. Recedere ab armis. Cic. (cedas.) Recedere ab edicto. Idē: Ab edicto meo receſſiſsem, id est, contra edictum feciſſem.

Recedere ab iure. Cicero: Ab iure omnium Siculo rum ne recedatur.

Recedere ab oculis, id est, mori. Pli. Latius in memoria hominum & sermone uerſabitur, postquam ab oculis receſſit.

Recedere ab officio. Cic. Nulla cupiditate impedi- tum

OBSERVATIONES.

tum ab officio receſſisse, id est, disceſſisse.

Recedere de medio. Cic. Recede de medio, per allum transigam.

Recedere illuc. In Rud. Iube dum recedere iſtos ambos illuc modò.

SECEdere, ſcorſum ire. In Capt. Secede huic nunc iam.

SVCcedere aratro, curru, iugo, boues aut equos, pro ſubiungi. Verg. 3. Sed tunc eidem olim curru ſuccedere fueti.

Succedere defeſis. Cet. Quum crebro integræ defeſis ſuccederent.

Succedere finibus alicuius regionis. Ver. 4. Quis nouus hic noſtris ſuccedit finibus boſbes.

Succedere labori, negotio, oneri, est ſubire, Vergil. 2.

Succedere alicui prouincia. Ci. Ut omnes intelligent nec me benevolentiori cuiqua ſuccedere, nec te amiciori potuisse prouinciam tradere.

Succedere tecto. Verg. 2. Noſtris ſuccedite tectis, id est, intrate.

Succedere urbi. Verg. 3. Parue ſucceditur urbi.

Succedere uia. Terent. Hac non ſuccedit, alia aggre diamur uia, prouenire proſpèrè.

Succedere ad uotum, pro uoto respondere.

Succedere ex ſententia, ex uoto, ex opinione. Cic. Si ex ſententia ſuccederit, bene erit opera posita. Donec quod res non ſuccedit tibi ex ſententia.

Succedere ex ſenatus cōſulto. Ci. Quoad cuiq; ex ſenatus cōſulto ſuccedum ſit.

Succedere in alterius functionem, locum aut prouinciam. Idē: In eorum locum ipſe ſuccedat. Idē: Quod tibi ſuccederetur.

Succederet

LATINI SERMONIS

Succedere sub manus. Plaut. Lepidē hoc succedit sub manus negotium.

Succedere benē, malē, rectē, lepidē, pro euenire. Ter. Hoc bene succedit. Res succedit opinione melius.

C E L E B R O.

Celebrare, est magnificē, pomposē & sumptuosē rem agere: ut, Celebrare certamen, comœdiam, fabulam, nuptias. Ouid. 5. Iussus eras celebrare dapes, festūs canendo. Vergil. 7. Talia connubia & tales celebrent hymenæos.

Celebrare aliquem, est magna de aliquo prædicare, summo honore prosequi. Vergil. 5. Et priſcos docuit celebrare Latinos. Item 8. Semper honorem meo, semper celebrabere donis.

Celebrare aliquem sermonibus. Cic. Et omni sermone celebraramur.

Celebrare coniuinium. Idem: Celebratur omnium sermone lætitiaq; coniuinium.

Celebrare dies. Cic. Dies quasi deorum immortaliū festi atq; solennes sunt aduentum meo celebrati.

Celebrare domum, frequentare. Idem: Domus celebratur. Varro: Cui non tam cura erat ut tēpla deorū, quam ut popinas celebraret.

Celebrare laudes. Cic. Cæſar bellicæ tuæ laudes celebribuntur. Celebrare ludos, Idem.

Celebrare memoriam alicuius. Cic. Velle post mortem eū pulis celebrari memoriam sui nominis.

Celebrare mortem alicuius. Idem: Fluius in morte celebranda grauiter tulit Populus Rom. &c.

Celebrare natalem. Plin. Natalē tuum in prouincia celebrare.

Celebrare Remp. Salust. Hac atq; alia maiores nostri

OBSERVATIONES.

Itri faciendo, seſeq; & Remp. celebrauerē. Celebrare ſepulchrū alicuius. Cic. Sepulchrum Cati linæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum ac domesticorum hostium conuentu, epulisq; celebratū eſt.

Celebrare uocibus. Cic. Quodq; omnium accusatorum nō criminib; ſed uocibus maledictisq; celebratum eſt.

C E L L O.

Antecellere etate. Cic. Ut quip; etate antecellit, ita ſententiae principatum tenet.

Antecellere eloquentia. Idem: Qui eloquentia cæteros antecellit.

Antecellit confuetudo exercitationi. Cic. Dicendi confuetudo longè & multum iſti uestræ exercitatiōni ad honorem antecellet.

Excellere confilio. Idem: Confilium quo tu excellis.

Excellere cæteris. Cic. Miramur hunc hominem tantum excellere cæteris.

Excellere in. Idem: In amicitijs expetendis colēdisq; maximè excellit.

Per cellere aliquem, euertere. In Persa: Perculit me prop̄. In Eunu. Perculēris iam tu me? In Epid. Plauſtrum perculti.

Percellere aliquem ab abiectione. Cic. Mars ſæpè ſpoliantem iam & exulantē euertit, & percudit ab abiectione, id eſt, à uicto permifit eum uinci.

Percellere animum. In And. Perculit ilicō animum. Donatus legit percusſit.

Percellere ciuitatem timore. Cic. Timore quodam percusſa ciuitas tota. Tacitus: Ingens rerum tumul tus percusſit ciuitates.

LATINI SERMONIS

Percusus amore. Vergil. Quarum sacra fero ingent
percusus amore.

Percusos fortuna. Cic. Ceterosq; pari fortuna per-
Percellere, excedere. (culpos.

C E N S E O.

Censere, idem quod arbitrari, iudicare. Plaut. Non
uidisse undas maiores censeo. In Amphit. Illa illum
censet uirum suum esse. In Adelph. Censem hominem
me esse? Ibid. Quid istas censes? sup. dicere.

Censere, bonorum pretium estimare. Cic. Si censenda
nobis atq; estimanda res sit, sc.

Censere pecuniam publicam alicui, decernere. Ascon.
Mibi, quod ante nemini, pecuniam publicam ad eadi-
ficandam domum censuerunt.

REcensere, summanam totius populi colligere. Liuius:
Inter hæc recenset exercitum, militem instruit.

SVCensere, in re graui & iusta trasci. In And. Si id
succenscat. Ibidem: Et is nunc propterea tibi succen-
set. Idem: Sed est quod succenscat.

Succensere sibi. Terent. Merito mihi nunc ego suc-
censo. Cic. Et ij tibi succenscant quos præterieris.

C E R N O.

Cernere, uidere, à creare. Cic. Proprium est stulti-
tice, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. Idem:
Fit nescio quomodo ut magis in alijs cernamus, &
innobis metipsis, si quid delinquitur.

Cernit animus, qui futura considerat. Cic. Non ne uo-
bis uidetur animus is, qui plura cernat & longius
uidere se ad meliora proficiunt;

Cernere animo. Idem: Cerno animo sepultam patriam.

Cernere oculis. Cic. Sic aperiam, ut ea cernere oculis
uideamini.

Cernere

OBSERVATIONES.

Cernere hereditatem, pro adire, hereditè fieri. Idem:
Eo ipso die ex testamento creui hereditatem.

Cernere amorem. Ci. Debet etiā fratribus Appijs amo-
rem erga me cū reliqua hereditate creuisse, id est,
ad se translusisse amicitiam quam habet Appius er-
ga me, & mibi amicus fieri, id est, Appius.

Cernere uitam, finire. Idem: Ferro non auro uitam
cernamus utrig.

Cernere falsam hereditatem aliena gloriae, est alie-
nam gloriam sibi sumere, quasi hereditatē qua sua
non est, Cic.

Cernere cū hostibus pro patria pugnare, in Amph.

Cernere, cribare. Plin. Rursus que transit, arctiore
cernitur.

Cernere, differere. In Trin. Verecundari neminem &
pud mensam decet, nam ibi de diuinis atq; humanis
cernitur.

Cernere, decernere. Cic. Quotcunq; senatus creuerit
populus ue iussit, tot sunt.

Cernere, percipere. In Cist. Te amavi & mibi amicam
esse creui.

Cerneret uel cernas, id est, cernere potuisses. In And.
Ut confuetus facile amorem cerneret. Verg. 4. Mi-
grantes cernas. (tentianti.

Decernere, est de magnis rebus certā proferre sen-
Decernere honorem alicui, est debitum illi honorem
instituere ob uictoriam, gestāq; præclara. Cic. Quis
bonos ei non fuit decernendus.

Decernere imperium. Idem: Decreni etiam imperium.

Decernere iudicium. Cic. Decretum iudicium de con-
silio sententiae.

Deceruere legiones in locum aliquem. Idem: Quæris

F 2 quid

LATINI SERMONIS

quid existimem de legionibus, quae decretæ sunt in Syriam.

Decernere pecuniam ad aliquid. Cic. Quum ad templum monumētūq; nostrum ciuitates pecunias decreuissent.

Decernere prouincia. Idem: Eripueras senatiū prouinciae decernendæ potestatem.

Decernere questionem. Cic. Questionem de bonis dīreptis decernunt.

Decernere sumptus. Idem: Censui sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos.

Decernere supplicationem. Cic. Si mibi supplicationes non decernuntur.

Decernere triumphum. Idem: Senatus quum triumphum Africano decerneret.

Decernere capite suo. Cic. Utinam meo solum capite decernerem. i. mei unius tantum periculum ageretur.

Decernere ferro, pugnare. Vergil. 2. Ipsū armis, ipsū sumū iubet decernere ferro.

Decernere secundum aliquem. Cic. Nuntiat iam populo pontifices secundum se decreuisse.

Decernere suppliciter. Idem: Senatus ob ea felicitatē acta dij̄s immortalibus suppliciter decernere.

Decernere, secernere. In Amph. Vter sit, non quis decernere.

Discernere, est rem à re aliquo modo separare. In Adelph. Nequeo satis discernere.

Discernere fines. Salust. Neḡ flumen neḡ mons erat, qui fines eorum discerneret, id est, diuidereret.

Discernere uxorem & sororem. Cic. Quum uxorem sororemq; non discernis.

Secernere, separare. Idem: Quum reus tanquam clemens

OBSERVATIONES.

clemens lanista frugalissimum queng; secerneret.
Secernere iudices. Cic. Secernit in iudicibus legendis
amicos meos, id est, de legit.

CERTO.

Certare armis, arcu. Certare beneficijs cum aliquo.
Certare benedictis. In Phor. Benedictis si certasset,
audisset bene.

Certare cursu. Salust. Cursu cum æqualibus certare.

Certare dannis. In Tru. Stultus atq; insanus dannis
certant, id est, alter alterum perdere contendit.

Certare æquis, æqualibus baustibus.

Certare imparibus, non satis conuenire. Floratius:
Desinet imparibus certare summotus pudor.

Certare iaculo, ludo, Vergilius. Certare manu, Cic.
1. Offic.

Certare malitia cum aliquo. In Persa: Malitia cer-
tare tecum, miseria est. Dicitur, quum alter alteri
incommodeare conatur.

Certare muneribus. Verg. Nec, si muneribus cereas,
concedet Iolas. In Truc. Melius te munere certare
mecum, quam minarijs.

Certare officijs inter se aliquos. Cic. Reliquum est,
ut officijs certemus inter nos. Vergil. Officio nec te
certasse priorem Poenitecat.

Certare poculis, uino mero. Hor. Nec certare iuuat
Certare palestra. (uino mero.

Certare pignore aut deposito. Vergil. Tu dic, mecum
quo pignore certes.

Certare secum, est seipsum conari superare, & melio-
rem reddere. Plin. Mihi satis est certare mecum.

Certare telis. Certare uitij̄s. Cic. Vitij̄s cum utroq;
certabat.

LATINI SERMONIS

Certare de pietate & humanist traditionibus.
 Certare de summo bono.
 Certare de uirtute. Sal. Ciues cum ciuibus de uirtute certabant.
 Certare cū infinitiuo. Ver. 2. Certatq̄ illudere capti
 Certo superare, praezellere. Ouid. 5.
 DECertare manu. Cic. Decertandum manu est.
 Decertare inter se. Idem: Vbi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt.
 Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatū est, Cicero.

C I E O uel C I O.

Ciere uel cire, est commouere, excitare.
 Ciere aliquem, iratum reddere. In Bacch. Quid nego, tij hoc est, quod herum tam ciet?
 Ciere aluum, est leuare, laxare, soluere uentrem.
 Ciere bella. Verg. Bella ciens, &c.
 Ciere coelum. Idem: Coelum terramq̄ ciebo.
 Ciere cruciatus. Cic. Quum ē uiperino morſu uenæ uicerum ueneno imbuta tetros cruciatus cierent.
 Ciere ære uiros, poēticiū, pro clasticum canere. Verg. 6. Aere ciere uiros, Martemq̄ accendere cantu.
 Ciere furias, est furere. Ouid. 9. Ciere lachrymas, flere Martem. Vergil. 9. (re.
 Ciere mortem, Cicero ſep̄e dixit.
 Ciere pugnam. Liui. Principes utrinq̄ pugnam ciebant.
 Ciere turbas. In Amph. Turbas uxori ciet Amphys.
 Ciere urinam, est prouocare.
 CITare frequentatiuum, iudiciale uerbum est, idem quod aduocare in testimonium.
 Citare accusatorem, Cic.

Citare

OBSERVATIONES.

Citare aluum, ſep̄e laxare. Col. Ne immaturis berbis citetur aliue.
 Citare capitis aliquem. Cic. Abs te capitis C.R. ab iri nomine citantur.
 Citare dicta sapientum, Vergiliū uerſum, eſt ad ſuam ſententiam adducere. Citare iudices. Plin.
 Citare ſenatum. Cic. Quum tanquam ſenatum philoſophorum citares.
 Citare teſtē in aliquā rem. Idē: In hāc rem teſtē totā Siciliam citabo. Citare ad iudicem, in ius aliquē. Acciō ſeu per contractionem Accio, eſt accerſa.
 In Mil. Ego illum probē tam oneratum huic acciēbo.
 Accire aliquem ad ſe. Accitus uenio. i. uocatus.
 Asciscere eſt aliunde aliiquid ſibi ſumere.
 Asciscere aliquid. Cic. Quum Senatus P.Q.R. asciverit.
 Asciscere aliquem. Cic. Ea tempeſtate plurimos cuiusq̄ generis homines asciuiffe dicitur.
 Asciscere ciuitatem alienam. Idem: Quod nō nulli ita interpretātur amitti ciuitatē Romāna, alia ascita.
 Asciscere consuetudinem. Cic. Idcirco hanc consuetudinem libenter asciuimus.
 Asciscere genus aliquod dicendi. Idem: Asciverunt aptum ſuis auribus optimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus.
 Asciscere laudem. Ci. Nihil unquam de me dixi ſublatius asciscenda laudis cauſa potius, quam criminis depellendi.
 Asciscere legem. Cic. Leges quas Latini asciverūt.
 Asciscere lepōrem. Idem: Ut appareret in eo natiuū quendam lepōrem eſſe, non ascitum.
 Asciscere nomen tyranni. Ci. Qui tyranni nomen ascuit ſibi.

LATINI SERMONIS

*A*sciscere patronū. Idē: *Me patronū unum ascuerūt.*
*A*sciscere prudentiā. Cic. *Vt ostēderet non modō eos illius expertes esse prudentiē, quam sibi asciscerēt.*
*A*sciscere sibi aliquid. Idem: *A*sciscantq̄ sibi quasi propinquitate coniunctos atq̄ natura.
*A*sciscere sacra. Cic. *Quarū sacra pop. Rom. à Græcis ascita & accepta, tanta religione publicē & priuatim tuerit.*
*A*sciscere sapientiam. Idem: *Neḡ istam mibi ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant.*
*A*sciscere socios. Cæsar: *Receptos ad se socios sibi asciscunt.*
*A*sciscere ad foedus. Idem: *Quem non ad hoc incredibile sceleris foedus ascuerit.*
*A*ccersere seu arcessere, idem quod ire ad uocandum, uel uocare: estq̄ utrumq; terrae uel quartae coniugationis indifferenter. Cic. *Si erit necesse, arcessemus, id est, uoc abimus.*
*A*ccersere aliquem. In Andr. *Obstetricem accerso.*
 Idem: *Cur uxor non accersitur? Domo dudum hic accersita sum, in Sticho.*
*A*ccersere ubi uoles, in Andr. *Accersitur uirgo lauantum, in Eunucio.*
*A*ccersi iube filiam. Terent. *Accersas hinc me.*
*A*ccersere alicui aliquid. Cic. *Sed orationi splendoris aliquid accersunt. Arcessere capit is aliquē.* Cic.
*A*ccersire criminē ambitus aliquē. Cic. *Ipsē alterum iterum ambitus criminē accersiret.* Idem: *Quod tum magis inuidioso criminē, quam uero accersiretur.*
*A*rcessere iudicio. Cic. *Vt hūc hoc iudicio arcesseret.*
*A*ccersire riuulū. Idē: *Si aut ut riuulus accersitus.*
*A*ccersere ad bellum. *Salust. Gallorum gentem infestis.*

OBSERVATIONES.

36

*f*estissimam R̄omano nomini ad bellum accersunt.
*A*ccersita sum ad matrem, in Osti.
*A*ccersi à matre se simulat ad rem diuinam, in Hec.
*A*ccersire ad se. Cic. *Ad se accersiri ius sit.*
*A*ccersere ad societatē. Idem: *Si erit pugnandum accersam ad societatē laboris.* Alij legunt, arcessam.
*A*rcessere in iudicium capit is aliquem. Cic. *Neq; unquam innocentem in iudicium capit is arcessas.*
*CON*cire bilem. In Amphit. *Fames & mora bilem in viasum conciunt.*
*Con*cire facinus. Cic. *Nisi postq; illud conciui facinus.*
*Con*cire fluctus. In Mercat. *Auster imbricus omnes fluctus conciet.*
*Con*cire hostes alicui. In Mercat. *Conciuit mibi domi*
*Con*cire iram. In Hecy. *Fortasse unum hostes.*
aliquid uerbum inter eas iram hanc conciuerit.
*Con*cire lites alicui. In Asin. *Façē ut illi turbas, lites concias.*
*Con*cire malum alicui. In Men. *Meus Ulysses, qui suo regi tantum conciuit mali.*
*Con*cire multitudinem, conuocare. Liuius: *Obscuram, atq; humilem ad se conciendo multitudinem.*
*Con*cire turbas. In Heaut. *Quantas turbas conciuit insciens.* In Amph. *Vxori turbas conciet.*
*CON*ciscere factinus. Liuius: *Factinus in se suosq; secundum ac serum conciscit.* Brutus: *Postquam illud conciui factinus.*
*Con*ciscere lethum. Plantus: *Si impetrare non quibo, conciscam lethum.*
*Con*ciscere mortem sibi. Cic. *Mortem sibi uteq; conciuit.* Idem: *Mortem mibi cur conciscerem, cauſa non est uisa: cur optarem, multa.*

LATINI SERMONIS

ONcitate, ualde commouere, tamque ad bonum quod ad malum refertur. Verg. 7. Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis.

Concitare expectationem. Cic. Ut quam expectatio nem tui concitasti, hanc sustineri ac tueri posis.

Concitare inuidiam in aliquem. Idem: Nullam inuidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo.

Concitare misericordiam. Cic. Quod is L. Scribonius questione in eū ferente proa. misericordia cōcitatur.

Concitare multitudinem auditorū. Idem: Quantā auditorum multitudinē C. Verris infamia concitatur.

Concitare nationes. Ci. Non modò nationes, sed et seruitia concitaturum. Concitare risum, Cic.

Concitare turbas. Sal. Quantum denign nunc mibi turbæ concitantur.

Concitare ad arma. Cæsar: Multis utrinque interficitis maiorem multitudinem ad arma concitant.

Excire uel Excire, euocare. Plaut.

Quid est pater quod me exciustis?

Excire animas sepulchris, Verg.

Excire lachrymas alicui. In Cist. Ut exciustis milie lachrymas, id est, commouisti.

Excire somno. Liui. Hercules ad primam auroram somno excitus.

Excitare amores. Cic. Mirabiles amores excitatur ret sapientiæ. Idem: Quam illa ardenteis amoris excitaret si sed uideretur.

Excitare admirationem. Cic. Summam hominum admirationem excitabat.

Excitare amplitudines. Idem: Principijs à natura dritis amplitudines quedam honorum excitabantur.

Excitare bellum. Cic. Ille ex turbulentâ Republica his

OBSERVATIONES.

hic ex pace & uictoria bellum excitauit.

Excitare furorem, iram.

Excitare incendium. Cic. Ex qua illa fax excitare non posset incendium?

Excitare memoriam. Idem: Claudite literas, que stram memoriam ad timoris præteriti cogitationē excitare, id est, uobiscum in memoriam redite.

Excitare malum. In Heaut. Non uides quantum male ex ea re excites.

Excitare metu. Pli. Mitiū dominorū apud seruos ipse consuetudine metus exolescit, nouitatib. excitatur.

Excitare opus. Colum. Certamine opus excitetur.

Excitare plausum. Ci. Tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunquam maior. Idem: Atreuo diente plausus excitatur.

Excitare risum. Ci. Me miserum, qui non adfuerim, quos ego risus exciassem.

Excitare studium. Ouid. Excitat auditor studium, laudataque uirtus Crescit.

Excitare scholis aliquem. Cic. Nunquam profecto scholis essent excitati.

Excitare tempestatem. Ci. Omnom illam tempestatem. Cæsare impulso, atque adiutorie esse excitatur.

Excitare tragœdias. Idem: Quatas tragœdias excitatur.

Excitare vindictam, uocem. Cic. Vocem cubantes sentem excitant.

Excitare ab inferis. Idem: Multos si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret.

Excitare a, uel è somno. In Mercat. Andormientes spectatores metuis, ne è somno excites?

Exuscitare aliquid aliqua re. Cic. Cum sermone & nimum eius retinet, ac exuscitat clamore.

Exuscitare

LATINI SERMONIS

Exuscitare memoriam. Cicero.

Exuscitare naturam. Idem: *Docet se natura uulgari
C usitat a re non exuscitari.*

*INCItare, est ad celeritatē impellere uel commouere.
Incitare currentem, est adhortari quenquam ad id,
quod iam suapte sponte intendit.*

Incitare cursum. Cæs. *Cursu incitato in summo colle.*

Incitare celeritatem lingue. Cic. *Et linguae celeri-
tatem incitant.*

Incitare equū. Cæs. *Incitato equo se hostibus obtulit.*

Incitare odium in aliquem. Cic. *Odia illa libidinosæ
C delicate iuuentutis, quæ erant in me incitata, sic
mitigata sunt.*

Incitare rationem uiuendi. Idem: *Ea incitatur in ci-
uitate uiuendi ratio. i. ab omnibus auidè usurpatur.*

Incitare se in aliquem. Cic. *Quod si in eam me par-
tem incitarem.*

Incitare studium. Idem: *Quorum studio legēdi, meum
scribendi studium uehementius indies incitatur.*

*Incitare uenerem, prouocare: ut, Indulgere Baccho,
est incitare Venerem.*

[PER-CIO] *unde, percitus amore, furore, ira, insa-
nia.* Cic. *Animo irato ac percito. Percita est atra-
bile, in Amphit.*

Percitus incredibili re atq; atroci, in Hecyra.

RECOItare, de scripto dicere, percensere.

Recitare fabulam, agere.

Recitare literas. Cic. *Cum is frigidas sanè, & incon-
stantes recitasset literas.*

Recitare legem, id est, memoriter dicere. Quintil.

Recitare librū. Plin. *Recitare orationem, idem.*

Recitare rem gestam.

OBSERVATIONES.

tare, quod sōlitum est renouare.

Suscitare bellū. Ci. *Vt bellū ciuile suscitare uellemus.*

Suscitare rationem. Idem: *Humilitatem generis obij-
ciunt nobis, qui nouam rationem suscitant.*

Suscita istum, id est, excita, in Moste.

Suscita te, id est, expurgiscere, in Mil.

Suscita aliquē somno. In Mil. *Quæ me somno suscitat.*

Suscitare aliquem ad suum officium. In Rud. *Non il-
lum expectare oportet, dum herus se ad suum susci-
tet officium.*

CINGO.

Cingere, circundare. Gell. *Scuto pedestri & gladio
Hispanico cinctus.* Verg. 2. Aeneid. *Et inutile fer-
rum Cingitur.*

Cingere caput confessum corona. Cic.

Cingere, baccare frontem, Vergil.

Cingere saltū. Pli. *Qui eū saltum uenatores cinxisset,*
Cingere indagine. Verg. Aeneid 2. *Saltusq; indagine
cingunt, id est, ferarum inquisitione.*

Cingere urbem muro. Liuius: *Muro lapideo, urbem
quam nondum munierat, cingere parat.*

CINGitur, id est, parat se. In Amph. *Cingitur certe,
expedit se.*

*ACCINGo uel Or, utrungq; dandi casum aspicit, sed
prius frequenter pronominalē accusatiū inter-
ponit.*

Accingi ferro. Verg. 2. *Hic ferro accingor rurſus.*

Accingere se itineri, seu ad iter.

Accingere operi. Verg. 2. *Accingunt omnes operi.*

Accingere præda. Verg. *Illi se præda accingunt.*

SVCCingere, est circundare.

SVCCingi factionibus. Alcon. *Factionibus armato-
rum*

LATINI SERMONIS

rum succincti, id est, armatorum manus stipati.
Succincta Carthago portibus, Cic.

CLAMO.

Clamare, odiosè est uoce ferari. In Adelph. Clamat omnes indignis in factum esse. Ibidem: Et clam scepè. Clamare alicui de uia. In Andri. Illis quæ sunt intus clamat de uia.

CLAMITARE, frequentatiuum. In Andria: Clamitent me sycophantam hereditatem persecui. Idem: Quid clamitas?

Clamitare scepè. In Adel. Venit ad me scepè clamitās. ACClamare alicui. Cic. Non metuo, ne mibi acclamet, id est, ne assentiamini. Idem: Populus cum risu acclamauit ipsa esse.

CONclamare, una multos clamare. Cæsar: Tum suo more conclamauerunt, ut i aliquis ex nostris ad colloquium prodiret.

Conclamare auctionem, publicare. In Men. Vis conciliari auctionem fore?

Conclamatum est, id est, transactum ac finitum. In Eunu. De sine, iam conclamatum est. Conclamatur ad arma, id est, clasticum canitur, Cæs. Conclamata uasa. Cæs. Noctu, neq; conclamatis quidem uasis flumen transiit, i. claram ab iis priusquam castra ut mutarentur, significatum erat. Idem: Vasis militari more conclamatis.

Non conclamatis uasis abire, est insalutato hospite discedere.

Solent enim potores argentea uasa quibus usi sunt, priusquam abeant hospiti tradere, Cæs.

DECLAMARE caussas. C. Antea declamit ab ea caussas. Declamare ad fluctū. Idem: Ad fluctū aiunt declamare solitū Demosthenem.

EX-

OBSERVATIONES.

rare, uoce magna clamare. In Adelph. Illa ex-
clamat, abi abi. Exclamare gaudio. In Thoř.
Exclamat maxima cum uoce.

Exclamare maximum, in Moſt.

INClamare, est uoce altiori aliquem uocare. Cic.
Comitem illum suum inclamauit semel & scipiùs. In
Truc. Hic me inclamabit, si appexerit. Val. Max.
seruos inclamauit.

Inclamare, pro conuictijs & clamoribus infectari. In
Cist. Nolito acriter eum inclamare. In Asin. Nemis
agre risum cōtinuit, ubi is hospitem inclamauit, id
est, obiurgauit. In Sticho: Tuos inclama, tuu delin-
quunt, id est, reprehendas.

Inclamare alicui. Cic. Metuo ne mibi inclametis, id
est, reprehendatis.

PRoclamare, Liuius: Horatij patre proclamante, id
est, uociferante.

REclamare, aduersari, contradicere. Cic. Eius ora-
tioni uebementer ab omnibus reclamatum est.

CLAUDO.

Claudere Asia. Cic. Nostras res in actis pferri ad te
certò scio, tuas aut ignoramus, tanq; clausa sit Asia.
Claudere agmen. Cæs. Expeditæ cohortes nouissimæ
agmen claudebant.

Claudere benignitatem. In Eunu. Nunc ubi means be-
nignitatem sensisti in te claudier? id est, negari.

Claudere commodum, id est, impedire. In And. Nolo
tibi illum commodum in me claudier.

Claudere consuetudinem. Ci. Et in ipsius consuetudi-
nem, quā adhuc meus pudor mibi clausit, insinuabo.

Claudere cor egeno, est non misereri pauperis.

Claudere fatu sua, est mori.

Claudere

LATINI SERMONIS

Claudere fores. Clasum est nubi iter.

Claudere latus laeum alicui, a sinistris sedere.

Claudere literas. Cic. Ut illius temporis atrocitate recordari possitis, claudite literas.

Claudere manus auxiliares egeno, non iuuare.

Claudere mare. Cic. Adhuc clasum mare scio fuisse.

Claudit ueſper Olympum, id est, finit diem. Vergil. Ante diem clauso componet ueſper Olympo.

Clauditur orbis terrarū alicui. Ver. Quibus tot sunt nisi pafis Cūctus ob Italiam terrarū clauditur orbis.

Claudere quicquam pectorē, est occultare. Murell.

Non probo eos homines, aliud quam pectorē clausum: promptum aliud blando semper in ore ferunt.

Claudere rem familiarem. Cic. Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; id est, non adeo auarum esse decet.

Claudere riuos. Verg. Claudite iam riuos pueri sat prava biberunt, i. satis iocatum aut fabulatum est.

Claudere saltus, circumire. Vergil. Nymphæ nemori iam claudite saltus.

Claudere uiscera egeno, non misereri inopis.

A penis in angustijs clausus est, i. coarctatus. Plin.

Clausæ consilia, id est, secreta. Ci. Quod habere clauſion potuerit sua consilia de Verre.

Clausis Musarū ianuis discut, qui difficulter discut.

Claudere pro uacillare, claudicare. Salu. Nihil socordia claudebat, id est, non egit socordem. Idem:

Negligentia claudit res, id est, per ignorantiam res non infirmatur.

CL Audicare aliquid. Cic. Actio paulum cum uicio uocis, tum etiam ineptijs claudicabat.

Claudicare re. Id est: Totaq; res uacillat & claudicat.

Clau-

OBSERVATIONES.

Clauſcare in re. Cic. Nec in ullo officio claudicare.

Concludere, in unum multa claudere.

Concludere aquam. Cic. Conclusa aqua facile corrumpitur.

Cōcludere facinus crudelitate. Idem: Inuenietis id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atq; conclusum.

Concludere orationem, finire. Idem: Ad illam primā redeamus, eamq; ipsam concludamus aliquando.

Concludere nationem. Cic. Hoc modo rationem poteris concludere.

Concludere ex. Idem. Ex quo concluditur, &c.

Concludere se in cellam. In Adelp. Me in cellam aliquam cum illa concludam.

Concludere in unum diem multa. In Eunu. Tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem.

Cōclusus in cauea itidem ut pulli gallinacei, in Cur.

Conclusum in cornu Vulcanum gerere, est lucernam ferre, iu Amplit.

Concludere buc. Terent. Ut ab illa excludar, buc concludar.

DIScludere aliquid ab aliquo. Cœf. Aruernos ab Helvetijs discludit, id est, separat, disiungit. Verg. Discludere Nerea ponto.

EXcludere, prohibere ingressum, ejicere. In Eunu.

Ego excludor, ille recipitur. Cic. Ei jecere uos magnum fuit, excludere facile est, id est, redditum prohibere.

Excludere amicitiam. Cic. Multorum opes excludunt præpotentium amicitias fideles.

Excludere loco. Ci. Amicitia nullo loco excluditur.

Excludere oculos. In Pseud. Excludito mihi hercle

I oculum

LATINI SERMONIS

oculum, si dederō effodito. Tere. Vel oculum excludē, alijs legunt excuspe.

Excludere aliquem præmījs, honoribus. Ci. His præmījs & his honoribus exclusos esse fidelissimos.

Excludere seruitutem. Lucilius: Qua uirtute seruitutem excluderit.

Excludere se seruitute. Actius: Qua uirtute hic se seruitute excludit.

Excludere spem. Cic. In quo spē pacis inclusa, ipsa uictoria futura esset acerbissima.

Excludi tempore, temporibus, aut temporis puncto, spatijs, uel angustijs, pro impediri. Cæs. Tempore exclusus non uenit. Cic. Angustijs temporum excluduntur omnes, id est per temporis importunitatem uenire aut ire nequeunt.

Excludere aliquid ab aliquo. Cic. Aut me abs te excludere posset, id est, prorsus abducere.

Excludere ab re frumentaria. Cæs. Aut ab re frumentaria Romanos excludere, aut abduculos inopia ex prouincia expellere posse, id est, impedire.

Excludere aliquem foras. In Eun. Exclusit huc foras. Excludere, incubando pullum emittere. Colum. Columbae excludunt uigesimo die.

Excludere, refellere. In Mer. Quod illi disperlicet, facile excludunt cæteri.

Includere. Plin. Aestate inclusō frigore riget.

Includere aliquid orationi suæ. Cic. (uocem.

Includere uocem. Cic. Me dolor debilitat, includit.

Includere in carcere uel in carcerem aliquem. Cic.

Confute in carcere inclusō. Idem: Includuntur in carcerem condemnati.

INOLVdi in compagibus corporis. Cic. Dum sumus inclusi

OBSERVATIONES.

inclusi in his compagibus corporis.

Includere animum in corpore. Ci. Si iam tum, cū erit inclusus in corpore eminebit foras.

Includere opinionem in definitiones. Ci. Opinionem quam in omnes diffinitiones inclusimus, uolunt esse imbecillum assensionem.

Includere orationem in epistolam. Ci. Penè orationē in epistolam inclusi.

Includere aliquid in scyphis aureis. Ci. Ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres, id est, alligabat.

Intercludere, est quasi iter claudere. Vergil. Sæpè illos a/bena ponti Interclusit hyems.

Intercludere aliquem aliquare. Cæs. Commeatibus nostros intercludere insistunt.

Intercludere inimicis commeatum, in Mil.

Intercludere aliquem flumine. Ci. Flumine sanguinis meum redditum intercludendum putauerunt.

Intercludere aliquem re frumentaria. Ci. Siue eo q̄ re frumentaria intercludere posse considerent.

Intercludere fugam alicui. Cæs. Itinerum angustiarum multitudini fugam inclusarant.

Intercludere iter. Idem: Neḡ subsidio ueniri, neḡ comneatus supportari interclusus itineribus posset.

Intercludere vias. Ci. Intercludere omnes seditionē

Intercludere aliquem ab aliqua re. Cæs. Vt (uias. Cæsar ab exercitu intercludatur.

Ocludere, contra aliquid claudere, ut cedes, foræ, ostium. Plant. Occlusit ostium ancilla. In Aul. Oclude foræ ambobus pessulis.

Ocludere libidinem cōtumelijs. In And. Durnḡ eius libido occlusa est contumelijs, id est, impedita.

LATINI SERMONIS

Occcludere linguam alicui. In Mil. Tibi tuopte consilio occludunt linguam. In Trin. Occlusisti linguam, nihil est qui respondeam.

PRÆCludere, idem quod occludere. Cæs. Cræbris arboribus succisis omnes introitus erant præclusi.

RECludere est, clausa aperire. In Aul. Arcam reclusam reperi. In Cap. R_eclusit armarium.

SECludere iter. Cic. Iter est seclusum à consilio deorum.

Secludere uitā corpore, sibi mortē cōsciscere, Plaut.

Secludere, id est, excludere. Vergil.

Soluite corde metum Teucri, secludite curas.

C L A R O .]

Declarare horas, id est, significare. Declarato illo esse Romæ, Cic.

Declarant præsentiam sc̄pē diuī suam, id est, ostendunt, Idem.

Declarare uirtutem & uoluntatem suam, Cic.

C L I N O .]

Declinare, deorsum aliquid flectere, uel uitare.

Declinare laqueos. Cic. Atq; illam belluam iudicij laqueos declinantem iam irretitam teneret.

Declinare nocitura. Idem: Declinetq; ea quæ ei nocitura uideantur.

Declinare periculum. Asc. Cū posset omne periculum suum, & offensionē inimicæ multitudinis declinare.

Declinare telum. Salust. Nec, si uiri etis, declinatura est telum ipsum sacrosanctæ uestras authoritatis.

Declinare uitum. Cic. Quibus uitis declinatis.

Declinare à loco aliquo. Idem: Arbitrantur eum à Capua declinaturum.

Declinare à malis. Cic. A malis natura declinamus.

Decli-

OBSERVATIONES.

Declinare ab officio. Idem: Quis huic ignoscet, si quæ in re ipse in religione officij declinari?

Declinare ab ingenio. In Hecyra: Neg; declinatam ab aliarum ingenio ullam reperiās.

Declinare de uia. Ci. Paulū ad dexterā de uia decli-

Declinare extra uiam. In Aul. Ego modò (nauis) declinai paululum me extra uiam.

INCLInare, est pendere.

Inclinare diem. Cic. Inclinato iam in postmeridianum tempus die, i. uergente iam sole in postmeridiem.

Inclinari fortunam. Cic. Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deficere.

INGLInari iudicem. Cic. Ut iam inclinato reliqua incumbit oratio.

Inclinari rem. Cic. Laboratur uehementer, inclinatæ res est.

Inclinare R_empt. Salust. Vbi paulum inclinata Re-spub. agitari coepit.

Inclinare uoluntatem. Cic. Magna est autem comitijs consularibus repentina uoluntatum inclinatio, id est, mutatio, propensio. Idem: Inclinatione uoluntatis propendeat in nos.

Inclinare se ad aliquem, sequi. Idem: Quā uellem ut te ad Stoicos inclinasse.

Inclinabo me cum libertate tua: ubi coēundi adūlum honeste exprimit Plautus.

Inclinare ad pacem. Cic. Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem & foedus faciendum.

C O E N O .

Cœnauit apud me in mei generi Craspedis hortis,

Cœnare alienum. In Pers. Alienum coenabit, nibil gustabit de meo.

LATINI SERMONIS

Cœnare magnum malum. In Aſin. Cœnabis bōdie, ut
dignum est, magnum malum.

C O L O .

Colare, per colum aut ſecerniculū purgare: ut, Cola-
re aurum.

Colare calicem, eſt nimis ſuperſtitioſum eſſe, Adag.
COLERE agrum, hortum, rūs, terram, uineam, &c.
exercere.

Colere aliquem, amare. Saluſt. Ipſe a ſuis colo poſſet.
In Adelph. Et nos coluit maxime.

Colere aliquid, Terentius. Forma impulſi noſtræ, noſ
amatores colunt, in Heaut.

Colere amicitias. Cf. Utilitatibus amicitias colimus.

Colere bene meritos, eſt magis, quam remunerari. Ci-
cero: Ut bene meritos colas.

Colere Deum, magiſtratum, parentes, preceptorēs,
ſuperos, &c. uenerari, in honore babere.

Colere aequum & bonum, ſeruare aequitatem. In Men.
Qui neq; leges, neq; aequum & bonum uſquam colunt.

Colere fidem, iuſtitiam. Cic. Ut fidem colere, & iuſti-
tam retinere diſcerent, id eſt, uenerari.

Colere familiarū, in Adelphis.

Colere formam, faciem, ſe, eſt ornare. Plautus: Quin
tu te colis, antequam exeras domum?

Colere gentem, cohabitare. Cic. Quam colere gentem
nunc iuſtitiam?

Colere hoſpitium. Cic. Si hoſpitiū clientelas, cognati-
ones, affinitates, eafe colendas eſſe dicemus.

Colere omne genus hominum, in Poen.

Colere memoriam beneficij. Cic. Memoriam benefi-
cij uetri colam benevolentia ſempiterna, id eſt, per-
petuo meminero.

Colo-

O B S E R V A T I O N E S .

Colere medicinam animi. Idem: Animī medicina nec
tam deſiderata ſit antequam inuenta, nec tam culta
poſtquam cognita.

Colere mores. Saluſt. Domi militiae, & boni mores cole-
re. Colere mores alicuius populi, eſt illo-
rum more uiuere, in Cœſi.

Colere officiū. In Stich. illi officium ſuum non colunt.

Colere pietatem. In Hecy. Quod potero, faciam tamen
ut pietatem colam.

Colere queſtum ſuum, eſt ſuo commodo & lucro stu-
dere, in Poen.

Colere ſe inter ſe. Cic. Neḡ colent ſe inter ſe, ac dili-
gent, ſed etiā uerebuntur. Colere ſocietates, Cic.

Colere ſeditiones, amare, Plinius.

Colere ſeruitutē apud aliquē, alicui ſeruire, in Poen.

Colere uictum, pati. Cic. Nunc planc nec ego uictum,

nec uitam illam colere poſſum.

Colere uitam, uiuere. In Bacch. Vix colo uitam.

Colere uitam breuem. In Pſeud. Hic quidem homines
tam breuem uitam colunt.

Colere uitam uino & uictu probo, delicate uiuere, in

Colere uirtutem. (Moſb.)

Colere uentum, eſt inanem operam sumere, Adag.

Colere arcem, domum, urbē, inhabitare. Plaut. Hanc
domum iam multos annos eſt, quum poſtideo & colo.

Vergilius: Pallas, quas condidit arces, Ipsi colat.

Colere regiones Acheronticas, apud inferos habitare.
In Bacch. Regiones colere malle mego Acheron
ACCOLO, iuxta habito. Plin. Perſe (ricas.
rubrum mare ſemper accoluerē.

EXCOLO, eſt orno. Marmore parietes excolantur,
Plinius.

I 4

Exco-

LATINI SERMONIS

Excolere animum moribus, mētēs, ingenia puerorum literis, uitam uirtute.
 Excolere ad humanitatem. Cic. Quibus ex agresti immāniq; uita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus.
 INCOLO, inhabito. Cic. Quem locum incolunt.
 Incolere sedem. Cic. Excellentia tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.
 Incolere uitam. In Heaut. Ille uitam incolit inopem.
 RECOLERE, meditari, repetere. In Mercat. Antiqua recolam.
 Recolere artes. Cic. Ad eas artes, quibus à pueris dediti sumus, celebrandas, inter nosq; recolendas.
 Recolere animo. In Trin. Hec ego quū ago cum meo animo & recolo, ubi qui eget quam prēijs sit parui.
 Recolere ingenia. Plinius: Ingenia nostra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur.
 Recolere studia. Cic. Quantum alij tribuunt temp̄stis conuiuijs, quantum deniq; aleæ, quantum pilic, tantū ego mihi met ad hæc studia recolēda sumptuero.

C O L O R O.

Colorare aliquid. Cic. Sentio orationem meam illorū cantu quasi colorari, id est, uenuſtiorē reddi. Idem: Quasi colorata oratio.
 DECOLORARE, pallidum facere. Cic. Corpore decoloratum constat fuisse.

C O M M O D O.

Commodare, est commodum dare. Cic. Qui ego, quibuscunq; rebus potero, libētissimè commodabo. Idem: Quicquidei commodaueris, erit mihi gratum.
 Commodare, est rei alicuius usum præstare, siue eadem restituatur, siue pro ea aliud: contra Vallū, qui dicit

O B S E R V A T I O N E S.

dicit cōmodari tātū uestes, libros, uasa, equos, &c.
 Commodare facultates. Cic. Mutandis facultatibus & cōmodandis nulla re egeremus.
 Commodare pecuniam. Ascon. Quibus pecuniae com- modatae sunt.
 Commodare loquela. In Cistel. Commoda loquela iam tuam, id est, loquere nobis.
 Commodare operam, iuuare. In Rud. Quir tu ope- ram grauare mibi, quam ciuis ciuii commodat?
 Commodare præsentiam. Ascon. Præsentiam suam commodat amico.
 ACCOMMODARE, est adiungere, applicare. Sunt qui utuntur pro commodato dare, sed non satis Latine.
 Accommodare coronam ad caput. Cic. Coronam si- bi ad caput accommodanti.
 Accommodare clypeum ad dorsum, infigere, injice- re, in Trin.
 Accommodare curam auribus, est diligenter & at- tentè audire, Quintilianus.
 Accommodare intentionem scribentis, Plinius.
 Accommodare orationem ad aliquem. Cic. Ad uos exacuendos accommodavi orationem meam.
 Accommodare se ad Rem. Idem: Qui se ad Rem- pub. & ad magnas res gerendas accommodauere.
 Accommodare sumptus ad mercedē. Cic. Ut sumptus huius peregrinationis accōmodet ad mercedē Ar- gileti & Auentini. i. non plus impendat bac peregr- natione, q; capiat ex Argileti & Auentini locatione.
 Accommodare tempus litis orandi. Idem: Ut oranda- litis tempus, quo ad per leges liceat, accommodet.
 Accommodare in. Cic. Quod in plures cauſas pot est accommodari.

LATINI SERMONIS

*Accōmodare de. Idē: Vt ei de habitatione accōmodes
INCOMmodo, noceo, incōmodum do. In And. Megū
id adeō mibi ut incōmodet, q̄ ut obsequatur gnato.
Cic. Vt quum ipsi nibil alteri scientes incomoda-
rent, nibil ip̄is iure incomodi cedere pos̄it.*

C O M M Y N I C O .

*Communicare, cōmune facere, participare, impartire,
Communicare alicui consilium, doctrinam, factum, re-
scientiam, est aperire. In And. Non' ne prius com-
municatum oportuit?*

*Communicare alicui ēs, lucrū, operam suam, uictum
est impartire.*

*Communicare ciuitatem. Cic. Nunq̄ est intermissa
maiorib. nostris largitio, & cōmunicatio ciuitati
Communicare gloriā. Idem: Quantum tribuere al-
teri in communicanda gloria debuit.*

*Communicare aliquem mensa. In Mil. Communicabo-
re semper mea, id est, una mecum accumbes, eisdem
uescēris, quibus ego.*

*Communicare pericula amici, est se cum amico com-
mittere periculo. Cic. Si quando aliquod officium
exitit amici in periculis, aut adeundis, aut commu-
nicandis, qui est qui id nō maximis effera laudibus.
Communicare cum aliquo. Idē: Postulauit ut aliquem
populus daret, qui cum communicaret.*

*Communicare aliquid cum proximis. Cic. Vt si quam
præstantiā uirtutis, ingenij, fortunæ cōsequuntur
impertiant eam suis, communicentq; cum proximis.*

*Communicare cauſam suā cum aliquo. Salust. Caufam
ciuitum cum seruis fugitiuis cōmunicasse. Cic. Desi-
mant cauſam suā cum Chrysogono cōmunicare.
Communicare consulatū cum plebeijs. Plin. Ne consu-
latus*

OBSERVATIONES.

*Iatus cū plebeijs cōmunicaretur, acerrime resistit.
Communicare confilia cum aliquo. In Persa: Commu-
nicauit tecum confilia mea.*

*Communicare honores cum aliquo. Cic. Eorum hono-
rum, quos cum proximis cōmunicauit.*

*Communicare inimicitias cum aliquo. Idem: Mecum
inimicitias cōmunicasti, id est, pertulisti.*

*Communicare iudicia cum aliquo. Ci. Illis censoribus
iudicia cum equeſtri ordine cōmunicata sunt.*

*Communicare pericula cum periculis aliorum. Idem:
Qui uelint cum periculis nostris sua cōmunicare.*

*Communicare prouinciam cum aliquo. In Trin. Com-
munesq; hāc mecum mēa prouinciam, t. adiuves me.*

*Communicare sua cum aliquo. Cic. Nihil mibi scito
nunc tam deesse, quam hominem eum, qui cum omnia,
que me cura aliqua afficiunt, unā cōmunicem.*

*Communicare de officio cum aliquo. Idem: Hoc tem-
pore uelle te mecum, si propius accessissim, de officio
utriusq; nostrū cōmunicare.*

Communicare mecum sapissimē de te solet, Cic.

*Communicare interfēde rebus suis. Idem: Haec (ut:
spero) breui inter nos cōmunicabimus. Idem: Vt
quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis, inter nos
cōmunicaremus.*

C O N O R .

*Conari, operam d̄re, moliri. In Andr. Ego' ne isthuc
conexi queem? Ibidem: Scio quid concre.*

Conari aliquid fallacie, in Andria.

Conari alicui obuiā. In Phor. At ego obuiā conabar

Conari manibus, pedibus, in Andria. (tibi.)

*Conari cum infinituō. Cic. Priusq; illa conor attin-
gere. Idē: Qui p̄fante eo gestum agere conaretur.*

CON-

LATINI SERMONIS
CONCILIO.

Conciliare, est parare, acquirere, uel reconciliare.
Conciliare aliquem. In Epid. Cōciliauit nos pulchr
Conciliare aliquem alteri. Plinius: Ptolomacum regi
Alexandria consuli Sylla conciliauit.
Conciliare animos aliorum sibi. Cic. Proprium h
statuo uirtutis, conciliare sibi animos hominum.
uius: Ut animos Aboriginem sibi conciliaret.
Conciliare amicitiam. Idem: Virtus conciliat ami
tias, & conseruat.
Conciliare benevolentiam, odium. Cæsar: Felici
rerum gestarum exercitus benevolentiam imper
toribus, & res aduersæ odia conciliant.
Conciliare dignitatem. Idem: Quibus ex rebus s
eam dignitatem conciliauit.
Conciliare fidem. Cic. Quæ motu animorum concil
in dicendo fidem.
Conciliare gratiam. Idem: Neq; quò Cn. Pompeij g
ratiam mibi per hanc caussam conciliari putem.
Conciliare nuptias. Cic. Easq; nuptias M. Cic. com
Conciliare pacem. In Heaut. Ex eo ergo (liam
ut pacem conciliem.
Conciliare pecuniam. Cic. Sed pecunia conciliat
caussa suscepereis.
Conciliare regnum. Cæs. Se suis copijs, suoq; exerci
illis regna conciliaturum confirmat.
Conciliare voluntatem alicuius. Cic. Ad eorum
luntatem mibi conciliandam.
Conciliare à patre pacem. Plautus: Qui à patre ci
conciliarem pacem.
Conciliare aliquem ad aliquem. In Mil. Ut se ad eū con
Conciliare de aliquo nugas. In Trin. (ciliariu

OBSERVATIONES.

Si quid ego addidero amplius, eo conductor melius
de me nugas conciliauerit.
Conciliare in libertatem aliquem. In Epid. Sororem
in libertatem idem opera concilio mea.
Conciliare inter aliquos affinitatem. In Trin. Meus
gnatus me ad te misit, inter se atq; tuos affinitatem
ut conciliarem.
Conciliare inter aliquos pacem. Ci. Pacis inter ciues
conciliandæ te cupidum esse laetor.
INconciliare, est comparare, commendare, uel per do
lum decipere.
Inconciliare aliquem. Plau. Inconciliasti eum qui man
datus est tibi, id est, disperdisti.
Inconciliare copias omnes meas, Plau. pro diuellere.
Inconciliatè dixit Plaut. quod Terentius male con
ciliatè, pro ignauè & nibili.
REconciliare, est inerruptam gratiam resarcire.
Reconciliare aliquem alicui. Cic. Animum patria sui
sorori tuu reconciliavit. (Plin.
Reconciliare æmulas ciuitates, uerè principis est,
Reconciliare existimationem iudiciorum. Cic. Ad
duxi hominem, in quo reconciliare existimationem
iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Popul.
Rom. satisfacere exteris nationibus possitis.
Reconciliare gratiam. Idem: Ut agerem quād dili
gentissimè cum Lucio, de uestra uetera gratia recō
cilianda.
Reconciliare voluntatem alicuius. Cic. Omessa omni
contentione, reconciliataq; voluntate nostru.
Reconciliare in libertatem aliquem. Plaut. Si huius
buc reconciliasso in libertatem filium, id est, restitu
tam in libertatem.

CON-

LATINI SERMONIS

CONCINNO.

Concinnare, est aliquid parare, siue apte inter se conponere.

Concinnare aream. Plaut. in Asin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum.

Concinnare liuorem alicui. In Tru. iam liuorem se pulis isthac concinnas tuis.

Coccinmare lutum. In Rud. Si sapiam hoc quod me etat, concinnem lutum.

Concinnare munus. Cic. Nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, coccinmani tibi munusculum ex instituto meo, id est, composui.

Concinnare se leuem suis. In Trinum. Nunquam enim alienis granis, qui suis se concinnat leuem.

Concinnare uiam. In Stich. Tranquillam uiam conona. i. expedi.

Concinnare struices patinarias.

Concinnare uestem. Plaut. Ego tibi hanc hodie prebe lepideq; concinnatam referam tempori. In Ma. Ut concinnandam darem.

Concinnas tu tuam uxorem ex abitu lacrymantem id est, plonare facis, in Amph.

R.E concinnare, est reficerre.

Reconcinnare edificium. Cic. Tribus locis edifico reliqua reconcinnio.

Reconcinnare uestem. Plau. Pallam illam ad Phrygionem defram, ut reconcinnetur.

Recocinnare detrimentum. Cæs. Diuturni laboris detrimentum solertia, & uirtute militum recocinnatur.

CONCINNO R.

Concionari aliquid. Ci. Quod quam Lepidus concionaretur.

Concionari cum aliquo. Idem: Quia cum erat coccionatus.

Conci-

OBSERVATIONES.

Concionari de aliquo. Ci. Etiam de te concionantur.

CONDIO:

Condire coenam.

Condire orationem. Ci. Duo sunt quæ condiant orationem, uerborum numerorumq; iucunditas.

Condire negotium. Idem: Et ipse conditor totius negotij guttam affergis huic balbo.

Condire consulatum. Ci. Ut ei iam exploratus & domini conditus consulatus uideretur.

CONniuere, uisum disimulare.

Conniuere somno. Conniuere in homin sceleribus, Cic.

CONSULO:

Consulotibi, i. consilium do, datum crebreiis habet.

Consulere alicui, est eius commodo prospicere. In Heau. Quid de me fiat, parui pendis, dum illi consulas.

Cic. Ego tibi ab illo consuli mallem.

Consulere alicui aliquid. In Pers. Illi homines mibi nescio quid mali consulunt.

Consulere boni, est iudicare, facere, & stimare. Ouid. Tu tamen haec quæso consule missa boni.

Consulere commodo priuato.

Consulere commodis literarum.

Consule meo, tuo liberorum commodo.

Consulere æqui boniq; Quintil.

Consulere famæ, id est, facere ut bene audiamus.

Consulere fortunæ. Ci. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati & uitæ & fortunis tuis.

Consulere ingenio, i. dare operæ eruditioñi parandæ.

Consulere iræ, est facere quod subita bilis præscribit.

Sal. Ne' uc iræ uestre magis consulatis, quam simus.

Consulere libidini sue, est facere quod quis uelit.

Consulere opibus, parare, conquerere.

Consu-

LATINI SERMONIS

Consulere pudori. Cic. Satis ne ergo pudori consu-
lat, si quis sine teste libidini pareat?
Consulere quæstui suo.
Consulere rationibus suis. Cic. Ut quibuscumque rebus
poteris, (poteris autem plurimis) proficias & con-
sulas rationibus meis.
Consulere rei domesticæ aut familiaris.
Consulere rebus meis, tuis. Consulere Reipub-
Consulere saluti meæ, tuæ, suæ, omnium.
Consulere studijs cōmunitibus, est dare opera ut bone
literæ suæ seruent uigorem. Consulere temporib.
Consulere tergo suo, est ne uapulet curire. In Asin.
Tergo & cruribus consuluit hanc decorè.
Consulere ualecudini meæ, tuæ.
Consulere uitæ meæ, suæ, omnium.
Consulere uotis suis, est perficere quod quis uelit.
Consulere aliquem, consilium petere. In Men. Simi-
consulas.
Consulere aliquid. Terent. Vt id consularem.
Consulere aliquid amicos. In Men. Ibo & consulam
hanc rem amicos, quid faciendum censeant.
Consulere aurem, est harmoniae iudicium ad auditum
reuocare: ut Consule aures tuas.
Consulere Apollinē. Pli. Apollinē de bello consuluit.
Consulere commentarios, est querere quo pacto ren-
ipsi exposuerint.
Consulere coniectorem. In Amph. Tres iam coniecto-
rem consulam quid faciendum censeat.
Consulere Delphica oracula.
Consulere doctiores, iudices, præceptorem, senatum,
Consule uires tuas. (scriptores.
Consulere ab re, quod inutile est suadere, in Trin.

Consi-

OBSERVATIONES.

Consulere ad aliquid. Cæsar: Alter agere omnia ad
præscriptum, alter liberè ad summam rerum consu-
lere debet.
Consulere de aliquo bene uel male, est bene uel male
eum accipere, tractare, & agere cum eo commodè
aut incommodè. Liuius: De perfugis grauius quam
de fugitiis consultum, id est, durius tractati sunt
perfugæ. Idem: De nullis, quam de uobis, acerbius
consuluerunt, id est, nulos acerbius acceperunt &
tractarunt.
Consulere de se grauius. Cic. Quintum fratrem ames,
ne ue quid eū patiare grauius consulere de se, quam
expedit sororis tuæ filio, id est, noxiū & exitio-
sum sibi consilium capere.
Consulere de salute suorum. Idem: Neḡ ego tantum
fraterno amori dandum arbitror, ut quisquam de
salute suorum consulat, communem relinquit.
Consulere in aliquem, male eum accipere & tractare.
Liuius: In humiliores crudeliter libidinosę consu-
lebatur.
Consulere in cōmune, est in cōmune cōmodum prossi-
cere. In And. Id ore te, in commune ut consulas.
Consulere in longitudinem, in futurum prossicere. In
Heaut. Vbi te uidi animo esse amissō, neḡ consulere
in longitudinem.
Consulere in publicum. Plin. Quod intermissum iam
diu morem in publicum consulendi reduxissim.
Consulere in se aliquid male. In Heaut. Peſimè iſthuc
in te atq; in illum consulis, id est, peſimè tibi & illi
proſpicis.
Consulere alicui optime. In Phorm. Qui mibi consul-
sum optimè uelit esse,

K

Conſu-

LATINI SERMONIS

Dicere caussam, est prætendere. In *Hecyna:* Dixere
caussam tunc nescio quam. Est apud iudicem de-
fendere. In *Phorm.* Non caussam dico, quin quod me-
ritus est ferat.
Dicere caussam de capite, de pecunijs repetundis, *Cle.*
Dicere caussam de incesto, *Liu.*
Dicere caussam pro aliquo. In *Bacch.* Pro tam corru-
pto dicitis caussam filio.
Dicere caussam ex uinculis, est ius suum defendere cū
in uinculis est. *Cæs.* Ex uinculis caussā dicere coēge.
Dicere caussam ex quadam parte, *Cic.* (runt.)
Dicere carmina, cantare, *Vergil.* 6.
Dicere camœna aliquem, laudare. *Horatius:* Prima
dicte mihi, summa dicende camœna.
Dicere cœnam, cœnandi locum constituere. In *Sticho:*
Namq; cœpol cœna dicta est.
Dicere copia alicuius, idem quod, pace,
Dicere controuersiam, exponere. *Plaut.* Plus minus
opus quam erat, dixeram controuersiam.
Dicere con uitium alicui. *Plaut.* Fato ut scias, quid
periclitit dotatæ uxori con uitium dicere. *Vergil.*
Fumo con uitia dixit.
Dicere contumeliam. *Plaut.* Quotq; innocentie ei dixe-
rit contumelias. Idem: Contumeliam si dices, audies.
Dicere diem, est trahere in ius, *Cic.* 3. *Offic.*
Dicere diem alicui, id est, constituere. In *Capt.* His
diem dicam. *Cicero:* Diem mihi dicerat.
Dicere diem capitatis, uel rei capitalis. *Liu.* Cæsoni ca-
pitis

OBSERVATIONES.

pitis diem dicit. Idem: Rei capitalis diē Posthumia
Dicere diem inris, in Men. (dixerunt.)
Dicere diem nuptijs. In *Andr.* Hic nuptijs dictus est
dies, id est, constitutus.
Dicere diem operi. *Cic.* Postquam diem operi dixerat.
Dicere dictatorem, creare. *Liu.* Cum consul oriente
noctis silentio, diceret dictatorem.
Dicere dimidiū. *Terent.* Vix dum dimidium dixeram,
intellexerat.
Dicere dolo. In Men. Non dicam dolo, inepte, absqua
mendacio.
Dicere æqui boniq;. i. bona fide, aut iustificatione. In
Phorm. Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris.
Dicere factum. In *And.* Quasi tu dicas factum id con-
silio meo.
Dicere falsum, mentiri. In *Casim.* Quæ omnia facta di-
xi huic, falsa dixi.
Dicere futurū. In *Am.* Tragediam dixi futurā hanc.
Dicere bona fide. In *Pseud.* Bonā ne fide isthuc dicis?
Dicere horam alicui, designare.
Dicere hymnum, est laudare, canere.
Dicere id quod res est, aut, dicere ita ut res est.
Dicere id quod uidetur.
Dicere inducias. In *Circ.* Inducias occœpi dicere.
Dicere ioco. In *Amph.* Et quidem ioco illa dixeram
dudum tibi. *Ter.* Ioco' an serio illac dicat, nescio.
Dicere ius, iustitiam exequi. *Cic.* Qui anno ante Ro-
ma ius dixerat.
Dicere ius ex syngrapha, id est, secundum syngra-
pham, *Cicero.*
Dicere interuallo. Idem: Nisi interuallo dixisset, ipse
prodeant.

LATINI SERMONIS

Dicere legem, præscribere. Horatius: *Dicta tibi est lex.* Linus: *Quando perinde ac uicto iam sibi leges dicerentur.*
 Dicere leges pacis, Vergil. 12.
 Dicere loco idoneo. Cic. *De qua dicetur idoneo loco,*
 Dicere loco et modo. Idem: *Vt loco dicat, id est, roga-tus: ut modo, ne sit infinitus.*
 Dicere mendacium, mentiri. In Amph. *Si dixero men-dacium, in solens meo more fecero.*
 Dicere modos, canere. Dicere modo, diximus.
 Dicere modo uno omnia. Cic. *Omnia fore ut similiter atque uno modo dicerentur.* Dicere multa, Plin.
 Dicere nugas. In Heaut. *Magni iam conatu magnas nugas dixerit, id est, ex industria nugabitur.* In Casi-n. *Nugas isthie dicere licet.*
 Dicere nummos, promittere, Salustius.
 Dicere pacem alicui, Ascon. *Carthaginensibus bello secundo dicta est pax.*
 Dicere pace alicuius. Cic. *Hoc pace dicam tua.* Idem: *Pace uel Quirini uel Romuli dixerim.*
 Dicere pecuniam doti, dare. Cic. *Doti Valeria pecu-niam omnem dixerat.* Dicere preces horarias.
 Dicere prælium, describere, Horatius.
 Dicere prologum, in Phorm.
 Dicere rationem. Plaut. *Rationem dicam, quia qui alterum incusat proibri, ipsum se monere oportet.*
 Dicere rem ipsam, ut res est.
 Dicere sententiam. Cic. *Cum uero iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se adhibere testem.*
 Dicere sententiam per tabellam, Salustius.
 Dicere sententiam in aliquem. Cic. *Is quum honorifi-centissimam in me sententiam dixisset.*

Dice-

OBSERVATIONES.

Dicere salutem alicui articulatè, idem.
 Dicere sacramentum uel sacramento, iurare, Horatius lib. 2. Ode 17. Cæs. *Milites Domitianos sacra-mentum apud se dicere iubet, i.e. iusfirandum dare.*
 Dicere sales, scommata.
 Dicere signa. Ouid. 5. Metamor. *Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.* Dicere tempus, designare.
 Dicere testimonium uel testimonia, testificari, probare, Cicero.
 Dicere testimonium in, uel contra, uel aduersus aliquem grauitate, Cicero.
 Dicere testimonium de auditione, id est, ex eo quod audis.
 Dicere testimonium de coniuratione, de scelere, improbitate, audacia, ambitu alicuius, Cicero.
 Dicere testimonium secundum fidem et religionem, idem.
 Dicere uale, supremum uale. Ouid. 6. Metamorph.
 Dicere uentia alicuius. Dicere uera, in Pseud.
 Dicere uerba præcantia, Ouidius 7. Metamorph.
 Dicere uerbo uno. In And. *Quin tu uno uerbo dic.*
 Dicere uersus. Cic. *Versus sacer in oratione per im-prudentiam dicimus, id est, dicendo facimus.*
 Dicere uitium alicui. Terent. *Reddi autem patri, cui tu nihil dicas uitij, superbum est, id est, quem merito in nulla re accuses.*
 Dicere uenturum. In Heaut. *Quum uenturam dixerim.*
 Dicere à principio. Cicero: *Dixeram à principio, de Republica ut silleremus.*
 Dicere ad aliquid. Idem: *Dicendum est mihi igitur ad ea, que sunt à te dicta.*
 Dicere ad actatem. Idem: *Ea quidem, quæ adhuc dixi-isti, quamvis ad actatem recte isto modo dicerentur,*

M 5 id

LATINI SERMONIS

id est, accommodarentur.

Dicere ad iudicem. Cic. *Adstantem iudicem dicunt.*

Dicere ad summam. Idem: *Ad summam dic M. Tulli.*

Dicere ad ueritatem. Cic. *Nisi hi omnes multa ad ue-
ritatem admirabilia dixissent. i. uera prædixissent.*

Dicere ad uoluntatem alicuius, idem.

Dicere aduersus aliquem. In *Ampbit.* Mirum quin te
aduersus dicat.

Dicere apud prætorem. In *Pers.* Illic dicam apud præ-
torem, *id est, narrabo.*

*Dicere de pecunijs repetundis, de capite, de incesto,
ex uinculis, ex quadam parte cauſam, diximus.*

Dicere cum aliquo, *id est, loqui.* Plaut. *Cum quo bella-
tor Mars haud ausit dicere.*

Dicere de auditione, quære, dicere testimonium.

Dicere de opinione. Plaut. *Hic nisi de opinione cer-
tum nihil dico, *id est, quod opinor.**

Dicere de peccatis alicuius. In *Heaut.* *De illius pec-
catis plura dicet.* Dicere de omni re, Cicero.

Dicere de se. In *Eunuco.* Omitte de te dicere. Cicero:
Sed nihil de me.

*Dicere de scripto, citare aliquid, uel declamare ex
scriptis.* Item: *Ita enim dixisti, & quidem de scripto.*

Dicere ex syngrapha aliquid: uide, dicere ius.

Dicere ex animo quicquam. Terentius: *Vtinam istuc
uerbum ex animo ac uerè dices.*

Dicere ex loco inferiore. Cic. Q. Catulum ex inferio-
re loco iusserrat dicere.

Dicere ex tempore. Plin. *Dicit semper ex tempore,
id est, sermonem non præmeditatum habet.*

Dicere in aurem. Dicere in utrangs partem, Cic.

Dicere in aliquem grauius, conuictari, Terentius.
Dice-

OBSERVATIONES.

Dicere in sententiam. Cice. In eam sententiam quum
multa dixisset.

Dicere inter nos. Idem: *Quod inter nos liceat dicere.*

In Adelphis. *Didum inter nos hoc fuit.*

Dicere intra se, p̄ cogitare: scripturæ sacræ tropus.

Dicere per imprudentiam, ubi dicere uerius habetur.

Dicere per iocum. Plaut. *Scis iamdudum h̄c me di-
xisse per iocum.*

Dicere p̄ aliquo cauſam, habes apud, dicere cauſam.

Dicere p̄ certo. Cic. *Aut ego pro certo dicere audeā.*

Dicere pro testimonio. Idem: *Neq̄ dixi quicquam pro
testimonio.*

*Dicere positum cum ijs aduerbijs reperimus: acerua-
tim, adstrictiūs, angustiē, amicē, articulatē, Atticē,
alionerūs, breuiter, circumscriptē, clanculūm, cla-
ri, cōmodē, contentē, criminōsē, directō, elatē, enu-
cleatē, grauiter, grauiūs, grauissimē, impolitē, inci-
se, inclementer, imperitē, inconditē, iniuste, leuisi-
mē, lectifimē, minutē, nimium, sapē, nimis, admirabi-
liter, parūm, planē, plenē, plenifimē, præcisē, presē,
primum, pulchre, secūs, sedulō, certō, sordidē, subi-
tō, summisē, uerē, ueteratoricē, uicissim.*

Dicere iunctum aduerbio cū, non caret elegantia.

Cicer. Sapē enim soleo audire Rosciū, cū ita di-
cat se adhuc reperire discipulum, quem quidem pro-
baret, potuisse neminem: pro audire dicent em.

Dicere si. In *Irinum.* Dicis, si facies modō.

Dicere ut. In *Eunuco.* *Vt appartere dicam.* Ibidem:
Nil dixit tum ut sequerēre se? In *Mercat.* Dico:
ut res est.

Dicere, subauditio ut. Plautus: *Dicam partiant, pro
ut partiant.*

Dice-

LATINI SERMONIS

Dicere uolui: uulgo, putabam dicere. In Mil. Illud dicere uolui. In Eunuco: Nesciebam id dicere illam, id est, uoluisse.
 Dixi, hoc utimur perorata causa. In Phorm. Dixa Phormio. Item: Dixi Demipho.
 Diceret. i. dicere posset. In And. Diceret, quid fecis.
 Dicere pro insonare, historicū & poēticū est. Verg. Taratantara dixit. (cum)
 Dicere, pro loqui: recurre ad, dicere alicui, et dicere
 Dicere, nominare. Verg. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Mart. Patriæ diceris esse pater,
 id est, uocaris.
 Dictu nihil facilius. In Phor. Nihil est dictu facilius.
 DICTare, alio scribente prælegere. Cic. Si scriberem ipse, longior ep̄istolā fuisset: sed dictaui propter libitudinem. Idem: Hanc ep̄istolam dictaui in rheda.
 Dictare actionem, impingere dicam, Iuris uox est.
 Dictat ratio multa, Plinius.
 Dictare rationem, subducere. In Amph. Ut rationem te dictare intelligo.
 Dictare testamente, pro suo arbitrio disponere, pli.
 DICTITare aliquid. In Heaut. Tum quod maleuolas poëta dictitat. Idem: Non es, obsecro, quem semper te esse dictasti?
 ADDICere, est licitanti rem auferēdam permittere. Cic. Fundus addicitur Ebūtio, id est, adiudicatur.
 Addicere animum amabilitati, amare. In Poen. Qui amabilitati animum addiceret.
 Addicere aues alicut, dicuntur quum approbant facienda. Liuius: Fabio aūspicanti aues semel atq; iterum non addixerat.
 Addicere bona alicuius, p̄scribere, licit entibus obijcere.

OBSERVATIONES.

cere. Ci. Horum bona in publicum addicebat. Quintil. Rus seruulos & omnia utiliora properanti festinatione parentis addixi. Suet. Amplissima prædia minimò addixit, id est, frusto panis uendidit.
 Addicere familiā prætor dicebatur, quando debitorum tradebat in potestate creditoris. In Poen. Vbi in ius uenerit, addicet prætor familiā totam tibi.
 Addicere fidem pretio. Ci. Flagitiosum ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere additam fidem & religionem.
 Addicere filium, condemnare. Plin. Quum ipso iudicij die superuenisset, & filia iam addictam uideret.
 Addicere fortunas alicuius. Idē: Ut ciuis optime meritui fortunas prouinciarum foedere addiceres.
 Addicere meretricem alicui, uendere, Plaut.
 Addicere morti aliquem. Cic. Is qui morti addicitus est, id est, condemnatus.
 Addicere sanguinem alicuius. Ci. Eius ipsius domū eueristi, cuius sanguinem addixeras, id est, uenderas quasi sub hasta.
 Addicere sententiam. Idem: Cum te neg; frequens sentatus agendo de uendita atq; addicta sententia morire potest.
 Addicere se alicui, dedere. In Bacch. Dicite nos quo cunq; lubet, tanquam uobis addictos quidem.
 Addicere se amori. In Poen. Ne tuo nos amori seruos esse addictos censes.
 Addicere se cupiditati. Ci. Quæ corpus suum addixerit turpisimæ cupiditati.
 Addicere se intemperantie, petulantie. Idem: Nuda cupiditati petulantie addicatur.
 Addicere se legibus. In Capt. Quasi fundum uen-

dam

LATINI SERMONIS

dam meis me addicam legibus.
Addicere seruituti aliquem. Cæs. Omnem Galliam prostertere, ac perpetue seruituti addicere.
Addicere supplicio aliquem. Cic. Nō tamen sententijs prius iudicū cōuinceretur, q̄ supplicio addiceretur.
Addicere uastitati omnia. Idem: Mihi ista omnia ad dicta uastitati uidentur, (na)
Addicere in publicū aliqd, positiū apud addicere bo.
Benedicere. In Eunu. Benedixisti, ac mibi isthuc non in mentem uenerat. In Adelp. Omnes benedicunt, id est, laudent.
Benedicere, in sacris literis, est bene ominari, bene uelle, benefacere. **Benedicere** deo, est ei benefacere.
CONDICERE, promittere, denunciare, confirmare.
Condicere alicui. Ci. Quum mibi condicisset, coenauit apud me, id est, uenturum se promisisset.
Condicere alicui coenā, coniuīū, prandīū, symposiū. Sueton. Coenam ea lege cōdixit, ne quid ex consuetudine immutaret, id est, se cōuiuam fore s̄pōndit.
Condicere inducias, statuere. Iustinus: Inducias quas proprio nomine condixerat. Cf.
Condicere locū. Idem: Eli per ep̄stolas inuicem se confirmantes, locum temp̄us q̄; coēundi condicunt.
Condicere nuptias, hymeneos.
Condicere operam. Plin. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. i. quum hoc opus suscepisti.
Condicere ad coenām. In Stich. Eo condicium symbolum ad coenā, id est, denuntiatum ut omnes in unum conferant aliquid ad apparandam coenām.
Condicere diem cum aliquo, est iudicio diem constituere. Gell. Condicetus dies cum hoste.
EDICERE, publicè demandare, est propriè magistratum.

OBSERVATIONES.

stratum. Verg. 10. Princípio socijs dicit. Flora. Edicta rumpent Iulia. In Eunu. Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium. Ibid. Edico tibi. Edicere comitia. Cic. Comitia sine mons futura uidetur, edicta sunt ad XI. Calend. Febr. in eum diē quasi iussa.
Edicere, ne. In Hecy. Edicam seruis, ne quoquam efferrisint. In Eunu. Edicit ne uir quisquam ad eā adeat.
Edicere, diuulgare. Ci. Curabo edicendum, & propoundendum locis omnibus. In Pseu. Iam edicā omnibus.
Edicere, pro dicere. Plin. Edicas quid absumpt̄ seris.
INDICERE, denunciare quid faciendum sit.
Indicere bellum alicui. Luui. Latinis bellum indicō. Pallas Marti perpetuum indicit bellum.
Indicere bellum aut certamen cantus, cursus, luctæ, digladiandi, præliandi, scribendi, Ver. 7. Ouid. 6. Metan.
Indicere bellum diuitijs, ignauiae, somnolentiæ, uentri, uoluptati. Cic. Ne omnino bellum indixisse uidear uoluptati. Flora. Ventri indicō bellum.
Indicere bellum artibus, bonis moribus, ciuitatib; virtutibus, &c.
Indicere concilium. Cæs. Indicas inter se concilijs.
Idem: Totius Italie concilium Bibraete indicitur.
Indicere dies festos.
Indicere forū, leges statuere. Ver. 5. Indicitq̄ forum.
Indicere funus, euocare homines per præconem adfunus. Cæs. Funere indiclo rogus extrectus est. Cic. Funeris funus te indixisse Reipub.
Indicere honorē. Ver. Diuum templis indicit honorē.
Indicere ieiunium, Florat.

Indicere

LATINI SERMONIS

Indicere iusitium. Liui. Iusitium indici iusfit.
 Indicere iter, profectionem, legationem. Verg. 7. Ergo iter ad regem pollutum pace Latinum Indixit pri
mis iuuenum.
 Indicere legem sibi. Cic. Legem sibi indicunt innocen
tiae, continentiae, uirtutum omnium, id est, imponunt.
 Indicere mercatum. Cic. Tanto mercatu prætoris
indicto, concurritur undiq; ad istum.
 Indicere operam, negotium, triungere.
 Indicere pactionem. Ascon. Interpretes, per quos in
dicitur pactio.
 Indicere spectacula ludos faciundos publicare, Liui.
 Indici finitimi spectaculum iubet.
 Indicere tributum populo, à populo exigere. Liuius:
 Tributo populo indicto.
 Indicere uenditionem. Cæs. Vt qui eorum bona rede
misset, se bonorum uenditionem indicurum.
 Indicere uerecūdīc alterius aliquid. Plin. Onerosum
nescio quæ uerecūdīc tue confessus nosfer indexerat.
 Interdicere, datiuum cum ablatiuo frequētissimè re
git. Cic. Iubent ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua
& igni interdicī. Plin. Aqua & igni interdixit ei,
qui in leges suas non iurasset.
 Interdicere domo alicui. Sueton. Alteri ob ingratū
& maleuolum animum.
 Interdicere sacrificijs. Cæs. Si qui eorum decreto nō
sternerint, sacrificijs interdicunt.
 Interdicere paſtiue. Cic. Vt M. Tullio aqua & ignis in
terdicitur? Suet. Hi quibus magistratus prouin
ciae interdicerentur.
 Interdictitur impersonale. Cic. Male rem gerenti
bus patrijs bonis interdici solet. Plinius: Prisco in
biennium

OBSERVATIONES.

biennium Italia interdictum est.
 Interdicere præmiū. Cic. Qui se opponat periculis nō
modo nullo proposito præmio, sed etiā interdicto.
 Interdicere datiuum cum accusatiuo rariū admittit.
 Liui. Foemini dunt axat usum purpuræ interdice
mus. Sueton. Interdixit histri onibus scenam.
 Interdicere cum accusatiuo & ablatiuo. Cæs. Omnis
Gallia Romanos interdixisset.
 Interdicere pro obſlare cum solo datiuo. Cic. Cuime
mo interdicere posuit.
 Interdicere ne. In Flacy. Interdicione extulisse extra
adeis puerum usquam uelis.
 Maledicere, cum contemptu loqui. Cic. Optimo &
clarissimo uiro fugitiui ore maledicere.
 PRÆdicare. In And. Hoc primum in bac repre
dicto tibi.

DIGNOR.

Dignari, dignum iudicare seu habere. Cic. Quæ secun
dum naturam essent, ea sumenda & quadam aestima
tione dignanda docebat.
 Dignari bonore. Verg. Haud equidem tali me dignor
bonore. Ouid. Quos quoniā coeli nondum digna
mur bonore.
 Dignari aliquem alloquio, amicitia, literis suis. Ver.
 Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est.
 Dignari paſtiue. Cic. Qui apud nos hoc nomine di
gnantur, id est, digni habentur. Vergil. Contugio
 Anchisa Veneris dignate superbo. Vergil.
 De dignari simplici contrarium. Vergil.
 Quos ego sum toties iam dedignata superbos.
 Indignari aliquid, indignè ferre uel irasci. Cic. Ei
dicere ea, quæ indignantur aduersarij, tibi quoque
N indigna

LATINI SERMONIS

indigna uideri, id est, quae indigna esse ostendunt.

D I S C O .

- Discere literas. In Trucul. Literas didicisti, quando scis sine alijs discere.*
- Discere usum. Sal. Per labore usum militiam discebat.*
- Discere ab. In Adelph. Pater esse disce ab alijs qui uerè sciunt.*
- Discere de. In Eunu. Coepit me obsecnare, ut sibi licet discere id de me. Plau. Discā de dictis meliorib.*
- Discere, pro intelligere. Cæs. Discit cum omni equitate Litanicum ad solicitandos Heduos profectum.*
- DEDiscere, quod didiceris obliuisci. In Amph. Haud aquū facit, qui quod didicit, dediscit. Propert. Turpe est uirtutem dedidicisse datam.*
- EDiscere, memoria complecti. Cic. Exercenda est memoria, in ediscendis ad uerbum quam plurimis ex nostris scriptis, & alienis. In Persa: Meum ingeniuu non edidicisti.*

D I V I D Q .

- Dividere, partiri, non habet simplex. Totum autem dividi solet, non pars: nisi forte Plautino more.*
- Dividere aliquid alicui, cum aliquo, in aliquos.*
- Dividere animum, est animum in diversa rapere, nunc hoc, nunc illud cogitare & mente uoluerre. Vergilis: Atque animum nunc buc, nunc dividit illuc.*
- Dividere agros uiritim, Cic.*
- Dividere infortunium. In Mil. Tu meam partem infortunij, si dividetur me absente, accipito.*
- Dividere nummos aliquibus. Cic. Pater eius nummos uobis dividere solet.*
- Dividere oscula, est nunc huc, nunc illu osculari, Hor.*
- Dividere sententiam, est de singulis rebus separatim referre*

OBSERVATIONES.

- referre, cum de pluribus sententia dicenda sit. Cis. Diuisa sententia est postulante nescio quo. Idem: postulatum est ut Bibuli sententia diuidetur.*
- Diuidere seditione ciuitatem. Asco. Ciuitas seditione diuidere spolia. (ne diuisa)*
- Diuidere temporibus aliquid. In And. Non sat commodè diuisa sunt temporibus tibi haec.*
- Diuidere cum aliquo dimidium. Plaut. Boni dimidium: uolui diuidere cum Ioue.*
- Diuidere cum aliquo factum. In Sticho. Factū ego hoc tecū diuido, uide utrū tibi habet etiam nunc capere.*
- Diuidere cum aliquo imperium. Verg. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.*
- Diuidere cum aliquo partem. Plau. Dimidiam tecum potius partem diuidam, id est, partem dimidiam dabo. Sic non loquemur.*
- Diuidere in. Sueton. Punicū bellum diuisit in septem libros. In Aulu. Diuidere nuncios in uiros.*
- Diuidere inter se. In Poen. Composita est fallacia, ut eō me priuent, & inter se diuidant.*

D O .

- Damus que repeti possunt.*
- Dare actiones. Cic. Quanquam tuum quidem uel aliae quæpiam rationes, honestas nobis & curas & actiones darent.*
- Dare adiumentum. In Epid. Nec mihi plus adiumentum das, quam ille, qui nunquam etiam natus est.*
- Dare adiutorem ad. In Phor. Opus est mihi Phormio nem ad hanc rem adiutorem dari.*
- Dare aliquid alicui. Cicero: Dabimus hoc Pompeio quod debemus. Idem: Vni hoc damus.*
- Dare amicis, Plin. Dandum etiam nobis amicis.*

N 2 Dare

LATINI SERMONIS

Dare amplexus. *Vergil.* 1. *Aeneid.* Quum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet.
 Dare angori se. *Cic.* Nec me angoribus dedi.
 Dare animam, pro mori. *Vergil.* 10.
 Dare animum alicui. *Cic.* Quum *R. e sub.* maiorem etiam mibi animum, quam unquam habuisssem, daret.
Ouid. 12. *Vina* dabant animos. In *Afin.* Animum meum isti dedi.
 Dare animū in luctus, obstinatē lugere. *Ouid.* 2. *Met.*
 Dare annos, statuere. *Horat.* Sed quare breues annos fata dederunt?
 Dare annos lusibus, otio, studijs. Idē: Et studijs annos septem dedit.
 Dare ansam. *Ci.* Et sermonis ansas dabat. *Idem:* Quō plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.
 Dare aquam manibus. *Plau.* Date illi aquā manibus.
 Dare aquis, est submergere.
 Dare arraboni aliquid. *Plautus:* Quas arraboni tibi dedi.
 Dare arbitrum. *Idem:* Nisi das sequestrum, aut arbitrum, in *Rud.*
 Dare argentum. In *Heaut.* Argentum dabitur ei ad nuptias.
 Dare arma. In *Orat.* Nullis armis datis.
 Dare audaciam. *Ci.* Vide quid licentia *Cæsar* nobis tua liberalitas det, uel potius audacie.
 Dare audaciam uerbis. *Ouid.* 1. *Metamorph.*
 Dare augurium. *Verg.* Da pater augurium.
 Dare aures alicui. *Cic.* Quum multos annos aures meas *Aculeio* dedisset.
 Dare aures uerbo dei, fabulis, &c.
 Dare auribus aliquid alicui, assentari, blandiri,
Cicero:

OBSERVATIONES.

Cicero: Noli putare me hoc auribus tuis dare.
 Dare authorem alicui. In *Trin.* Id ita esse ut credas, rem tibi authorem dabo.
 Dare autoritatem, iuuuenibus in rebus magis arduis non datur authoritas.
 Dare auxilium. Dare balatus, boatus, *Ouid.* 7.
 Dare beneficium. *Cic.* Maius mibi dare beneficium nullum potes.
 Dare bibere. In *And.* Quod ius si, ei date bibere.
 Dare bonum. In *Men.* Cui homini unquam uno die boni dedisti plus, qui minus sperauerit?
 Dare brachia. *Horatius.*
 Dare campum. In *Orationib.* Nullum enim uobis fors campum dedit. Dare se campo.
 Dare calculum, suffutare: alias, approbare rem.
 Dare caussam. In *Oration.* Datam non modò iustam, sed etiam necessariam caussam esse dicendi.
 Dare cervices. In *Oration.* Aut cervices latronibus danda.
 Dare ciuitatem. In *Oration.* Ciuitas provincijs totis
 Dare coenam, in *Heaut.* Ei unam co- (dabatur.
 nam atq; eius comitibus dedi.
 Dare cognitorem. In *Oration.* Qui cognitores homines honestos daret. *Ibidem:* In banc rem me cognitorem dedisti, id est, iudicem.
 Dare commodato, est quum eadem res redditur. Plura habes apud commodare.
 Dare concionem. In *Orat.* Data concio *Lælio* est.
 Dare consilium. In *Adelph.* Mihi, qui dedisset consilium, egit gratias. *Ibidem:* Is quod mibi hac de re dederit consilium, id sequare. In *And.* Facile omnes quum ualens, recta consilia agrotis damus. Man-
N 5 *tuanus:*

LATINI SERMONIS

tuanus: Consiliū post facta dari, quod oportuit antē.
 Dare copiam. Terent. Ea res dedit tum estimandi copiam. Idem: Date cognoscendi copiam. In Heauton.
 Date crescendi copiam nouarum. Verg. Et coram data copia fandi. Item: Dabitur tibi copia nostri.
 Dare criminis. In Oratore: Quum accusatione sua Q. Gallo criminis dedisset.
 Dare crucis. Plaut. in Mil. Illa nos uult propter suum amorem omnes crucibus contubernales dari.
 Dare curas: recurre ad, dare actiones.
 Dare culpa. In Oratione. Summam laudem Sex. Roscio uitio & culpe dedisse.
 Dare cursus. Vergilius 3. Cursusq; dabit uenerata sa-
cerdos.
 Dare dannum, inferre: inepitē, facere dannū. Teren. in
And. Quid facias illi, qui dederit dannū aut malū.
 Dare dapes, administrare.
 Dare decumas. In Orat. Quorum incole decumas dāt.
 Dare decus. Plaut. Mili tibiq; magnum dedisti decus.
 Dare defensum, Vergilius.
 Dare defraudandum. In Ruid. Nactus hominem, quem defraudandum dares.
 Dare delationem. In Orat. Vt ne haec mibi delatio de-
 Dare delectum, in Orat. (tur.
 Dare depexum. In Heaut. Si uiuo, adeo exornatū da-
bo, adeo depexum, ut dum uiuat, meminerit mei.
 Dare desidiae se, de Offic.
 Dare dexteras. Plau. in Mer. Date dexteras nūc iam.
 Dare dicta, dicere. Verg. 12. Aen. Haec ubi dicta de-
 Dare dicta dulcia, blande loqui. In Truc. (dit.
 Acerbo aceto linguis dicta dulcia datis.
 Dare diem alicui, constituere. In Philo. Dabis diem
 nobis

OBSERVATIONES.

nobis aliquem, ut contra ista dicamus. Plin. Reli-
qua pars diei tribunali dabatur.
 Dare diem luculentum. In Epid. Mibi hunc diem de-
dīstis luculentum.
 Dare diem lusibus, otio, studijs, potationibus, &c.
 Dare dignitatem, documentum, in Onit. Dederas iam ab adolescentia documenta maxima, id est, signifi-
cārās. Ouidius 4. Metamorph.
 Dare dolorem. Att. Hoc tamen proficit, dedit illi do-
 Dare dolori. Plin. Tunc se dolori dabat. (lōrē,
 Dare dono. In Eunicho: Haec tibi dono do.
 Dare dorsum, uertere terga.
 Dare dotem. In Phorm. Quæ tantundem dotis dabat.
 Dare dubitationem. Cf. Respondit eo sibi minus du-
bitationis dari.
 Dare duras. In Heaut. Etiam duras dabit: subaudi li-
tes uel partes.
 Dare effectum. Teren. in Eunu. Quin effectum dabo.
 Dare epulis oculis, quod Terent. dixit, pascere ocu-
los, in Poen.
 Dare epulum. In Orat. Quum epulum Q. Maximus
pop. Rom. daret. Dare & quū, est par pari referre.
 Dare exceptionem. In Phil. Quid attinet luxuriosis
ullam exceptionem dare, id est, excipere.
 Dare excruciatū aliquem. In Mil. Dato excruciatū
me, id est, torturæ. (dent.
 Dare exitū. Teren. At tibi dī dignū factis exitium
 Dare exitum. In Orat. Quæ plurimos exitus dant ad
eiusmodi digressionem.
 Dare exornatū, exornare: dictū apud, dare depexū.
 Dare expectationem. Atticus: Quantam porro mihi
expectationem dedisti?

N. 4 Dare

LATINI SERMONIS

Dare exuicias ad hostes, ab hostibus dispoliari. In Epi-
dico: Si in singulis stipendijs ad hostes exuicias dabit.
Dare fabulam, recitare, edere, agere, in prologo He-
cyre.
Dare faciendum aliquid. In Curn. Ibi nunc statua uult
dare auream solidam faciendam ex auro Philippeo.
Dare factum. In Casin. Factum & curatum dabo.
Dare facultatem. In And. Dij date facultatem obser-
cro huic pariundi.
Dare se fatis, Deo se committere, Vergil.3.
Dare fenestram, est opportunitate offerre, Ouid. Met.
Dare fidem alicui, promittere. In Hecyra: Si mibi fi-
dem dare tacituram, dicam.
Dare fidem alicui de aliquo. In Fam. Me in hanc men-
tem impulit Pompeij fides, quam de me Cæsari de-
derat, id est, quam propter me Cæsari obligarat.
Dare fidem publicam. Salust. Si fides publica data
esset. In epe, saluum conductum.
Dare fieri. In Truc. Da obsonij me participem fieri.
Dare flammis, est comburere.
Dare finem malis. Aen. i. Dabit deus his quoq; finem.
Dare fecunditatem terris. In Philos. Nos aquarum
inductionibus terris foecunditatem damus.
Dare scenore. In Curn. Ibi sunt qui dant, quiq; accipi-
unt scenore.
Dare scenori. In Oratio. Pecuniam ijs, qui aliquid ab
ijs mercabentur, scenori dabat.
Dare formam. In Phil. Formam autem & maxime si-
bi cognatam & decoram dedit.
Dare fructus. In Oration. Ob earum rerum laborem
& solitudinem fructus illos datos.
Dare fugā, nunc aufugere, nunc fugiendi locum dare.

Dare

OBSERVATIONES.

Dare gloriam. In Oration. Ut mibi illa omnia immor-
talem gloriam dederint.
Dare gratiam alicui, obsequi. Terentius: Sine labore
hanc gratiam, te, uti sibi des, pro illa nunc rogo.
Dare laxas habendas, est remittere frena. Olet prouer-
bium, pro nonnib[us] indulgere.
Dare herbam, est se se uictum fateri, Adag.
Dare hilarem se. In Asin. Da te hilarem mibi, id est,
me cum sis hilaris.
Dare hoc. In Famili. Ut hoc mihi darent, id est, mea
causa hoc ut facerent.
Dare honori.
Dare horam studij, &c. quare, dare diem.
Dare hospitium, est hospitio excipere, in Poen.
Dare humo, est sepelire.
Dare iacturam, idem quod dare damnum. In Sticho:
Præter nos iactura nemini dabitur.
Dare ignibus, comburere.
Dare imperium. Aeneid. i. Imperium sine fine dedi.
Dare impunitatem. In Phil. Impunitas enim peccato-
rum data uidetur eis.
Dare incensum, iratum facere. Terent. Hisce ego di-
gis illam ita tibi incensam dabo.
Dare indicium. In Orat. Si tibi indicium postulas dari.
Dare inducias, Ouid. 12.
Dare indulgentiam. Plin. Cui, & si quid mibi credis,
indulgentiam tuam dabis.
Dare inimicum. In Oratio. Quem mibi inimicum Sici-
li dederunt.
Dare initium. Atticus: Velim proximis literis, ut se
initia dederint, perscribas.
Dare insidias, decipere. In Casina: His ego insidias
N 5 dabo.

LATINI SERMONIS

dabo. In Mil. Huic infidias dabo.
 Dare inuictum aliquid. In And. At iam hoc tibi in-
 ventum dabo.
 Dare iter. Att. Mibi Epirus aut iter ad salutem da-
 bit. i. iter per Epirū faciam. Dare se itineri.
 Dare itionem. In Phil. Ad domum itionem dari, id
 est, domum redire posse.
 Dare se iucunditati. De Offic. Quum relaxare ani-
 mos, & dare se iucunditati uolent.
 Dare iudicem. In Oration. Dat, quem uelit, iudicem.
 Plin. Fingamus, tres omnino iudices in hanc cauf-
 san datos esse.
 Dare iudicium. Ibidem: Prætor in ea uerba iudicium
 det, id est, illud iudicium alijs faciendum tradat.
 Dare iugulum. In Phibl. Si nudus es, da iugulum.
 Dare iura, imperium exercere. Aeneid. 1. Remo cum
 fratre Quirinus iura dabant.
 Dare ius alicui. Plin. Quum ius mibi dederis referen-
 di ad te, de quibus dubito.
 Dare iusurandum, iurare. Cæs. Dato iureiurando
 ab omnibus. In Adelph. Iusurandum dabitur te esse
 indignum iniuria hac. In Bacch. Ego iusurandum
 uerbis conceptis dedi.
 Dare laborem. Aeneidos 7. Hunc mihi da proprium
 uirgo sata nocte laborem.
 Dare laborem uoluptati. Plin. Labores si non conti-
 nuos desidia ac uoluptati dedisset.
 Dare se labori. In Orat. Dabat se labori atq; itineri.
 Dare lachrymas, flere. Aeneid. 4. (bus.
 Dare lachrymis. Plin. Dandum filice lachrymis.
 Dare languori, de Offic. Dare laudatorem, in Orat.
 Dare laudem uitio: uide, dare culpe.

Dare

OBSERVATIONES.

Dare laudi. De Officijs: His modo non laudi, uerum
 etiam uitio dandum puto.
 Dare legationes. Att. Alia legatio dicta erat, alia
 data est. In Orat. Quibus uos legationes dedistis.
 Dare legem. In Phibl. Illa lex, quam dij humano gene-
 ri dederunt, recte est laudata. (neid. 6.
 Dare, legare: consule Cardinalem. Dare letbo, Ae-
 Dare libertatem. Att. In quo sibi libertatem censem
 Grecci datam.
 Dare licentiam, habes apud, dare audaciam.
 Dare lymphas manibus. Aeneid. 1. Dant famuli mani-
 bus lymphas.
 Dare litem secundum tabulas, iudicare. In Orat. Quo-
 minus secundum eas lis detur, non recusamus.
 Dare literas Romani, scribere, in Orat.
 Dare literas ad. Attic. Literas ad te, nunquam habui
 cui dare, qui dederim.
 Dare locum, pro cedere. In Heaut. Da illis locum, abi-
 deambulatum. In Phor. Da locum melioribus.
 Dare locum, pro recipere. In Rud. Obsecro hospes da
 mihi aliquid, loci. In Orat. Dat locum uel uitiosissi-
 mis oratoribus.
 Dare locum existimandi. In Fem. De tuo, in me animo
 inquis secus existimādi uideris nōnibil loci dedisse.
 Dare locum gladiatoribus. Att. Num consuevit Sici-
 lia locum gladiatoribus dare?
 Dare locum honoris alicui, deferre honorem. In Orat.
 Vt quem locum, semel honoris cuiquam dederit, eun-
 dem reliquis honoribus debeat.
 Dare locum peccandi. In Andria: Atq; illi in alijs pa-
 tiis peccandi locum.
 Dare locum suffitioni, admittere. In Orat. Dare po-
 tuis

LATINI SERMONIS

tuit suffisioni locum. Dare lora, remittere frena.
 Dare lucem. Elegantiae dant lucem orationi.
 Dare lucem rei gestae. Dare lucem patriae, Horat.
 Dare ludum desidiae. In Bacch. Sed nimium nolo desi-
 diae ei dare ludum.
 Dare ludum labori, est per uices quicq; agere, Horat.
 Dare magistratum. In Oration. Vti Curiata legema-
 gistratus detur.
 Dare malū alicui: quære, dare damnū. In And. Ut pro
 hoc malo mibi det malū. Dare plus mali, in Orat.
 Dare malam rem. Plautus: Malam rem uis pro male-
 dictis dari.
 Dare mammam, lactare. In Adel. Huius filio bodie
 primam mammam dedit hæc.
 Dare mancipio. In Persa: Mancipio neq; promittet,
 neq; quisquam dabit.
 Dare mancipi. In Mil. Ego me illi mancipi dabo.
 Dare mandatum alicui. Cic. Quum ista mandata de-
 disset Lucio Cæsari. Attic. C. Cælio mandata ad
 me dedisse, &c. In Famil. Viro forti atq; strenuo
 plura etiam uerbo, quam scriptura, mandata dedi-
 mus. Salustius: Mandata uerbis dat.
 Dare manum alicui, iuuare. In Aulul. Da mibi opti-
 ma foemina manum.
 Dare manus, est uictum se fateri. In Pers. Vobis doma-
 nus. Att. Ad extremū det manus, uinciq; se patia-
 Dare manus socias, auxiliares. i. iuuare. (ur.
 Dare manu contracta seu parca, est parcè aliquid
 aut frigidè dare, Horatius lib. 3. Ode 16.
 Dare se mari, id est, committere.
 Dare maturitatem. In Famil. Ut res ipsa maturita-
 tem tibi animaduertendi omnium concessu daret.

Dare

OBSERVATIONES.

Dare medicamentum. De Offi. Si quis medicamentum
 cuipiam dederit ad aquam intercutem.
 Dare memorie. Cælius: Cretenses quoq; prælia in-
 gredi solitos, memorie datum est.
 Dare mercedem. In Amph. Id modò si mercedis de-
 tetur, satis mibi esse dicam. In Orati. Dat amerces est
 rroris mei magna.
 Dare merita. De Amit. In dandis recipiendisq; me-
 ritis.
 Datur hæc sexaginta argenti minis, in Persa.
 Dare missionem.
 Dare moerori animum. Attic. Neg; totum animum
 tuum moerori in eum simul dedisse.
 Dare moram. In Hecy. Nec moram ullam quin ducat
 dari.
 Dare morti. Metamorph. 5. Plaut. Atq; ibi me toxici-
 com morti dabo.
 Dare munus. Plin. Munus magnificentissimum dedit.
 Dare mugitus.
 Dare mutuo uel mutuum, est quum eiusdem pretij res
 pensatur. Att. Non reddit, quæ dedi eius filio mu-
 tu. In Heaut. Huic drachmarum hæc argenti mille
 dederat mutuum.
 Dare mutuum frumentum. In Oratio. Etiam mutuum fru-
 mentum dedit, Contra Vallam.
 Dare natalitia. In Oratio. Dat natalitia in horris. i.
 natalalem celebrat. Dare neci, Metamor. 5.
 Dare negotium. In And. Id m' hi dat negotij. Ibidem
 Id sibi negotij credidit solū dari. i. debere se. Lentu-
 lus: Non habui cui potius id negotij darem, q; tibi.
 Dare nequam. Plaut. Vin' tu illi dare nequam nunc?
 Dare nomen, imponere. Horat. Vitreo datus nomen
 ne

LATINI SERMONIS

nā ponto. Tyberinus submersus in traiectu Albulie annis dedit nomen Tyberi fluuiu Italico.
 Dare nomen, pro patrē inscribi, aut se sub alterius ius dedere. In baptismo oēs noīa dedimus Christo.
 Dare normam. In Philo. Quodq; natura quasi norma scientiae & principium sui declisset.
 Dare nugas, idem quod dare uerba. Plaut. Nugas nū quām mibi adepol dabat.
 Dare nuptum. In And. Datur' ne illa bodie Pamphilo nuptum? id est, in matrimonium. In Adelp. Pro uirgine dari nuptum non potest.
 Dare nuptum ad. In Stich. Hostis est uxor pater, in uita que ad uirum nuptum datur.
 Dare nutrimentum. Aeneid. I. Arida circum Nutrimenta dedit.
 Dare nutrum. i. nutare. Dare obliuioni. i. obliuisci.
 Dare obfides. Cæs. Obfides inter se dare, copias parare coepertunt.
 Dare obuiam & obuium. In Adel. Nihil est quod malim, quām illam totam familiam dari mibi obuiam.
 Dare occasionem. In Orat. Dederit occasionem nobis aliquam. In Pseud. Vbi data occasio est.
 Dare otium. In Orat. Id ipsum quod datur otij.
 Dare se otio. In Trin. Certum est otio me dare, satis partum babeo.
 Dare operam alicui, morem gerere. In Heaut. Operam daturum me bodie. In Aulu. Da mibi operam amabo. In And. Dabo equidem operam. Cic. Dande est igitur opera.
 Dare operam alicui, pro auditorē esse. In Orat. Miloni Rhodio Romæ dedimus operum. (daret.
 Dare operā abortioni. In Tru. Ut abortioni operam
 Dare

OBSERVATIONES.

Dare operam amico. In Casina. Amico cuidam dede operam dum emit unguenta.
 Dare operam amori. In Casin. Vxor sensit amoriu- rum operam dare. In Heautont. Ego istibuc atatis non amori operam dabam.
 Dare operam assiduam foro, pro semper in prætorio uersari, in Asin.
 Dare operam aurium, auscultare. In Bacch. Vbi lubet recitz, aurium operam tibi dabo.
 Dare operam auscultando. Idem in Ampb. Si quidem nos uultis auscultando operam dare.
 Dare operam capiti, est obstinatum esse. in Pseud.
 Dare operam domino ueteri priori seruiri, in Capt.
 Dare operam egregiam. Attic. Nicantor tuus operans mihi dat egregiam.
 Dare operam fabulæ. In Cap. Profectò expediet fabu- le huic operam dare, id est, hanc audire.
 Dare operam furtiuis rebus. In Ampb. Ni illa furti- uis rebus te sciat operam dare.
 Dare operam id. In And. Et nunc id operam do.
 Dare operā iræ, irasci. In Pcen. Iræ operam dedimus.
 Dare operam laudabilem. In Persa. Dedisti uirgo o- peram laudabilem.
 Dare operam liberis. De offi. Liberis dare operam, re bonestum est, nomine obscenum.
 Dare operam malam. In Cap. Mibi agric est me buic dedisse operam malam.
 Dare operam memorie alicuius. in Fani.
 Dare operam optimam, in Aulul. Da mibi paulum o- pere, in Eunuch.
 Dare operam promissam. In Asin. Dixit sese operam promissam dare.

Dare

LATINI SERMONIS

Dare operam rei. In Adel. Non fratre uidet rei dare operam. In Aul. Ei rei operam dabant.

Dare operam Reipub. In Famil. Cum Reipub. darent operam.

Dare operam senatui. In Asin. Ego censeo eum etiam hominem senatui dare operam aut clientibus.

Dare operam sermoni alicuius, auctoritate. In Epid. Disimulabam me barum sermoni operam dare.

Dare operam somno. In Pseu. Vbi prandero, dabo operam somno.

Dare operam studio, aduigilare. In Orat. Iuris ciuilis studio aduigilare. In Orat. Iuris ciuilis studio multum operae daba. Dare operam uentri, in Pseu.

Dare operam uirtuti. De Ami. Virtuti opera dant.

Dare operam ad. In Casin. Ut operam detis ad nostrum gregem.

Dare operam in aliquam rem. In philo. In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus.

Dare operas. In Orat. Quin in portu Siracusis operas dabant.

Dare operam ne. In Persa: Et rei operam do, ne alij dicant, quibus licet.

Dare operam si. In Mil. Si posset ullo modo impetrari, ne te adduceret, operam dedi.

Dare operam ut. In Eunuch. Des operam ut cum ratione insanias.

Dare optionem. De Offic. Cui quum tres optiones Neptunus dedisset.

Dare opus expolitum. Plau. Tibi meum opus ita dabo expolitum, ut improbare nequeas.

Dare orationem. In Rud. Alieno ne prius quam tuo dabis orationem?

Dare

OBSERVATIONES.

Dare orationem, pro respondere. In Mil. Ut utrobius orationem doctè duint.

Dare oratorem, legatum mittere. In Amph. Iustè ab iustis iustus sum orator datus.

Dare osculum. In Epid. Ego' ne osculum huic dem? Idem: Venienti des salutem, atq; osculum.

Dare pacem. In Mer. Pacem atq; otium date illis. At. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas.

Dare palmanu. In Heau. Huic equidem consilio palmanā do: (Antiochianas.

Dare partes alicuius. In Famil. Tibi dedi partes

Dare participem: quære, dare fieri.

Dare paternum aliquid, paterno more facere. In Adelph. Haud paternum istud dedisti.

Dare paucis, dicere. In Heau. Quamobrem has partes didicerim paucis dabo.

Dare pedem. Attic. Vnum mihi solum pedem dat, id est, mediocrem mihi operam dat.

Dare pensum, est officium absoluere.

Dare se periculo, Verg. 9.

Dare se petitioni. In Fam. Ante hanc commutationem Reip. petitioni sepe dedit, id est, petere coepit.

Dare pignus. In Epid. Vel da pignus, ni ea sit filia.

Dare pignus amoris, coniugij, foederis, Met. 2.

Dare pignus alicui. Atti. Minus multa dederant illi Reip. pignora i. pro Reipub. multa non erant pansi.

Dare pignus cum aliquo. In Bacch. Næ ego cum illo pignus haud ausim dare.

Dare pignori. In Mostel. Quadraginta etiam dedit buc usq; pignori?

Dare plagas. In Asin. Ducentas plagas prægnantes dabo.

o Dare

LATINI SERMONIS

Dare plausum. De Senect. Quibus cùm à cuncto con-
cessu plausus esset multiplex datus.
Dare plus mali. In Oratio.
Dare pocula, administrare. In Orat. Qùm ipse pocu-
lum dedisset.
Dare poenas, pati. In Orato. Nisi in facinore manife-
sto deprehensus, poenas legibus & iudicio dedisset;
Verg. Dabis improbe poenas. (turum.)
Dare se populo. In Oratio. Populo se ad coronam da-
re portorium. In Oratio. His pro rebus quod por-
torium non esset datum.
Dare potestatem. In Phor. Ait uterque sibi potestatem
eius habendæ dare.
Dare possessionem. In Orat. Mibi det possessionem, mi-
hi non admittat.
Dare prandium. In Amph. Daturus nemo est pran-
dium aduentibus. In Asin. Tibi potestatem dedi-
cum hac annum ut esses.
Dare præcepta. Cic. de Offi. Tamen quedam præ-
cepta danda sunt.
Dare præcipitem. In And. Præcipitem me in pistrini-
num dabit. (xxoris.)
Dare precibus alicuius. Plin. Dandum enim precibus
Dare prædam. Plaut. Quid ille? prædam dedit.
Dare præfecturas. Att. Itaque duas ei præfecturas de-
derim.
Dare præmium. Plaut. Date pudori præmia.
Dare prærogatiuam. In Oratio. Dedit enim præro-
gatiuam sue voluntatis.
Dare, præstare. Scœnula: Iubeo det, præstet filio &
uxori meæ.
Dare pretium manu. Plaut. Ego manu pretium dabo.
Dare

OBSERVATIONES.

Dare primas. In Oratio. Huic primas dedisse Demo-
sthenes dicitur. Ita dare secundas, tertias.
Dare principatum. De Offi. Huic à maioribus no-
stris est in tota dignitate principatus datus.
Dare principium. In Eunu. Quod dedit principium
adueniens?
Dare prolem, parere. Vergil. Geminam partu dabit
ilia prolem.
Dare promissa, pro alio respondere. Vergil. Non bæc
Euandro de te promissa pareti Discedens dederam.
Dare proprium, est morem gerere: uide, dare laboreni:
Dare provincias. Plaut. Dederamus eas provincias.
Dare pugnam. In Eunu. Dabit hic aliquam pugnam
denuò, id est, inducit.
Dare questioni seruum, & in questionem, est permit-
tere interrogari seruum.
Dare quietem membris, aut per membra. Aeneid. 8:
Seruusq; dedit per membra quietem.
Dare rationem. In Oratio. Si non redderet pecuniam,
nec rationem daret, id est, redderet rationem.
Dare rationem, ostendere modum. In Mil. Rationem
mearum fabricarum dabo. Idem: Dari istam ratio-
nem uolo, id est, modum hunc & uiam dici cupio.
Dare recordationem. In Fam. Das enim mihi iucun-
das recordations conscientie nostræ, id est, in me-
moriam reuocas.
Dare redditum. De Offi. Redditum glorie sum tua de-
dit iniuria, non exitum calamitosum.
Dare requiem. Pli. Nullaque requiem gratulationis da-
re reris. Teren. Quot res dedere, ubi pos- (re-
sem præsentis cere, nisi esset lapis?
Dant res se. In Heccy. Omnibus nobis, ut r̄s dant se, ita

LATINI SERMONIS

ita magni atq; humiles sumus. i. pro statu rerum.
 Dare ruinam, pro cadere.
 Dare rīsus alicui, est decipere, Hora.
 Dare sacramentum, est sancte & cū iuramento aliquid
 promittere, Hor. Dare saltus, salire, Met. 2.
 Dare salutem, salutare. In Epid. Venienti des salutē.
 Dat Deus salutē hominibus, id est seruat, in Orat.
 Dare se salutationi. In Famili. Cū enim salutationi
 nos dedimus amicorum, id est satisfacere amicorum
 salutationibus.
 Dare sanctum canibus, margaritas porcis.
 Dare sceptra, id est imperia, Aeneid. 4.
 Dare faciem, In Phil. Quæ nam pœnis luendis da-
 bitur facetas supplicij.
 Dare se, pro ostendere aut offerre. Met. 5. Da mibi te-
 talem.
 Dare se alicui, accommodare. In Adelp. Date hodie
 mihi, id est sine me tecum agere. In Fam. Date homi-
 ni. In Heaut. Date mihi uiciſſim.
 Dare se senatu. In Oratio. Cum Repub. oppressa se-
 natui me dediſſem.
 Dare senatum. In Orat. Senatus ex aliqua ciuitate,
 qui iudicet, datur. (frequens.
 Dare senatum alicui. Attic. Tyrīs est senatus datus
 Dare sepulturæ, sepelire. Dare sequestrum: quare,
 dare arbitrum.
 Dare sermonem. In Famili. Dabimus sermonem ijs, id
 est, materiam loquendi.
 Dare seruandum. In Eunu. Neq; pol seruandum tibi
 quicquam dare ausim, neq; te seruare.
 Dare significationem. In Orat. Nullam Græcarum
 rerum significationem daret, id est significaret.

Dare

OBSERVATIONES.

Dare signum amoris, ingenij, pudoris. In Fam. Signum
 enim magnum amoris dedisti. Idem: Non magna si-
 gna dedit animi erga te mitigati.
 Dare signum buccina, in Oratione.
 Dare signum coenæ, lectionis, prandij, prælij, Meta. 1.
 Dare signum oculis. In Mil. Oculis signum dedit, ne se
 appellarem. In Eunucbo: Omnibus signum dabo.
 Dare silentium, silere, in prologo Hecy.
 Dare solatium. In Orato. Absenti magna solatia de-
 distis. Att. Multa mibi dant solatium.
 Dare aliquem solerem, reddere, Plautus.
 Dare somnum, inducere. Leni murmure riui aestiuis
 temporibus dant somnum.
 Dare sopori aliquem, occidere. In Aul. Quatuor ui-
 ros sopori se dedisse hic autumat.
 Dare sortem, dare ſpatium. Terent. Spatium quidem
 tandem apparandis nuptijs, uocandi, sacrificandi,
 dabitur paululum. In Hecyra. Neq; ut celari posset,
 tempus, ſpatium ullum dabat.
 Dare ſpecimen. In Orat. Qua in re non modò ſpecimen
 ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculu fecisti.
 Dare ſpecimen indolis, Plinius.
 Dare ſpectandum. In Aulul. Spectandum ne cuiquam
 annulum det.
 Dare ſhem, in Menach. Spem inſperatam date mibi, in
 Heaut. Reipsa ſhem uitæ dare, Aeneid. 4.
 Dare ſtabilitatē. In Phil. Stirpes ſtabilitatē dant ijs.
 Dare ſtatuam. In Orat. Neq; illam ſtatuam esse ex pu-
 blica pecunia datam. Vide, dare faciendum.
 Dare ſtolam. In Oratio. Et tanquam ſtolam dediſſet,
 in matrimonio ſtabili & certo locauit.
 Dare ſtudium alicui rei. In Famili. Quibus à primis

O 3 tempo-

LATINI SERMONIS

temporibus etatis studium tuum dedi^{re}.
 Dare suauium. In Cis. Sine dem suauium. Ibidem: Da ergo ut credam suauium. Alij legunt, suauium.
 Dare suppliciū, puniri. In Eunu. Dabis ei ultrō supplicium. In Headon. Illi de me supplicium dabo. In Asin. Dabitur supplicium mihi de tergo uestro.
 Dare suspicionem. Caesar: Ex quo facilius hostibus timoris det suspicionem. In Fam. Ne cui suspicionem facte reconciliat & gratiae darem.
 Dare symbolum. In And. Symbolum dedit.
 Dare tabellam. In Phil. Dedit huic quoq; iudicio Cœlius tabellam i. iudicavit. In Orat. Cui primam comitij tuis dederas tabulam prærogatiæ.
 Dare tanti. In Adel. Vbi me dixerim dare tanti.
 Dare terræ, sepelire. Dare terga, fugere.
 Dare tempus. In Fam. Videtur mihi exponendi tempus dari. In And. Dum tempus datur.
 Dare tempus uacuum laboris, est laborem remittere.
 Terentius: Sine me, uacuum tempus ne quod dem mibi laboris.
 Dare testim. In Pseud. Do Iouem testim tibi.
 Dare testes in aliquem. In Oratio. Ficti testes in eum dantur.
 Dare testes secundum. In Orat. Secundum arbitrum tuum testes dabo.
 Dare testimonium. Attic. Mibi conseruate Reipub. dat testimonium.
 Dare mutuum testimonium, Cicero.
 Dare thura. Horat. Dabimusq; diuīs thura benignis.
 Dare togā puram. Att. Sororis tue filio togā puram
 Dare tranquillitatē: uide, dare pacē. (iubeo dari.
 Dare tumulo, sepelire.

Dare

OBSERVATIONES.

Dare turbas, facere. In Eun. Eunuchū, quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Plaut. dixit turbellas in Psc.
 Dare uacationem. In Oratio. Pro his cerebus uacatio data est ab isto sumptus, laboris, militie, rerum deniq; omnium.
 Dare uadem, id est, sponsorem. In Phil. Vadem te ad mortem tyranno dabas pro amico.
 Dare uela. In Orato. Danda nimirum uela sunt.
 Dare uela indignationi, iræ, dolori, est augere, Plin.
 Dare uela, q; aufugere, Verg. & Horat. metaphorice.
 Dare uela uentis, nauigare. Aeneidos 7. Ventis dant uela comasq;.
 Dare uenenum. In Orat. Venenum per quē datum es?
 Dare ueniam. In And. Aequum postulat, da ueniam, id est, ignoscere. Idem: Da ueniam filio. Attic. Dedi ueniam homini imprudenter petenti, id est, concepsi.
 Dare uentis, est obliuisci, aut uili pendere.
 Dare uenustatem. In Mil. Plus dabo, quam prædicabo, ex me uenustatis tibi.
 Dare uerba, decipere. In And. Cui uerba dare difficile est. In Eunuch. Data herclē uerba mibi sunt. In Adel. Satis iam uerba dedisti nobis.
 Dare uerberationem. In Fam. Mirificam mibi uerberationem cessationis epistola dedisti.
 Dare uiam, cedere. In Cerc. Date uiam mihi noti atq; ignoti.
 Dare uiam, modum ostendere. Plautus in Epid. Ipsa mihi dant uiam, quo pæcto ab se argentum auferam.
 In Orato. Da nobis uiam rationemq; defensionis, id est, doce.
 Dare uias. In Phil. Nullas uias dant nobis ad significatiōis scientiam.

O 4 Dare

LATINI SERMONIS

Dare uicarium. In Oratio. Quod si in bello dari uicarij solerent. (nō datis.)
 Dare uitum. In Amph. Iā diu est quod uētri uitum
 Dare uim. In Oratio. Vim in inquirēdo tantam habui,
 quantam mihi lex dabant.
 Dare uim dicēdi. Att. Doloris magnitudo uim quam
 dam nobis dicendi dedit.
 Dare uitam. In Amph. Huic homini dignū est diuitias
 esse, diu uitam dare. Idem: Vitā longinquam darent.
 Dare uitio: dictum apud, dare laudem. Terent. Hoc
 uitio datur.
 Dare uiuīs, est resuscitare.
 Dare uoluptatem. In Amph. Ip̄sa de me scio, cui uolu-
 ptas parumper data est.
 Dare se uoluptatibus. De Senecl. Cūm se uoluptati-
 bus dedissent.
 Dare uocem, est assensum præbere. Originem trahit
 à Romanis denunciaturis alicui prouinciam.
 Dare urbem, edificare, construere, Aeneid. 5.
 Dare usum. Metamor. 2. Phœbe pater si das usum mi-
 bi nominis huius.
 Dare usuram. In Oration. Ipsis piratis lucis usuram
 tam diuturnam deditis.
 Dare utendum. In Asin. Scyphos, quos utendos dedi-
 Philodamo, retulit ne?
 Dare uulnera, uulnerare, Metamor. 1.
 Dare uxorem. In And. Vnicam gnatam suam cum do-
 te summa filio uxorem ut daret. Ibidem: Postquam
 audierat non datum iri filio uxorem suo.
 Dare à se aliquid, id est, de suo. Plaut. Da sodes à te,
 post reddidero tibi, id est, de tuo.
 Datas à Lentuli triumpho, id est, sub. Attic. Dicit
 ab

OBSERVATIONES.

ab A. Sextilio se deditis & à fratribus suis, id est,
 quod Sextilijs & fratribus erat.
 Dare ad aliquid. In Oration. Ad quam rem data fu-
 rint, ostendat.
 Dare se ad aliquid. In Philoso. Quod ad Cr. Pompeij
 gloriam augendam tanto studio te dediti.
 Dare se ad dicendum, in Orato.
 Dare ad carnificem. In Capt. Ob furtum ad carnifi-
 cem dabo.
 Dare ad diem. In Phor. Mibi ueniebat in mentem eius
 incommode, in seruitute pauperem ad diem dari.
 Dare ad docendum. In Orat. Quanquam nemini se ad
 docendum dabat. i. neminem docebat.
 Dare ad epulas aliquid, in Philos.
 Dare ad hostes exuicias: quære, dare exuicias.
 Dare ad languorem. In Heaut. Vel me hac deambu-
 latio quam non laboriosa ad languorem dedit. Ni-
 mia solicitude corpus humanum sàpè dat ad lan-
 guorem. Intensa studia caput dant ad languorem.
 Dare se ad lenitatem. In Fam. Des te ad lenitatem.
 Dare ad literas. Atti. Ad quas ego ipso eo die dede-
 ram, id est, rescripseram.
 Dare ad mortem aliquem. Plautus: Hæc me modò ad
 mortem dedit.
 Dare ad motus. Cice. Oculos natura nobis ad motus
 animorum declarandos dedit.
Ducere aërem. In Philos. Aliud ab aëre, quem spiritu ducimus.

Ducere agmen. Aeneid. 1. Dicit Amazonidum luntis agmine pelvis.

Duci amore rei. Singulari amore literum ductus.
Ducere anhelitum ex cursu. In Asin. Non uides ne ex cursu anhelitum et iam ducere? id est, cum difficultate spirare.

Ducere animam. In Oratio. Ita uiuunt ut ducere animam de cœlo non queant.

Ducere animo. Aeneid. 6. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.

Ducere aquas. Inde Aqueductus, us, ui.

Ducere aratrum, Meta. 7. Ducere argētum, aurum.

Ducere arbores, Poëticum.

Duci artificio. In Oratio. Indicauit non solum artificio, sed etiam pretio quæstus duci, id est, induci.

Ducere augurium. Aeneid. 5. Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

Ducere naribus spiritum: uide, ducere spiritum.

Ducere bellum. In Fam. Suadere institui, ut bellum duceret. Aeneid. 9. Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.

Ducere baculum, ad asserem, in Cebetis tabula.

Ducere callū, si ad animū transferas prouerbiū sapit.

Dicit Cascus Cascum, id est, similis similem, deformis deformem, Sc.

Ducere centesimas. Attic. Confeceram ut soluerent centesimis sexennij ductis, cum reuocatione singulorum amorum, id est, retrahere, eximere.

Ducere choros cum aliquo. Horatius: Audet ducere

OBSERVATIONES:

nuda choros. Item: Ducere chorus circa templum.

Ducere colorē, inducere. Ver. Et quod Duceret apri- cis in collibus una colorē. Ducere comitem, Flora.

Ducere consultum, iudicare.

Ducere cōiecturam. In Fam. Quanquam quod me con-jectura ducat, habeo. In Orat. Tantummodo con-jectura ducor ad sufficandum, id est, coniūcio.

Ducere copias militum.

Ducere curam ex animo, ejūcere, in Casin.

Duci curru, Floratius.

Ducere damno. In Bacch. Si alibi plus perdidierim, minus aegrè habeam, minusq; id mibi damno ducam.

Ducere despiciatur. In Oratio. In Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quod si quis despiciatur dicitur, ut Myorum ultimus esse dicatur.

Ducere dictis Phaleratis. In Phormio. Ut Phaleratis dictis ducas me.

Ducere diems Lucifer aut Sol dicitur, Aeneid. 5.

Ducere diem ex die. Cæs. Diem ex die ducere Heduit.

Ducere dignum, pro estimare.

Ducere disciplinam ex. In Philo. Tanta uis admonitionis inest in locis, ut non sine causa ex his memo-riæ ducatur disciplina, id est, deductio.

Ducere effigiem de marmore, ligno, Sc.

Ducere equum. Aeneid. 10. Ducere equum in gyrum.

Ducere etna liquentia fundere, Horat.

Duci errore. Plin. Non omnes homines aliquo errore du-ducuntur. De Offic. Nec quenquam hoc errore du-ci oportet, id est, decipi.

Ducere etatem, Floratius.

Ducere exercitum. In Oratio. Qua in legatione du-xit exercitum.

Ducere

nuda

LATINI SERMONIS

Ducere exordium. In Philo. *A qua totius uite ducat exordium.* i. trahat. *Ducere facem,* Aeneid. 2.
Ducere ferrum, est laminas facere, Aeneid. 7.
Ducere filiam alicutus: uide, ducere in matrimonium.
Ducere fontem, deriuare.
Ducere formam, Ouid. 2. Metamorph.
Ducere frigus, Poëticum. Metamor. 10. *Arborēa frigus* ducebat ab umbra.
Ducere funus. In Oratio. *Huic acerbissimum uiuo uidentiq̄ funus dicitur.*
Ducere furem, suspendere, aut aliquem ex iudicio interficere. Plin. Perseverantes duci insi.
Duci gaudio falso. In And. Id uoluit nos sic nec optantes duci falso gaudio.
Ducere gemitus, gemere, Aeneid. 2.
Ducere gemmam ex auro, argento, metallo, plumbo, stanno, &c.
Ducere genus, Metamorph. 6.
Duci gloria. Cic. Si quis honore ac gloria ducitur.
Ducere honori. Salu. *Quod apud Numidas honori dicitur.*
Ducere bonus, terere tempus. Aeneid. 6. Nos flendo ducimus horas. *Duci ignorantia.*
Ducere ilia, inuaidū esse mēbris & languidum, Ho.
Ducere imaginem de ligno, marmore, &c.
Ducere inconsultum, astimare.
Ducere indotata. In Adel. Et ducenda indotata est.
Ducere initium. In Oratio. Tunc quā ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit.
Duci inuidia, inuicidia. Ducere lac, sugere, Met. 1.
Ducere laude. In Adel. Ea laude hic dicit maxima.
Ducere laudi. In Prolo. Adel. Laudi ne an uirio du-

ci fa-

OBSERVATIONES.

ei factum oporeat. *Ducere lineas, pro effigiare.*
Ducere lineam, studijs se exercere. Plin. Nullam bōdie lineam duxi.
Ducere primas lineas, fundamenta iacere. Quinti lib. 2. Alij quā primas lineas non duxissent. *Dialectica* primas lineas & rhetorica dicit.
Ducere liuorem. Iuuen. *Vuaq̄ conspecta liuorem dicit ab uia.*
Ducere medium aliquem. Aeneid. 8. Cœlicolæ mediis quem ad limina ducunt. *Ducere meretricem,* Plaut.
Ducere minoris. Salust. Priuatum fidem suam nō minoris quam publicam ducebat.
Ducere moenia, edificare, Aeneid. 1.
Ducere mortuum. In Truc. Mortuum herculeme ducosatiūs.
Ducere mucronem, educere, Aeneid. 32. Et auxiliis ducto mucrone petebat.
Ducere murum uel muros, struere. Aeneid. 1. Pars ducere muros.
Ducere thura naribus, olfacere, poëticum. Horat. Illic plurima naribus duces thura.
Ducere nauem in altū. *Ducere necessariū, astimare.*
Duci nauī. Horat. Quem ducit priuata triremis.
Ducere noctem. Plin. Incundissimis sermonibus nox ducebatur. Plaut. Raras noctes ducit.
Ducere nomen. In Philos. Ex quo etiam nomen hoc duxerat, id est, sumperat.
Ducere notam, est maculam contrabere, Horat.
Ducuntur dei nru omnia, id est, reguntur. In Merc. Elus ducuntur nru, illi obtemperant.
Duci oblectatione rei, capi.
Ducere obliuia aut oblinicem, poëticum, Horat.

R. DUCERE

LATINI SERMONIS

Ducere officij. Suet. Officij duxit, quantum in se esset,
 exonare filia patrem. Ducere orbem, Ouid.
 Ducere ordinem. Cæsar: Qui hunc eundem ordinem
 in exercitu Cr. Pompeij antea duxerat.
 Ducere originem, ortum trahere, Metamorph. 5.
 Ducere operæ pretium, existimare.
 Ducere ortum, Metamor. 6.
 Ducere pecudes, mactare, offerre. Aeneid. 6. Duc
 innocuas pecudes.
 Dicunt pedes aliquem. In Merc. Quem rus ducunt
 pedes. Plin. Ad dietam tuam ipsi me pedes ducunt.
 Duci alterius persuasione.
 Ducere pocula larga, uinum, cervisiam, bibere, Poëti
 cum; Horat.
 Ducere pomparam funebrem, ecclesiasticam, nuptialem,
 triumphalem, regalem.
 Duci penitentia seu poenitudine.
 Duci uictoriae præmijs, id est affici, Cic.
 Duci pretio: uide, Duci artificio.
 Ducere principem. Attic. Creteñi bello Metello im
 peratore octauum principem duxit.
 Ducere principiū. In Phil. Si à principe inuestigandæ
 ueritatis huius disputationis principium duxero.
 Ducere probro. In Amph. Nemo id probro profecto
 ducet Alcumenæ. Duci quæstu: uide, Artificio.
 Ducere rationem, id est, habere. In Oration. Debere
 eum diebat suam quoque rationem ducere. Item: Non
 ullius rationem sui commodi duci. Idem: Ego si mei
 commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime
 uellem.
 Ducere remos, nauigare.
 Ducere res, differre. Cic. Ne res duceret, fecimus.
 Ducere

OBSERVATIONES

Ducere rictum.
 Ducere rimam. Vas duxit rimam ad solem, Meta. 4.
 Ducere riutulos. Ducere ruinam, Horat.
 Ducere sacra, circuducere reliquias diuorum, Aen. 8.
 Ducere saxa, poëticum, pro mouere.
 Ducere scortum. Plaut. Lubet potare, amare, scortæ
 Ducere senectu, poëticum, Aeneid. 10. (ducere).
 Ducere sermonem. In Orato. Hinc tum Pomponij du
 ctus est sermo, id est, ortus.
 Ducere ceßum. In Poen. Neu designator præteriens
 obambulet, neu ceſsum ducat.
 Ducere similitudinem. In Oratio. Ex quo similitudi
 nem duceret.
 Ducere somnum aut somnos. Vergil. Potes hoc sub ca
 su ducere somnos, id est, dormire.
 Ducere sorte, iacere, sortiri, aut quod mihi sorte ce
 cedit, aufero. Cic. Sors dicitur. Vergil. Stat ductis
 sortibus urna.
 Ducere sorte. Aeneid. 2. Laocoön ductus Neptuni
 sorte sacerdos.
 Duci ſpe. Attic. Meę temporis non longinquifpe du
 dum esse, moleſtè feram.
 Ducere ſpiritum, uiuere. Cic., in Oratio. Vt libera uis
 ſpiritu ducendi nullā habeat potestatem. In Fam.
 Optandum ut possimus ad id tempus R. eipub. ſpiri
 tum ducere, id est, tamdiu uiuere.
 Ducere ſpiritu auribus. Dere Rusl. Sed auribus ſpi
 ritum ducere solere. Ducere flamina, nere, Met. 4.
 Ducere ſuſpiria, ſuſpirare. Meta. 10. Suſpiria duxit
 ab ino Peckore. Ducere ſylvias, mouere, Poëtic.
 Ducere tempus, pro terere. In Orat. Deinde ita tem
 pus duceretur.

LATINI SERMONIS

Ducere testes, germanissimus est.
 Ducere tubam, Inde tuba ductilis.
 Ducere turmas, Aeneid. 5. Ducere turrim.
 Ducere uallum, est ex palis munitum struere.
 Ducere uela. Cæs. Qui non euestigio ad castra Cor-
 neliana uela duxisset.
 Ducere uenatum. Scutitia est uenatum ducere iniui-
 tos canes.
 Duci uentre, est gule obsequi, Horat.
 Ducere uiam. Attic. Ea uie pars ualde acclivis est,
 sed intellexi aliter duci non potuisse, id est, fieri.
 Ducere uitam, Aeneid. 3. Viuo equidem, uitamque extre-
 ma per omnia duco.
 Ducere uitam, maritare. Horat. Vitam uidentes ducas
 ad arbores.
 Ducere uitio, culpare: uide, ducere laudi.
 Ducere uoces in flatum, uulibre est. Aeneid. 4. Et
 longas in flatum ducere uoces. Duci uoluptate rei.
 Ducere uultum. Martial. Qui ducis uultus, et non le-
 gis ista libenter, id est, frontem corrugas.
 Ducere uultum de marmore, de ligno, &c. Aeneid. 6.
 Viuos ducent de marmore uultus.
 Ducere uxorem, barb. uxoratu esse. In Eunuch. Emo-
 rari, si non hanc duxero.
 Ducere se ab ædibus, egredi domo. In Bacch. Ducte
 ab ædibus. In Famil. Duxit se à Gadibus, id est, sub-
 duxit.
 Ducere ad aliquem. In Andria: Duc me ad eam. In
 Adel. Duc me intro ad Sostratam.
 Ducere se ad aliquem ire. In Amph. Iam ad regem re-
 ctame ducam. Ducere ad calcem, finem, metam.
 Ducere ad credendum. In Philo. Ita me ad creden-
 dum

OBSERVATIONES.

dum tua dicit oratio, id est, persuadet.
 Duci ad suspicandum: uide, duci coniectura.
 Ducere se deorsum de arbore, descendere. In Aulul.
 Vbi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.
 Ducere ex animo aliquid: uide, ducere curam.
 Ducere in conscientiam, Salust.
 Ducere in errorem, seducere, Metamorph. 8.
 Ducere in gyrum. De Offic. Tanquam in gyrum ra-
 tionis et doctrinæ duci oportet.
 Ducere in iudicium, in ius, est apud iudicem accusa-
 re. In Eunu. Si uim facit, in ius ducito hominem.
 Ducere in ludu. In Phor. In ludu ducere et reducere.
 Ducere in matrimonium filiam, est uxorem ducere.
 Cæs. Ex ea ciuitate Orgentorigis filiam in matri-
 monium duxerat.
 Ducere in orbitatem filios: uide, perducere.
 Ducere in sententiam: querere, perducere.
 Ducere in transennam dolis, decipere. In Persa: Hunc
 ego hominem hodie in transenna doctis ducam dolis.
 Ducere in uitium. Horat. In uitium dicit culpe fugae,
 si caret arte.
 Ducere per triumphum aliquem. Salust. Filium eius
 Aristonicum hostium more per triumphum duxere,
 id est, triumpho.
 Ducere post honorē. Salu. Et sua necessaria post illius
 honorem ducerent. i. sua illius honori post haberent.
 Ducere præ me, idem quod præ me fero, putat Valla.
 Alij recte dici negant.
 Ducere pro falsis ficta. Salustius: Ea ueluti ficta pro
 falsis dicit.
 Ducere sub signum. In Casina: Vide, ut sentis, sub si-
 gnum ducas.

LATINI SERMONIS

Ducere deorsum: uide, de arbore ducere.
 Ducere se foras. Terentius: Vxor ubi me ad filiam ire
 sensit, se duxit foras.
DUCERE Are aliquem, fallere. In Men. Nisi feres argu-
 tum, frustra me ductare non potes.
 Ductare aliquam, uxorem ducere. In Phor. Et mea du-
 cetas gratis. In Asin. Amicam ductet decrepitus se-
 Ductare aliquem dolis. In Capt. Qui me, ut (nex-
 hubitum est), ductauit dolis.
 Ductare exercitū (quod Quintilian. ait non sineru-
 bori dici) Salust. Exercitū quē in Asia ductauerat.
 Ductare aliquem maledictis. In Asin. Maledictis eam
 ductare postulas.
 Ductare restim. In Adel. Tu inter eas restim ductans
 saltabis.
 Ductare aliquid pro nibilo, iudicare. In Persa: Omer
 ego pro nibilo esse ducto, quod fuit.
ABDVCERE aliquem. In Adel. Hunc abduce, uinci.
 Abducere clauem, eximere. In Casin. Vbi intrō hanc
 nouam nuptiam deduxi via recta, clauem abduxii.
 Abducere coniuiam aliquem sibi. In Eunq. Tum me
 coniuiam solum abducebat sibi.
 Abducere rus aliquem. In Casin. Abdusi tecum uxo-
 rem rus.
 Abducere ui. In Oratio. Minimi filiam ui abductam ab
 Rhodio tibicine.
 Abducere à cogitatione. In Philo. Magni est ingenij
 reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à con-
 suetudine abducere.
 Abducere à defensione cōtraria animos. Cic. in Orat.
 Abducere à foro. In Adel. Amicus quidam me à foro
 abduxit modo.

Abdu-

OBSERVATIONES.

Abducere à molestijs aliquem. In Famil. Ut mones,
 quantum potero, me ab omnibus molestijs & ango-
 ribus abducam.
 Abducere à negotijs. In Rud. Et uos à uostris abdu-
 xi negotijs, neq; id proceſſit, qua uos duxi gratia.
 Abducere à Repub. Q. Merellus: Me intreca nec do-
 mesticus dolor, nec cuiusquam à Repub. abducet.
 Abducere à sollicitudine animum. In Famil. Que
 etiam si minus prodeſſent, animum tamen à solici-
 tudine abducerent.
 Abducere ab aliquo aliquem. In Philos. Quem dis-
 pulum cupio ab te abducere.
 Abducere ab angoribus: uide, à molestijs.
 Abducere ab lenone mulierem. In Asin. Quam ama-
 bam, abduxit ab lenone mulierem.
 Abducere ab oculis. In Phorm. Alius ab oculis meis
 illam in ignotum hinc abducet locum? In Adelphis:
 Quum banc sibi uidebit præſens præſenti eripi, ab-
 duci ab oculis?
 Abduci ab officio. De Amic. Nec enim ab iſto offi-
 cio abduci incommodo meo debui.
 Abducere ab Roma, ducere. Liu. Flauius supplemen-
 tum omne ab Roma abduxerat.
 Abducere ab ſtudio. In prologo Hecy. Ne illum ab
 ſtudio abducerem.
 Abducere ad nequitiam. In Adel. Si illum potest, qui
 alicui rei est, etiam cum ad nequitiam abducere.
 Abducere de alieno. In Trucul. Quid si ueſtra quip-
 piā oreum abducere?
 Abducere in ganeum. In Adel. Credo abductum in
 ganeum aliquo. (buc.)
 Abducere aliquem. In Phor. Eum require atq; edduce

LATINI SERMONIS

*adducere buc. Ibidem: Ego sum missus te ut require-
rem, atq; adducerem: buc.*

Adduci amicitia, Atticus.

*Adducere annum tertium, adiungere. Att. Feci non
sapienter, pr̄fertim quum id commiserim, ut ille al-
ter annus etiam tertium adduceret.*

*Adducere balistam, tendere. In Phil. Ut enim baliste
lapidum & reliqua tormenta telorum, eō graui-
ores emissiones habent, quō sunt contenta atq; addu-
cta uehementius.*

*Adducere domum aliquem. In Asin. Me uxor addu-
cit domum.*

*Adduci exemplo bonorum, fide: uide, officio adduci.
Adducere habenas, frenum constringere. Verg. Ipse
ter adducta circum caput egit habena.*

*Adducere habenas amicitie. Cic. de Amicit. Quām
commodissimum esse laxissimas habenas habere ami-
citatē, quas uel adducas quum uelis, uel remittas.*

*Adducere lacertum, extendere. Verg. Ocyus addu-
cto torquens bastile lacerto.*

Adduci mercede, in Orato.

Adduci netu, in Oratione.

Adduci misericordia: uide, adduci officio.

*Adducere nutricē. In Hecy. Puero nutricē adduxie.
Adduci odio, Atticus.*

*Adduci officio. In Oratione. Adductus sum, iudices,
officio, fide, misericordia, multorum bonorum ex-
emplo, ueteri consuetudine, institutoq; maiorum, ut
onus hoc laboris, &c.*

*Adducere ramum. In Philos. In agro ambulanti ramu-
lum adductum, ut remissus est, in oculum recidisse.*

*Adducere seruitum aliquem sibi. In Pseud. Adduci-
te*

OBSERVATIONES.

*tome seruitum tibi, ni fecero. Adduci spe, Att.
Adducere à foro aliquem. In Mil. Iam hercū ego he-
rum adducam à foro.*

*Adducere ad arbitrium suum aliquem. In Fam. Neg-
ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem.*

*Adducere ad coenam. In Heaut. Aduenientem è na-
ni, egredientem ilicò adduxi ad coenam.*

*Adducere ad indignationem animum. Ad Her. Ad
quām uolentus indignationem, animum auditoris
adducemus.*

*Adducere ad interregnum. Attic. Ad interregnum
comitia adducta.*

*Adducere ad iracundiam. Ad Her. Auditorem ad
iracundiam adducit.*

*Adducere ad misericordiam. In Heaut. Ad miseri-
cordiam ambos adduces citò.*

*Adducere ad nequitiam. In Bacch. Lycurgus (ut mi-
bi quidem uidetur) posset hic ad nequitia adducier.*

*Adducere ad partes malas animum. In Hecy. Nunq;
animum questus gratia ad malas adducam partes.*

*Adducere ad prandium. In Men. Meretrix hec ad
prandium me adduxit. In Poen. Ettam me ad pran-
dium ad se adduxit.*

Adducere ad tempus aliquid, in Orato.

*Adducere ad ueritatem. In Orato. Satis ad uerita-
tem adducta.*

*Adducere ante oculos. In Heaut. Non mibi per falla-
cias adducere ante oculos. In Eunn. Miles uero sibi
putare adductum ante oculos cœnulum.*

*Adducere ante oculos coram. In Eunucho: Quæ mibi
ante oculos amatorem coram adduxisti tuum.*

*Adducere ex aliquo loco aliquid. Ces. Quo ex Italiæ
adduxerat.*

LATINI SERMONIS

Adducere in angustum. De Offic. Ita contractares est, & adducta in angustum.

Adducere in cognitionem. In Oration. Non te illius unguentorū odor, non uini anhelitus, non frons cala misteri notata uestigijs in ea cognitionē adducebat.

Adducere in discrimen. Att. Ex quo te intelligere certò scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas.

Adducere in dubitationem. In Fam. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem uideatur adducere. (in ædeis.

Adducere in ædeis. In Merc. Amicā adduxit intrō Adducere in honorem. In Fam. Dum uolunt ista lauti terrae natæ, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, &c.

Adducere in inuidiam. In Oratio. In summam enim L. Quintus inuidiam concionibus eum quotidianis adduxerat. (cū uero.

Adducere in iudiciū. In Orat. Qui adductus in iudi- Adducere in ius. In Oration. Illud etiam restiterat, quod besterno die fecerunt, ut te in ius adducerent.

Adducere in locum. Attic. In eum autem locum rem adductam intelligit.

Adducere in obliuionem. In Oration. Cūm accusatio nostra in obliuionem diuturnitatē adducta sit.

Adducere in opinionem. In Famil. In eam opinionem rem adduxerunt.

Adducere in ordinem. In Philos. Idq; ex inordinato in ordinem adduxit.

Adducere in periculū. Plin. In summū periculū adducere in sententiam. In Famil. Vt aut (cf. a. & e) *in meam sententiam adducem.*

Addu-

OBSERVATIONES.

Adducere in sermonem. In Oration. Adductus erat in sermonem, inuidiam, uituperationem.

Adducere in spem. Att. In eam spem adducimur. Plinius: In spem certissimam adducor, perpetuam nobis maioremq; indies futuram esse concordiam.

Adducere in suspicionem. Att. Pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. (nem,

Adducere in uituperationē: uide, adducere in sermo-

Adducere in uoluntatem. Att. Pompeium adduxi in

eam uoluntatem, ut, &c.

Adducere in uiciniam. In Mercat. In banc uiciniam

adductam autumant.

Adducere corā. In And. Illum buc corā adducam.

Adducere corā ante oculos: uide, adducere ante

oculos.

Adducere intrō: uide, adducere in ædeis.

Adducere ut, cum uerbo possum. In Famili. Non enī

aducci possum, ut abs te, &c. Idem: Nullo imtri, nul-

lo figore adduci potest, ut capite opero sit. In

Phorm. Adduci non potest.

CIRcunducere aliquem argento, auro, est dolo au-

ferre. In Pseud. Te uelle amantem argento circun-

ducere. In Bac. Si me illo auro tāto circūdixerit.

Circunducere edictum, abolere, Vlpianus.

Circunducere exercitum. In Mili. Iſtum puer circun-

duce has ædeis, in Mostel.

Circunducere ab aliquo aliquid. In Pseud. Ab hoc le-

nōne uicino tuo per sycophantiam atq; perdoctos do-

los tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit, eam

circunducam lepidulē.

Conducere, conuentionis uerbum est: differt à locare.

Condu-

LATINI SERMONIS

Cōducere aliquē, ancillam, coquos, fidicinā, tibicinas.
 Conducere aliquid de aliquo. Att. Astāni, qui de ces
 foribus conducerunt, questi sunt, &c.
 Conductas orationes magnas habere à publicanis, in
 Oration.
 Conducere cädendum aliquem. In Amph. Cädendum
 conduxi ego illum.
 Conducere docendum aliquem. Vlpianus: Si quis ser-
 um docendum cōduxerit, id est, suscepere p̄t pretic.
 Conducere domum, fundum, locum, nauem de aliquo. In
 Oration. Habuit conductum de Cesennia fundum.
 Conducere faciendū aliquid, In Philo. Qui columnam
 illā de Cottā & de Torquato conduxerat facienda.
 Conducere manum. Cæſ. Magnam manum Germano-
 rum conductam R̄benum transmisit.
 Conducere mercede aliquid. Att. Iſtos mercede con-
 ductos habebimus.
 Conducere pascendos uitulos, est pretio pascendos
 fūcipere.
 Conducere ad epulum. In Amph. Credo iam que uo-
 lebat sacrificia ad epulum conduxit.
 Conducere ad fallaciam. Plaut. Fac modò ut con-
 ducta tibi sint dicta ad fallaciam.
 Conducere de aliquo: uide, conducere aliquid.
 Conducere de foro populum, congregare, Varro.
 Conducere, pro utile eſſe, conuenire, datiuum uult.
 Conducere agricola. Colum. Id minime cōducit agri.
 Conducere dignitati. Att. Reſpōdit, id quod (cole-
 sentiebam, & dignitati tuae maximē conducere.
 Conducere etati. In Bacch. Huic etati non conuenit
 mulier, latebroſus locus.
 Conducere existimationi, Atticus.

Condu-

OBSERVATIONES.

Conducere rationibus. Attic. Noſtris rationibus ma-
 ximē conducere uidetur. In Famil. Et R̄eipub. ra-
 tionibus putem conducere.
 Conducere ad. In Capt. Si alia memorem, que ad uen-
 tris uictum conducunt, mōra est.
 conducere in rem. In Capt. Faciam ſedulō, ut potiſi-
 num in rem quod rectē conduceat tuam, id petam. In
 Ciftel. Illud quod tam in rem bene cōducat, confūlā.
 Deducere aliquem, comitari. Tibul. Deducat iue-
 num ſedula turba ſenem. Terent. Hunc deduce ad
 militem. De Senect. Aliquo eum deducit, ubi futu-
 rus fit æternus.
 Deducere aliquam (secundūm Cardinalem) eſt ſpon-
 ſam ad ſponſi domum, uxorem ad maritum, amicam
 ad amantem perducere Cicero: Comparauit Serui-
 lia hunc fundum, Tertia deducta: ubi Tertia nomen
 proprium eſt. Tibull. Ut iuueni primum virgo dedu-
 cit marito. In Heccy. Vxorem deducit domum. Ouid.
 de Facto. Cūm primum Cupido Venus eſt deducta
 marito. Vlpianus: In domum mariti deducta eſt.
 Deducere aquas.
 Deducere candidatum. Attic. Cūm candidatum de-
 ducerem.
 Deducere carmen. Verg. Deductum dicere carmen.
 Deducere cibum alicui, detrahere. In Eunu. quā bē-
 bitior paulo pugilem, eſſe aiunt, deducunt cibum.
 Deducere cœlo, deorsum cucere. Aeglo. S. Carmina
 uel cœlo poſſunt deducere lunam.
 Deducere crines pectine, Ouid.
 Deducere coloniam, loquutio propria, In Oratio.
 Duxisti coloniam Corsinum.
 Deducere domum, comitari. Liui. Frequentes dedu-
 cerunt

LATINI SERMONIS

Xerunt domū. In Hecy. Vxorem deducit domum.
 Deducere filiam alicuius ad aliquē. Cic. Hic est Duci-
 mus ad quem iste deduxerat Tertiā, Isidori Mi-
 Deducere filium, nere. (mi filiam)
 Deducere ignarum uiae, est uiae restituere.
 Deducere Iouem, est pluere. Horat. Imbris niuesq; de-
 ducunt Iouem.
 Deducere lacrymas. Oculi deducunt lacrymas.
 Deduci lacrymis, à proposito per lacrymas auo-
 cari: uide, Deducere de statu.
 Deducere lunam ccelo: uide, Deducere ccelo.
 Deducere mentem, redigere. Catul. Huc est mens de-
 ducta tua mea Lesbia cura.
 Deducere morem. Horat. Mos unde deductus.
 Deducere naues proprietate dictū. Verg. Aeneid. 3. Dedu-
 cunt socij naues. Cœf. Neq; multū abesse ab eo, quin
 paucis diebus deduci possent. i. in mare protrudi.
 Deducere orationem, est bene concinnare. Decet de-
 ducere, non confuere orationem.
 Deducere partem, de summa demere. Afranius: De-
 ducta parte tertia, reliqua sibi dos reddatur. Idē:
 Vno pluribus' ue filijs deducta parte.
 Deducere pectine crines: uide, Deducere crines.
 Deduci pecunia, est per pecuniam ab opinione aut offi-
 cio discedere: uide, Deducere ab accusatione.
 Deducere pedes de lecto. In Curc. Deduco pedes de
 lecto clam, ne miles sentiat.
 Deduci poena, à proposito auocari metu poenae. In
 Famil. Neque legis improbisimae poena deductus
 est, quo minus, cœf.
 Deducere regem. In Famil. Tibi decernitur, ut regē
 deducas, id est, regnum restituas.

Dedu-

OBSERVATIONES.

Deducere riuos, aquam per fulcos emittere. In Geor-
 gicis: Riuos deducere nulla Religio uetus.
 Deducere stamina, nere, Metamorph. 9.
 Deducere uerius, componere, Floratius.
 Deducere via recta profecturum, est in viam resti-
 tuere rectam. In Casin. Vbi intrò banc nuptam de-
 duxi à recta, clauem abduxī.
 Deducere uirginem alicui: uide, deducere aliquam.
 Deducere uitam.
 Deducere uocem, mutare. Pomponius: Vocem deducas
 oportet, ut uideantur mulieris uerba.
 Deducere uxorem: uide, deducere aliquam.
 Deducere à consilio, à mente aliquid. In Oratio. Quo-
 rum scelerum poenis agitatur, & à mente consilioq;
 deducitur, id est, omni consilio priuatur.
 Deducere à continentia: uide, ab integritate.
 Deducere à pietate, infra habes.
 Deducere à timore. In Philos. Hac deducimus à timo-
 re perterritos.
 Deducere ab aliquo. In Famil. Ab eo deduci non po-
 test, id est, retrabi, abduci.
 Deducere ab accusatione. In Oration. Me magna pecu-
 nia à uera accusatione esse deductum, id est, desti-
 tuisse accusare.
 Deducere ab errore. In Oration. Languentem laben-
 temq; populum aut ad decus excitare, aut ab erro-
 re deducere, id est, uerum docere.
 Deducere ab humanitate, mox habebis.
 Deducere ab integritate. Attic. Sic ut nullum te si-
 gnatum, nulla conditio pecunie ab summa integritate
 continentiaq; deduxerit.
 Deducere ab religione. In Orationib. Quæ potuerit

Eleum

LATINI SERMONIS

Heum hominem maximè locupletem, minimè aug-
rū ab humanitate et pietate, ab religione deducere.
Deducere ad aliquem. In Eunu. Deducam ad Thai-
dem. Ibidem: Ad nos hodie deductus est adolescen-
tulus. Item: hic deducta est ad Thaidem. De Si-
mic. A patre ita eram deductus ad Scenulam: ui-
de, Deducere filiam.
Deducere aliquem ad ciuitatem, ad currū, ad forum,
ad mare, comitari. Metam. 2. Iuuenem deducit ad
altos Currus.
Deducere ad iudicium. In Oratio. Qui ad hoc iudici-
um deducti non sunt, id est, adducti, alij legunt in.
Deducere ad otium. Cæs. Si qua hominum æquitate
res ad otium deduci posset, id est, traduci.
Deducere de domo. In Fam. Cumq; magna multitudo
optimorum virorū, & ciuitā me de domo deduceret.
Deducere de fide. In Oratio. Ut cuius diuitiae me de fu-
de deducere non potuissent, id est, abducere.
Deducere de finibus exercitum. In Amph. Ut prope-
re de finibus suis exercitus deducerent.
Deducere de lecto pedes: uide, deducere pedes.
Deducere de lenitate animum, auocare. Cic. Si impen-
dens patricie periculum me necessario de hac animi
lenitate deduxerit.
Deducere de locis præsidia. Salust. Arma deponere,
præsidia de locis deducere.
Deducere de prouincijs. In Orat. Hos uos de prouin-
cijs si non aliquando deducendi essent, diripiendos
non putaretis.
Deducere de rationibus, detrahere. De Offic. Ut ba-
si ratiocinatores officiorū esse possumus, & adden-
do deducendo uidere, quæ reliqui summa fiat.

Dedu-

OBSERVATIONES.

Deducere de sententia. Attic. An me aliquo præmo
de sententia esse deductū i. sententiam mutasse.
Deducere de statu. In Oratio. Propè de uitæ meæ sta-
tu, dolore ac lachrymis suis deducerent.
Deducere ex aliquo loco. In Oratio. Hominem dedu-
ctum ex ultimis gentibus. Plinius: Vt præsidium
ex arce deduceret. Quidam non legunt ex.
Deducere in amplitudinem. Cæs. Et quam in fortu-
nam, quamq; in amplitudinem deduxisset.
Deducere in angustum. In Philo. Sed ea contraherent,
in angustumq; deducerent.
Deducere in astra. Horat.
Deducere in controvërsiam. Cæs. Et re in controvë-
siam deducta.
Deducere in discrimen. In Famil. Aequo animo sum-
mam Reipublicæ in discrimen deduceremus.
Deducere in domum. Vlipian. In domum mariti dedu-
cta est.
Deducere in fortunā, suprà habes apud Deducere in
amplitudinem.
Deducere in fraudem. In Fam. Qui quidē cùm in frau-
dem deductum se uideret.
Deducere in hyberna. Cæs. In hyberna in Sequanos
exercitum deduxit.
Deducere in iudicium: quære, Ad iudicium.
Deducere in locum. In Famili. In eum locum res dedu-
cta est.
Deducere in noctem. Cæs. Spe enim conficiendi nego-
cij propè in noctem rem deduxerant.
Deducere in ordinem sessum. In Fam. In quartum de-
cimum sessum deduxit.
Deducere in periculum. Cæs. Quos cupiditate glo-
riæ

LATINI SERMONIS

ris adductus in periculum deduxi.

Deducere in rationē uitæ. Att. Quoniam in eam rationem uitæ nos, nō tam cupiditas quedam glorie, quam res ipsa ac fortuna deduxit.

Deducere insententiam. Plin. Fortasse hanc ipsam cunctationē nostram in alterutram sententiam emendationis ratio deducet.

Deducere in uiam. In Trin. Nunc ne quis erret ueretur paucis in uiam deducam.

Deducere per uiam aliquem.

Diducere complexus. Propert. Non ego complexus potui diducere nostros.

Diducere humorem. Georg. i. Quique paludis Collectū humorem bibula diducit arena.

Diducere manus. Oxf. Ut aduersiorum manus duceret, id est, in aliam partem duceret.

Diducere mentem, distractabere. Persius: Vitæ nescius error Diducat trepidas ramosa in compitamentes.

Diducere studiū. Plin. Diductumq; in partes audiēt EDUCERE inter alia, extrahere uel nuntiū (tū studiū trire significat. Nā quod nos educare dicimus, ueteres educere dicebant.

Educere cœlo, erigere in altum. Aeneid. 6. Cœloq; educere certant.

Educere gladium, nudare. In Orat. Illi qui erant cum Clodio, gladijs eductis partim recurrere ad rhedā.

Educere labore magno. i. educare. In Adelph. Eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos paulo sumptu.

Educere legiones: Vide, Educere ex.

Educere liberos.

Educere sumptu suo. In Men. Meo cibo & sumptu edu-

ducere telum, id est, extrahere. (tus est.

re.

OBSERVATIONES.

re. Aeneid. 10. Eduxit corpore telum.

Educere uinum, promere. In Amphit. Cirneam ego, ut matre fuerat natum, uini eduxi meri.

Educere à puerulo. In Adelph. Ego hunc maiorem adoptavi mibi, eduxi à puerulo.

Educere ex. In Amphit. Ex oppido legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.

Educere in ius. In Orat. In ius ipsum eduxi. Ascon. Eduxerunt Antonium in ius.

Educere pro suo. In Eunu. Eduxit mater pro sua.

Educere bene ac pudicè. In Heaut. Attamen habet bene ac pudicè educatam. In And. Penè & pudicè eius doctum atq; educatum ingenuum.

Educere se foras, exire. In Hecy. Qua me propter exanimatum citius educxi foras.

Educere liberè. In And. Tu' ne hic hoëes adolescēt u- los imperitos rerū, eductos liberè, in fraudē illicis?

Inducere agrū uenitū pecunia, contractum irritū facere. In Orat. Hic ager omnis quoquo pretio coem- ptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur.

Inducere aliquem, decipere. In Orat. Nouem homines honestissimos, eiusdē munieris, legationis, officij, mā- datorumq; socios induxit, decepit, destituit. Attic. Ego proditus, inductus, connectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi.

Inducere aliquē ab aliquo. De Offi. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, id est, fingitur.

Inducere animum. In Adelph. Mea sic est ratio, & sic animum induco meum, id est, mibi persuadeo. In An-

S 2 dria:

LATINI SERMONIS

driæ: Si iſlbuc animum induxi iſſe utile. In Hœu. Cauſam hanc iuſtam eſe animum inducite.
Inducere animum ad. In Hœy. Nunc animum rurſum ad meretricem induxi tuum.
Inducere animum, aſſentari alicui. In Eunu. Qui huic animum aſſentari induxeris, è flammate petere cibum poſſe arbitror.
Inducere animum credere alicui. In And. Oro ut ne illis animum inducas credere.
Inducere animum ire. In Orati. Si mea uoce ire in exilium animum induxeris.
Inducere animum ne. In Mil. Induxi animum ne oderim item ut alias. In Cifell. Poſſum equidem inducere animum, ne a grè patiar.
Inducere animum ut. Cift. Meum animum ego inducam, tamen ut illud, quod tuam in rem bene conduceat, consulam. Attic. Animum inducere non potui, ut aut illum amantissimū mei, mollissimo animo, tanto in morore aſpicerem, id est, conſtituere.
Inducere animum uti. In Epid. Si ego te noui, animum inducam uti noueris.
Inducere calceos, ocreas, ſoleas, tibialia, &c. in pedes. In Orat. Ligneæ ſoleæ in pedes inducæ ſunt.
Inducere coniuiam.
Inducere decretum, abrogare, & duci per ceras stylo interlinere. Sueton. Amplissimis uerbis collaudatum integrum reſtituit inducto priori decreto.
Inducere familiaritatem. In Fam. Accedit etiā quod familiaritatem inducit, id est, familiares facit.
Inducere iniuriarum. In Pcen. Iniuriarum multò induci ſatiūs eſt. i. obliuisci.
Inducere locationē, abrogare, irritum facere contrarium

OBSERVATIONES.

¶n. Att. Quæſti ſunt in Senatu ſe cupidè prolapsos nimium magno conduxiffe, ut induceretur locatio. poſtulauerunt. Liu. Quæſ locationes cum Senatus precibus & lachrymis uictus induci iuſſeret.
Inducere locum. Atticus: Ille locus inductus eſt à me diuinitiū, id eſt, interpoſitus.
Inducere loquentem aliquem, id eſt, interloquutorem.
De Amicit. Ipsiſ induxi loquentes, ne inqua & inquit ſe pius interponeretur.
Inducere moram ſibi, differre. In Moſtel. Sed magna pars moram hanc ſibi induxerunt.
Inducere morem nouum in Rempublicam, id eſt, introducere. In Orat. Hunc morem nouorum iudiciorum in Rempublicam inducimus.
Inducere munus. Plin. Quanto magis decuit publicè conſulentem utiliſimum munus, ſed perinde non populaře, comitatæ orationis inducere.
Inducere nomen, delere. Atti. Et ſi nomina iam facta ſunt, uel induci uel mutari poſſunt. Ibidem: Nomini- bus Pompeio authore.
Inducere nouercam alicui. Plin. Ille nouercam ei amore captus induxerat.
Inducere nubes. Metamor. 2. Serenitati nubem inducere, eſt ex pace inimicitias concitare.
Inducere personam. i. loquentem aliquem. Vide ſupra.
Inducere pompa. In Truc. Quis homo eſt, qui inducit pompa tantam.
Inducere ſcuta pelliſbus, ſuperinducere. Caſar: Scutis ex cortice factis, aut uiminiibus intextis, quæ ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pelliſbus induxerant.
Inducere Senatusconſultum, tollere, abrogare. Att.

LATINI SERMONIS

Inducendi S. consulti maturitas nondum est.
 Inducere sermonē, adest ab. In Phil. Estigitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis, & a tali quodam inductus exordio.
 Induci spe. In Orat. Inducere tunicam, id est, induere.
 Inducere tectorium. In Orat. Tectorium uetus detum, & nouum inductum.
 Inducere ad aliquid animum: uide, inducere animum.
 Induci ab aliquo aliquem, locum: uide, induci aliquem, & inducere locum.
 Inducere in animum. In Adel. Nunquam te aliter, atque, in animum induxi meum. In Rud. Atque hoc in animum scelesti inducunt suum. In Heauton. Et eum esse questrum, in animum induxi maximum.
 Inducere in consuetudinem. Attic. Si nobiscum erimus aliquo eduxerimus, in hanc nosferam rationem consuetudinemque inducemos. i. ut faciat ita, ut nos.
 Inducere in errorem. In Oration. Priusquam in errorem induceremini. Inducere in fraudem, Cic.
 Inducere in memoriam. In Pers. Non uides nolle eum loqui, ne suarum misericordiarum in memoriam inducas.
 Inducere in mores. In Orato. Qui hoc primus in uosfreros mores induxit.
 Inducere in pedes aliquid: uide, inducere in calceos.
 Inducere in rationē: quare, inducere in consuetudinē.
 Inducere in regionem. In Mil. Tace, dum in regionem astutiarum mercium te induco.
 Inducere in R.empub. morem: uide, inducere morem.
 Inducere in scholam puerum.
 Inducere in Ispem. De Amic. Ut amici iacentē animum exciter, inducatq; in Ispem cogitationemque meliorem.
 Inducere in urbē. Plen. Aquam Anicentem in urbē induxit.

Indu-

OBSERVATIONES.

Inducere hoc. In Merc. Consuetudine animus nurfus te huic inducit. Teren. Syri promissa me buc induxit.
 Inducere quō. In And. Vide quō inducas. (rune.)
 Inducere gaudet particula ut, quemadmodum exemplis patuit.
 QEDVcere aliquē, circunducere. Att. Ut mibi uideatur non esse adūtor Curiū obducere: solebat autem qui peteret, circunduci ab aliquo principe uiro.
 Obducere callū, lignere. In Philo. Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. In Tusc. Quorum animis diuturna cogitatio callum uetus statis obduxerat, id est, uetus statis obdurus erat.
 Obducere caput. In Oration. Carnifex uero & obductio capitinis, & nomen ipsius crucis absit.
 Obducere cicaricem. In Oration. Ne aut refricare, obductam iam Reipub. cicatricem uiderer, id est, quae iam coisset.
 Obducere diem posterum. Attic. Itaque obduxii posterum diem. (neclūs.)
 Obducere frontem. Horat. Obducta soluaturl fronte fe
 Obducere prunas, tegere. Verg. Et cinis obducta celabat lumina prunæ. Obducere scelus.
 Obducere tenebras alicui. In Philo. Conatus est clarissimis rebus tenebras obducere.
 Obducere terrā alicui. In Phil. Quā cūm proximi ficerant, obductaque terra erat, frugibus obserbatur.
 Obducere uelum. Plin. Obducere corporis uitium, con tegere.
 Obducere ad. In Pseud. Ad oppidum hoc uetus continuo meum exercitum protinus obducam.
 PERducere aliquē. Aeclo. i. En quō discordia ciues perduxit miserios. Perducere aliquem dominum.

S 4 Perdu-

LATINI SERMONIS

Perducere altitudinem rei. Cæsar. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem.
 Perducere aquam ex aliquo loco, Plinius.
 Perducere cibo potes quovis. In Mostel. Perducere fossas. Cæs. Fossas transuersis uijjs perducit.
 Perducere uitam ad. Cic. Coruinum accepimus ad 100. annum uitam perduxisse, id est, uixisse. Alij legunt, produxisse.
 Perducere ad calcem, finem, metam, efl rem planè perficere.
 Perducere ad conditionem. In Orat. Quod si facere licet, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere.
 Perducere ad furorem. In Philo. Aiacem in ad furorem mortem, p; perduxit.
 Perducere ad sententiā. Att. Veteranos perduxit ad suū sententiā. In Poe. Perduxit oēs ad suū sententiā.
 Perducere ad. HS. In Oration. Hominem ad HS. so. perduxit, eamq; ei pecuniam numerārat.
 Perducere ad tempus. In Fam. Quo si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est, id est, si ad tempus tuum peruenire poterit.
 Perducere in potestate. In Trin. Mores, leges perduxerunt iam in potestatem suam.
 Perducere in sententiam. Cæs. Quoscunq; adit ex ciuitate in suam sententiam perducit.
 Perducere aliquem p; uiam.
 Perducere ut. In Most. Dictis ne quis perduci, ut uerba hec credas mea.
 Producere aliquid conditionibus. In Oration. Conditionibus hunc, quoad potest, producit.
 Producit conuium sermonibus. De Senect. Conuium

OBSERVATIONES.

uiuū ad multā noctem uario sermone producimus. producere diem. In Adel. Cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem. producere filiam, proficere. In Asin. Audientem dicto mater produxit filiam. producere filios, gignere. In Capt. Quasi in orbitam filios produxerim, id est, ut eis amissis orbus fierem. In Oration. Gracchi credo aut Saturnini, aut alicuius hominis eiusmodi produxeram filium. producere moram. In Andria: Ut huic malo aliquam producam moram. producere nomen, est in medium ferre. Horat. Signatum praesente nota producere nomē. In Phil. Neptuno nomen productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando. producere rem. Cæs. Producitur tamen res, aciesq; ad solis occasum continentur. producere aliquem rus. In Adelph. Num tu cum rus hinc modō produci aiebas? Ibidem: Ob, qui egomet produxi, id est, deduxi longius. producere scelus. In Adel. Qui illud p; duxit scelus. producere sermonem in noctem. De Offic. Sermonem in multam noctem produximus. producere seruos, uendendos proferre. In Heauton. Ancillas, seruos omnes produxi ac uendidi. In Eunuchio: Is ubi hanc forma uidet honesta uirginem, & fidibus scire pretiū s̄benus, illico producit, uēdit. producere s̄be falsa aliquem. In And. Nisi me lachafses amarem, & falsa s̄be produceres. producere sui simile. In Orat. Ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. i. filio. producere testes. Acon. Loqui enim nisi interroga-

LATINI SERMONIS

to teste non licet: interrogabatur autem ab eo,
 contra quem productus erat.
Producere uirginem: uide, producere seruos.
Producere uitam. In Trinum. Nam et illud quod dat,
 perdidit, et illi producit uitam ad miseriam.
Producere e castris exercitum. In Amphit. E castris
 ilico producit omnem exercitum.
Producere in acie copias. In Fam. Antonius in aciem
 suas copias de uico p^{ro}duxit, et sine mora concurrit.
Producere in concionem. Attic. Fusius in concionem
 produxit Pompeium.
Producere in orbitatem liberos: uide, p^{ro}ducere filios.
Producere longius. Columel. Paulatim longius cum
 oneribus producendi sunt.
Producere, prosequi. Vergil. Nectua funera mater
 produxi.
REDUCERE aliquem. Terent. Quouis illos tu die re-
 ducas.
Reducere amicitiam errantem, in suum locum resti-
 tuere. Plin. Tu banc pulsam et errantem reduxisti.
Reducere calculum, est mutare factum cuius te paenitentia
Reducere comitem, peregrinum. Erasmus: Precor ut
 te Deus semper deducat, reducatque in columem.
Reducere domum aliquem. In Amphit. Se exercitum
 exempli unum reducturum. Attic. Crassum Ces.
 ex Senatu domum reduxi.
Reducere exemplum. Plin. Nam uel insituere, uel re-
 ducere eiusmodi exemplum, non nisi seueri: insitu-
 rum reductum ue exercere, etiam leuisimi possunt.
Reducere funem, est in diuersum mutare sententiam.
Reducere libertatem. Plin. Haec nempe intentio tua,
 ne libertatem reuoces ac reducas.

Redu-

OBSERVATIONES.

Redacere morem consulendi in publicum. Plin. Quod
 intermissum iam diu morem in publicum consulendi,
 suscepitis proprijs simultatibus, reduxisse.
Reducere numen, recociliare. Verg. Numenque reducat.
Reducere simum, replicare. Aeneid. i. Inquit sinus scin-
 dit se undareductos.
Reducere uxorem. In Eccl. Si est, ut uelit reducere
 uxorem, licet.
Reducere ad diuitias. In Cistel. Ego te reduco et re-
 uoco ad diuitias.
Reducere ad misericordiam animum. In And. Reduc-
 ent animum et grotum ad misericordiam.
Reducere ad sanitatem. In Oratio. Ne tum quidem te
 potuit si non pietatis, at salutis tuae ratio ad offi-
 cium sanitatemque reducere.
Reducere de exilio. Ibidem: Petis, ut tibi per me lice-
 at quendam de exilio reducere.
Reducere se in arcem, recipere. Apuleius: Meque oppi-
 do in arcem reduco.
Reducere in ciuitatem. In Oration. Me in ciuitatem
 Republica ipsa reduxit.
Reducere in concordiam. Attic. Caesarum et Pom-
 peium perfidia hominum distractos, rursus in pri-
 fliam concordiam reducas.
Reducere in gratiam. In Oration. Si me Cn. Pompeij
 auctoritas in gratia non reduxisset, nunc iam ipsius
 fortuna reduceret. Item. Qui me cum illo in gratiam
 reducat, id est, illi reconciliet. In And. Iamdudum
 res reduxit me ipsa in gratiam.
Reducere in memoriam. Plin. Veritus sum, ne uos fe-
 sis diebus confunderem, si in memoriam grauiissi-
 mos luctus reduxisse.

Redu-

LATINI SERMONIS

*Reducere in regnum. Iustinus: Reliquas copias ree
ipse reducere in regnum parat.*

*Reducere in sedem, tranquillitatem, aut uigorem pri
stimum, Horatius.*

*Reducere in uiam. In Pseud. Suo reduxit uiatico me
usq; ex errore in uiam.*

*Reducere sub limam, incudem, est iteratō facere, aut
melius reddere.*

SEDUCERE aliquem, seorsumducere. Attic. Seducit
me Scaptius.

*Seducere aliquem solum. In Asin. Nam me hodie senex
seduxit solum seorsum ab ædibus. In Hecyra: Pam
philus me solum seduxit foras.*

*Seducere aliquem foras. In Aul. Eò nunc te secreto
huc foras seduxi. In Hecyra: Vxor ubi me ad filiam
ire sensit, seduxit foras.*

*Seducere animū. In Tusc. Quum à negotio omnia uo
camus animū, quid, inquam, tum agimus, nisi ani
mum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, ma
ximeq; corpore seducimus?*

*Seducere arrogantiam, deponere. In Oratio. Remit
tant spiritus, comprimant animos suos, seducant
arrogantiam.*

*Seducere dictis, decipere. In And. Nunc me seducere
istis dictis postulas? Alij legunt, subducere.*

*Seducere testes. In Oratio. Obuerstiones, testifica
tiones, seductiones testimoniū.*

*Seducere ab altero aliquem. In Fam. Quod à te uiro
optimo seductus est, id est, abductus. Plin. A Pontio
Thelesino duce hostium per insidias seducti sunt.*

**SEDUCERE annulū, asperā, tunica, &c. furtim abri
pere. In Gur. Quum dormiscit, ei subduco annulum.**

Subdu-

OBSERVATIONES.

*Subducere cibum alicui, demere. In Philof. Subdue ci
bum unum diem athletæ. In Eunu. Subducunt cibum.*

*Subducere classem, in terrā trahere. Aeneid. 1. Qua
satam uentis liceat subducere classem. De Officijs:
Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset.*

*Subducere dictis, fallere. In And. Etiam nunc me sub
ducere istis dictis postulas? Alij legunt seducere.*

*Subducere ensem capiti. Aeneid. 6. Fidum capiti sub
duxerat ensem.*

*Subducere fundamentum. In Philoso. Neg. intelligunt
se rerū illarum pulchrarum atq; admirabilium fun
damenta subducere.*

*Subducere ignem, detrahere. Cato: Vbi bullabit ui
num, ignem subducito.*

*Subducere lac agnis, surripere. Aeclog. 1. Et succus
pecori, & lac subducitur agnis.*

Subducere lembum. In Bacch. Subducunt lembum.

*Subducere manum ferulae. Iuuenal. Et nos ergo manū
ferulae subduximus, id est, nos quoq; literas didici
mus, & præceptorum opera usi sumus.*

*Subducere nauem. In Casin. I i intrò, ut subducā na
uim rurſus in Polinarium. Cæſ. Naues quas in ari
dum subduxerat, æfus complebat.*

Subducere oculis, est contegere, auferre, Erasmus.

Subducere pabulum equo ferocienti, idem.

*Subducere rationē, computum facere. In Adelp. Nun
quam ita quisquam benè subducta ratione ad uitam
fuit, quin res, & casus semper aliquid apparet no
ni. In Fam. Rationibusq; subductis summam feci co
gitationum mearum.*

*Subducere se, latenter abiare. In Aulul. Tempus est
subducere binc me. In Eunu. Vbi primum poterit, se
illinc*

LATINI SERMONIS

illinc subducet scio. Ibid. Et cum eo clām subduxi te mibi?

Subducere se à conuiuio, mensa.

Subducere se de loco. Attic. De circulo se subduxit, Subductum uentis omnibus aedificium, id est, extructum & expositum, Plin.

Subducere undam. Aeneid. 3. Subducta ad manus descendimus unda.

Subducere ex. Sal. Ex gregarij militibus quēq; armatū in prima acie subducit. i. excusat, ut & libilo. Subducere in collē aciem. Plin. Ipse à Tulio in auxiliū accersitus, aciem in collē subduxit. Verg. Qua se subducere colles Incipiunt.

Subducere sursum. In Aulu. Ut in puto coenam coquunt, inde coctam sursum subducemus corbulis.

Traducere adolescentiam, transigere. In Oratio. O adolescentiā traductā eleganter, id est, peractā. Traducere aliquem, deridendū præbere omnibus pernicios & theatra. Sueton. Hos aspidē in foro flagellis ac fusilibus cæsos, ac nouissimè traductos per amphitheatri arenā, &c. Liui. Vestrōs liberos traductos per ora bominum.

Traducere copias. Caesar. Helvetij per angustias & fines Sequanorum suas copias traduxerant.

Traducere equum. In Oratio. Quum contrā nemo dicceret, iussit equum traducere.

Traducere cūum. Florat, lib. 1. epist. 19.

Traducere lineam, ad ulteriora ducere. Plaut. Trduce adhuc lineam plusculum.

Traducere munus. Attic. Faciam deniq; ut summa modestia & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus, id est, transfigamus.

Tradu-

OBSERVATIONES.

Traducere orationem, conuertere. In Oration. Tunc quoniam orationem traduxi.

Traducere pompa. In Heau. Et tua pompa eō traducenda est.

Traducere tempus, transfigere. In Fam. Qua natione nobis traducendum sit hoc tempus.

Traducere uitam, transfigere. Atti. Quibus enim possūs hæc uita factis aut cogitationibus traducatur, quām ijs que pertinuerint ad liberādos ciues meos.

Traducere à cure ad timorem. In Famili. Et animos à minore cure ad summum timorem traduceret.

Traducere à seueritate ad hilaritatē. In Orati. Atq; à seueritate paulisp; ad hilaritatē risumq; traduceret.

Traducere à seueritate in hilaritatem. Ibidem. Submosq; omnium qui aderant, in hilaritatem à seueritate traduxit.

Traducere ab infamia in aliā partē. In Oratio. An ab hac eius infamia, nequitia uestros animos in aliā partem fortitudinis commemoratione traducat? id est, abducat.

Traducere ad defensionem suam. Cic. in Orat. Abdicere animos à contraria defensione, & ad nostram sonor traducere, id est, transferre.

Traducere ad plebem. In Oratio. Traduxit ad plebē inimicum meum. Att. Saepè iam de Publio Clodio ad plebem traducendo agere coepisse.

Traducere ad questionem. In Orat. Ad communē questionem uniuersitatis generis oratione traduceret.

Traducere ad questum suum. In Oration. Quia eam rem tu ad tuum quæstum nundinationemq; hominum traduxeris, id est, uenalem habueris.

Traducere ad se aliquem. In Philoso. Traducas me

ta

LATINI SERMONIS

itotum licet, id est, in tuam sententiam. Terent. In Adelph. Traduc & matrem & familiam omnem ad nos. *Idem in Heaut.* Ancillas omnes Bacchidis traduce hic ad nos properè. Ibid. Agè agè traducatur Bacchidis, id est, adducatur. *Traducere ad suam sententiam.* In Oratio. Traduxit ad suam sententiam, id est, persuasit.

DVR O.

Durare, persistere, perseverare. In Adel. Non hercule bic quidem durare quisquam, si sic fit, potest. In Asi. Non queo durare. In Cerc. Sed enim nequeo durare, quin ego herum accusem meum.

Duravit animus illi usq; ad extremum, Plin.

Durare cor. In Pseud. Cor dura, id est, patere.

Durante antiquorum memoria. Suet. Durante adhuc ibi antiquorum memoria, nec dum omnino abolita.

Durare cum accusatio. Horat. Vix durare carina possunt imperiosius & quor.

Durare ungulas, firmare, solidare. Colum. Feris locis pascitur, ut ungulas duret.

Durare se labore. Cæs. Hoc se labore durant adolescentes.

Durare ad. In Trin. Ego ad hoc genus hominum durus.

Durare in. In Amph. Durare nequeo in edibus. Terent. In hisce edibus durare non possum.

Durantur uitia. Quint. lib. i. Multa lingue uitia nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Durare, tolerare. Aeneid. i. Durate, & uos met rebus seruate secundis.

(q;ts induruisse.

Indurescere. Plinius. Tam obstinate magis ac me-

OBDV-

OBSERVATIONES.

Obdunare contra aliquid. In Phil. Quis contra flūdia naturæ tam uehementer obdurauit? id est, tam obstinatè contra sensit.

Obdurescere frigore. In Oratio. Quum iam penè obduruisse, vix uiuus auferetur. Item: Alij nescio quo pacto obdurerunt.

Obdurescere ad aliquid. Attic. Obdurescunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tributi, id est, diuiores sunt. In Famil. Magno dolore me affecissent tue literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obdurusset animus ad dolorem nouum.

PER durare. In Cur. Quin eum aliquos dies perduna. In Hecy. Sancte adiurat, non posse apud uos Pamphilose absente perdurare.

E G E O.

Egere, alicuius rei necessitatem habere, ablatium vel genitium admittit.

Egere abeuntis. In Asin. Tui amans abeuntis egeo.

Egere audacie: wide, Egere consilij.

Egere colloquio. De Offic. Et interdum colloquio alterius non egeret.

Egere consilij. Salu. Maiores nostri P. C. neq; consilij neq; audacie unquam egere.

Egere humanitate. Plin. Cui tantò maior humanitas exhibenda es, quantò illa magis eget homo probus, officiosus, literatus.

Egere interpretatione. Plin. Non eget interpretatione.

Egere pudoris. In Amph. Item tute si pudoris egeas, sumas mutuum.

Egere per aliquem. In Merc. Et per nos quidem ber-

T clē

LATINI SERMONIS

elè egebit, qui suum prodegerit.
Egetur acriter. Plautinum in Pseud. Amatur atque
egetur acriter.
Egere foris. In Mil. Quum apud te exemplum experi-
undi habeas, non eges foris.
Indigere alterius. De Amic. Quid enim erat Afri-
canus indigens mei?
Indigere auxiliij. Plaut. in Rud. Mulieres due inno-
centes intus hic sunt tui indigentes auxiliij.
Indigere celeritatis. In Oratio. Hoc bellum indiget
celeritatis.
Indigere ope. Plin. Quam ope earum indigeret. Verg.
Haud opis indiga nostra.
Indigere patris. In And. Quid mi pater? quasi tu hu-
ius indigas patris.
Indigere pecunia. Valer. Maxi. lib. 7. Malo uirum pe-
cunia, quam pecuniam uiro indigentem.
Indigere praesidio. Plin. impersonali usus est. Nunquam
confpectis nisi cum praesidio earum indigetur.
Indigere rerum omnium. In Cistel. Nostra copia nihil
potesse, si quis omnium rerum nos indigere.
Indigere sermonis. In R. u. Sermonis sui sum indigens.

E M O.

Emere, præter accusatiuum regit quoque genitiuum
adiecit iuui pretium significantis, uel ablatiuum sub-
stantini pretialis.
Emere argento. In Asin. Tibi eme hunc isto argento.
Emere aliquem dicto audientem. In Men. Dicto me e-
mit audientem, haud imperatorem sibi.
Emere die cæca. Plaut. Emere die cæca berclè oliuum,
id uendito oculata die, id est, quod nocte furatus es,
id die uendito.

Emere

OBSERVATIONES.

Emere ædes. In Mostel. Causa ne illi obiectes nunc in
ægritudine te has emisse, id est, emptionis pœnitere.
Emere fide bona aliquid, in Mostel.
Emere litigium, liibus gaudere. In Amph. Noui te
hominem molestem, quie emas litigium.
Emere minoris. Meum emi librum minoris, quād tu
tuū: uel, minore pretio.
Emere nuce uitiosa. Adag. Vitiosa nuce non emam, id
est, ne minimo quidem.
Emere pretio. In Adelp. Ego ſhem pretio non emo.
Emere ſentētias. In Orati. Oppianicum iudici ad emē
das ſententias dediffe pecuniam, iudicatum est.
Emere talento. In Trin. Talento inimicum uibi emi,
amicum uendidi, id est, me inimicum feci dando pecu-
niam mutuo.
Emere tanti, quanti. Offic. 3. Emit homo cubitos tan-
ti, quanti Pythius uoluit.
Emere tempus. Ascon. Tempus emisse, id est, temporis
dilationem.
Emere uitium annum, barb. expensas emere.
Emere uilius. Inepte, φ meliore uel φ minore pretio.
Emere ab. Ascon. Ut nihil nego donari sibi uoluerit,
neg ab hafte emerit. In Orato. Ex his princeps emi-
tur ab inimicis meis.
Emere de. In Cur. De illo emi uirginem triginta mi-
nis. In Cap. Emit hocce de præda, ambos de queſto-
ribus. In Ora. De lapide emptos Tribunos, &c.
Emere in diem aliquid, est emere non præſenti pecu-
nia, ſed certo ſolutionis die. Att. Quum illa fundum
ſecunda fortuna emiſſet in diem.
Emere bene. Atti. Tantum, quod ea emptione & nos
bene emisse iudicati ſumus.

T 3

Emere

LATINI SERMONIS

Emerere salubriter. Plin. Si prædiolum istud, quo commendatur istis dotibus tā salubriter emerit, ut penitentiae locum non relinquat.

Adimerere animam, occidere. In Trin. Adimit animā mibi ægritudo. In Mil. Improbi & scelesti ijs adimerent animam cito.

Adimerere caussam. In Hecy. Ademptam quoq; banc tibi caussam uides. In And. Vbi ea caussa quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.

Adimerere ciuitatem. In Orati. Et si semel ciuitas adi mi potest.

Adimerere consuetudinem. In Phor. Dum expecto quā mox ueniat, qui adimat banc mibi consuetudinem.

Adimerere curam alicui. In Hecy. Quot cōmodas res attuli? quot autem ademi curas? In Phorm. Et Pherdriæ curam adimerere argentariam.

Adimit diem nox. In Capt. Si ego item memorē, que erga me multa fecisti bene, nox diem adimat, id est, non sufficeret dies.

Adimerere ægritudinem alicui. In Heaut. Aut illud falso sum est, quod uulgò audio dici, diem adimerere ægritudinem hominibus.

Adimerere facultatem. Attic. Nisi mibi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum maximè huius generis facultatem ademisset.

Adimerere formā alicui, extinguere formā. In Amph. Vbi hodie mibi formam adimis, pergo querere.

Adimerere gladium alicui, in Casm.

Adimerere ius. Plin. Epulandi, decantandiq; ius tibicinibus in publico ademit.

Adimerere mentem: uide, Adimerere facultatem. (mā.

Adimerere metū. In And. Ut metū in quo nunc est, adi-

Adimit

OBSERVATIONES.

Adimit mors aliquid alicui. In Andria: Hanc, nīse mors, mibi adimet nemo.

Adimerere nomē alicui. In Epid. Cani quoq; ademptum est nomen.

Adimerere potestatem. In Orationib. Cur his non modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem?

Adimerere recusationem. In Orat. Adimerere, inquit, omnem recusationem Crosso uolui.

Adimerere soccos alicui. In Epid. Soccos iusfi adimerere pedibus.

Adimerere somnum. Attic. Ita me pupugit, ut somnum mibi ademerit.

Adimerere spem. In Aul. Ita postq; adempta spes est.

Adimerere spolia. In Amph. Regem mactauit Pterela, spolia ademi, & pateram.

Adimerere suum alteri. In Trin. Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.

Adimerere de. In Famil. Curasti enim ut plus additum ad memoriā nominis nostri, quam ademptum de fortuna uideretur.

Coemere, simul emere. In Adelph. Coemisse hinc, quæ illuc uehères, multa.

DEMERE, inter simplicia posuimus in litera D, ne ruidoribus in querendo negotium facefferemus.

Dirimere diuidere, separare.

Dirimere actionem. Plin. Actionem meam, ut prælia soler, diremit, id est, interruptit, & in aliud diem reiecit eius exitum.

Dirimi auspicia dicuntur, quum rata esse nequeunt.

Plinius libro 8. Soricum occentu dirimi auspicia,

annales refertos habemus.

T 3 Diri-

LATINI SERMONIS

Dirimere charitatem. Cic. de Amic. Ex ea charitate, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi, nisi destabilis celere, non potest.
Dirimere coniunctionem cum aliquo. In Fam. Ego autem ciuitas cum eo, qui tuas inimicitias suscepisse, ueterem coniunctionem diremisse, quam nouam conciliasse.
Dirimere consilium. Salust. Eares consilium diremit, id est, impedijt cur consilium non fieret.
Dirimere controverson, dijudicare. Ouid: Res est arbitrio non dirimenda meo.
Dirimere litem, decidere. Cic. & Horatius: Nil agit exemplum, quod litem lite diremit.
Dirimuntur oppida unius diei itinere, id est, alterum ab altero distat. Plinius: Item in Paneg. Diremptam mari gentem.
Dirimere pacem. Cic. in Oration. Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremis? id est, ne fieret pax, uetus.
Dirimere prælium. Cæs. Quod nisi nox prælum diremisset. In Amphit. Sed prælum id tandem diremit nox interuentu suo. Verg. Et prælia usque diremit.
Dirimere rixam. In Amph. Rixam tamen, ut potest, dirimam.
Dirimere sententias. Plin. Lex non aperte docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis?
Dirimere societatem. In Oratio. Hanc iucundissimam uitæ atq; officiorū omnium societatem certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremunt.
Dirimere tempus. In Philo. Pulmo incisus, etiam in bonis extis, dirimat tempus, & proferat diem?
Eximere, auferre. Plin. Adnotauit, que commutanda, quæ eximenda arbitrarer.
Eximere aliquem alicunde, liberare. In Andria: Si re

inde

OBSERVATIONES.

Inde exemerim, ego pro te molam.
Eximere curam. In Casin. Curam erue, curam exime.
Eximere diem. Attic. Si sibi cum populo dies agendi essent exempti, id est, adempti. Aeneid. 9. Nulla dies unquam memori uos eximet æuo, id est, uestrinun quani erit obliuio.
Eximere diem dicendo, transfigere. Att. Diem dico do eximere coepit.
Eximitur dies me gaudente. i. præterit dies, Plin.
Eximere honoribus, priuare. Idem: Quod enim miserius, quam exactum & exemptum honoribus senatorijs, laboribus & molestia non carere?
Eximere lapides, saxa, eruere, effodere. In Capt. Interdum sub terra lapides eximet. Vitruvius: Ea saxa non hyeme, sed aestate eximantur.
Eximere laſitudinem. In Mercat. Nunquam ad epol omnes balneæ mibi hanc laſitudinem eximent.
Eximere metu. In Rud. Exime hoc miseram metu.
Eximere nomen de tabulis, idem quod eximere aliquæ ex reo. In Oration. Quum ille confirmaret se se nomen Sex. Roſej de tabulis exempturum, id est, deleturum. Reorum autem nomina in tabulis publicis scribi solebant.
Eximere periculo aliquæ, liberare. Vergilius: Varijs exempta periclis.
Eximere pretio. In Merc. Eximam mulierem pretio.
Eximere saxa: uide, eximere lapides.
Eximo inde librum scalpro. i. aufer, detrahe, Cato.
Eximere scrupulum alicui. Plinius: Exime hunc mibi scrupulum.
Eximere tempus studij. Idem: In secessu solum balnei tempus studij eximebatur.

T 4 Exi-

LATINI SERMONIS

Eximere uinculis. Plinius: Si uos eximat uinculis.
Idem: Nos amor liberalitatis communibus auaricie uinculis eximebat.
Eximere de, uel ex reis aliquem. In Orationib. Condemnare Diodorum non audet, absentem de reis eximit. Ibidem: Ne tu eximere ex reo, si ego non affluisse ad diem.
Eximere de proscriptis, cum superiori idem. Attic. Gelliū Canium de proscriptorum numero excusasse.
Eximere ex cruciatu. In Epid. Si undecim deos praeter se secum adducat Iupiter, ita non omnes poterunt ex cruciatu eximere Epidicum.
Eximere ex manu. In Aulula. Exemi ex manu manubrium.
Eximere ex miserijs. In Capt. Ex miserijs plurimis me exemerunt.
Eximere sub terra lapides: uide, eximere lapides.
INTEximere, occidere. In Heaut. Si meum imperium exequi uoluisses, interemptam oportuit. In Cäsina: Accurrite, ne se interimat.
Interimit hęc me modo oratio. i.enecat, in Mercat.
Interimere uitam. In Epid. Vitam tuā ego interimam. In Cäsina. Interimere, ait, uelle se uitam.
PER Imere, interficere. In Men. Hunc perimam impurissimum barbatum.
REDIImere agrum, domum, bona uendita, &c. recuperare. In Oratio. Ne is redimeret, cui a res est. Idē: Re uiliissima & parua maximam redemit.
Redimere aliquem, ex hostiis manibus pretio soluto liberare. In Eunu. Quid agas, nisi ut te redimas captum & queas minimo: si nequeas paululo, et quanti queas. In Asin. Redime isthac beneficio te ab hoc.

Redi-

OBSERVATIONES.

Redimere aliquem uel aliquid, est defendendum suscipere. In Oration. Si opus pupillo redimeretur, sibi nullam prædam esse uidet, id est, conduceretur. Idem: Qui istum eripiendum redemerunt, id est, procurationem suscepereunt. Curtius: Lactura, quicquid seruari potest, redimit.
Redimere captum: uide, redimere aliquem.
Redimere culpam præteritam, est egregio facto compensare. In Famil. Non enim præteritam culpam uideri uolo redemisse.
Redimere facinus, flagitium, Salustius.
Redimere famam, reparare. Martialis: Nolo uirum facili redimat qui sanguine famam.
Redimere lites. In Oration. Societatis, non suas lites redemit, quum fundum à Flavio accepit.
Redimere merces, emere. Cic. Qui merces redimunt, ut statim uendant. Redimere opus, diximus.
Redimere pacē. Cæsar: Se ne ob sidibus quidem datis pacem Ariouis fit redimere potuisse.
Redimere paruo.
Redimere sc̄. Habes utrumq; epud, redimere aliquem.
Redimere sacramentum. Cæsar: Transmarina militia per territos ad sacramenti redemptionem uocabat, id est, ut pecunia liberarent se à sacramento militari.
Redimere studia literarum, ab interitu vindicare.
Redimere tempus, est melius collocare, quod hactenus malis studijs tritum est.
Redimere uestem. In Men. Ego tibi redimam his tanto pluris pallam.
Redigere uectigalia. Cæs. Omnia Heduorum uectigalia paruo pretio redempta habere, id est, conducta.

T S Redi-

LATINI SERMONIS

Redimere aliquem a morte, a uitijs.
Redimere iuuentutem ab agrestibus moribus.
Redimere aliquem e carcere.

E O.

Ire bigis, uehi bigis. *Ire comes.* Aeneid. 2. Nec nate
tibi comes ire recuso. *Quis ibit mihi comes?*
It dies, transit. In Rud. Verba facimus, it dies. In Ca-
sina: Noſtro omne it dies iam. i. noſtro uoto.
Ire domū. In Rud. Ea uidit ire ludo fidicinio domū.
Ire eques. *Ire equo, equitare.*
Ire exequias alicui. Terent. Exequias Obremeti, qui-
bus est commodum, ire iam tempus est, id est, tempus
eundi ad exequias eius.
It flumen, fluit. Metam. 1. Flumina iam lactis, iam flu-
mina neclaris ibant.
Ire gradibus grandibus. In Epid. Ut tu is gradibus
grandibus.
Ire gradu suspenso, digitis pedum ingredi. In Phor.
Ad foras suspenso gradu ire perrexii.
Ire inficias, negare. In Adel. Si inficias ibit, tellis me-
cum est annulus. Ibidem: Ille inficias ibit, sat scio.
Ire iter constitutum. Cæſar: Cæſar iter constitutum
ire contendit.
Ire itineribus alicuius. Atticus: Patiamur illum ire
noſtris itineribus. It lucrum ad me, Plaut. in Poen.
Ire nauī, nauigio. Aeneidos 10. Tot lecti proceres ter-
dens nauibus ibant.
Ibit in secula nomen tuum, id est, perpetua tui erit
memoria, Plinius.
Ire numero aequato, pares ire. Aeneid. 7. Ibant aequo-
to numero.
Ire pede incerto, bene potis quadrat.

Ire

OBSERVATIONES.

Ire pedes, pedester. Aeneid. 10. Pedes apparat ire.
Ire pedibus, Pleonasmus est. In Sticho: Pedibus ire no
queo.
*Ire pedibus in sententiam, suffragari, sententia sub-
scribere.* Liuius: In dexteram partem pedibus trans-
site. Quintilian. Manibus pedibusq; imus in senten-
tiam necessitatis. *Ire rus.*
Ire suppetias. Cæſar: Suppetias ire contendit.
I sagitta, pro uolat, Poeticum. Metam. 8. Quantum
simil ire sagitta Missa potest.
Ire ueha, uehiculo ferri. *Ire via publica,* Adag.
Ire uiuam rectam. Plaut. Rectam is leno uiuam.
Ire uifere. In Phorm. Vultis' ne eamus uifere? In Hecy-
ra: Noſtra illicit uifere ad eam.
Ire ad aliquem. In Andr. Ad te ibam. Ibidem: Ibo ad
eum. In Phorm. Quid ad me ibatis? In And. Itur ad
me, id est, uenitur, impersonaliter.
Ire ad arma. In Famil. Postea quam itum est ad arma.
Ire ad aſtra, est deum, ſeu celebrem fieri. Vergil. Ma-
de noua uirtute puer, ſic itur ad aſtra.
Ire ad coenam. In Eunu. Eamus ergo ad coenam.
Ire ad coruos, male precantis, Adagium.
Ire ad matrem uirginis, pro uenire. In Adel. Quæſo
ut una mecum ad matrem uirginis eas.
Ire ad ſacculum. Plaut. Vel extra portam ire terge-
minam ad ſacculum licet. i. emendicare.
Ire ad ſagam. In Oratio. Propter cuius periculum ad
ſagam iſſemus. i. ad ueneficam, praſagam.
Ire ad tonsorem. In Asin. Ad tonsorem ire dixit.
Ire ante, uel anteire. In And. Id te oro, ut antè eamus,
dum tempus datur. i. præoccupemus.
Ire cum onere, id eſe, onustura. In Amphit. Vix incedo
i manu.

LATINI SERMONIS

inanis, ne ire posse cum onere existimes.

*Ire in aliquem, est eius mores & uitam sectari. Aen.
9. de Nyso & Euryalo: Ibat in Euryalum.*

*Ire in aliquem, pro aduersari. Atticus: Evidem an-
tequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebam.
Salust. Quantis animis ierit in L. Quintium, uidi-
sti, id est, quantus aduersus extiterit.*

*Ire in alia omnia, est contra sentire. In Famil. Fre-
quentes ierunt in alia omnia, id est, diffensere.*

Ire in amplexus, Metamor. II.

Ire in auras, disperire, euane scere, Aeneidos 5.

*Ire in consilium, iudicare. In Oration. Cum his iudici-
bus de te in consilium iturum putas.*

Ire in malam crucem, est in exitium ire. In Asin. In

Ire in derisum. (crucem).

*Ire in duplum, In Oration. Ut si iudicatum negaret,
in duplum iret. Ire in exemplum.*

Ire in ius. Plin. Ne quis ad eam in ius iree. Terentius:

In ius eamus. Attic. In ius de sua re nunquam ijt.

*Ire in lachrymas, Poëticum. Aeneid. 4. Ire iterum in
lachrymas.*

*Ire in matrimoniu. In Trin. Fieri non potest, ut eam
perpetiar ire in matrimonium sine dote.*

*Ire in neruum, est in vincula coniæti. Terent. in Hecy.
In neruum potius ibit. i. omnes perferet cruciatus.*

*Ire in nomen alicuius: ut, Ire in nomen patris. Infantes
abeunt in nomina diuûm. Ire in obliuionem.*

Ire in otium. In Fam. In summum otium te ire arbitrabar.

*Ire in opus alienum. In Mil. Stultitia magna, mētre
in opus alienum.*

Ire in poenas, punire. Metam. 5. Ibimus in poenas.

*Ire in possessionem. In Oration. Dicebat iste, nisi cum
mulie-*

OBSERVATIONES.

muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum.

Ire in proverbiū.

Ire in malam rem. In Poén. I in malam rem.

*Ire in sententiam. Liuius: Omnes in eam sententiam
ierunt. In Famil. Perspiciebant enim in Hortensi
sententiam multis partibus plures ituros.*

*Ire in uitam. Eunuch. Haud conuenit una ire amicam
cum imperatore in uitam.*

*Ire in uigiliam. Plaut. Noctu in uigiliā quando ibat
miles, tū tu ibas simul. Ire per deuia, est aberrare.*

*Ire per extensem funem, est rem difficilem præstare,
Proverb.*

Ire post deos alienos, frequens est in sacris literis.

Irepræ, præire. In And. Ipræ, sequar.

Ire sub umbras, præ mori, Poëticum.

*Ire aduersæ uel aduersum, est ire obuiam. In Adelp.
Neq; seruulorum quisquam qui aduersum ierant.*

*Ire aliquò. Terent. Mane scio, isthuc ibam, id est, hoc
nunc uolebam dicere.*

*Ire hinc, discedere. In Amp. Mibi necesse est ire hinc.
Eò hic, uenio, in Ampb.*

Ire obuiam. In Ampb. Ibo ego illi obuiam.

Ire prorsus. i. rectè, prosperè. Att. Prorsus ibat res.

*Ire quò. Terent. I tu hinc quò dignus es. In Aulu.
Nunc quò profectus sum, ibo. i. quò ire decreueram.*

*Ire quorsum. Ter. Nesciebam quorsum tu ires, id est,
quò tenderet oratio tua. Ire retro, retrogredi.*

Ire cum priori supino, motum notat.

*Ire accersum, alloquitum, calefactum, coenatum, co-
meatum, consultum male aliquem, contemptum, con-
uentum, cubitum, datum operam amico, deambulatum,
depresso, desertum, dormitum, habitum honorem,
oblitum,*

LATINI SERMONIS

oblitum, opitulatum, oppugnatum, pessum, prunsum,
 quæsitum, rogatum, salutatum deos, uenatum, ue-
 num, &c.
 Abire aliquid. In An. Mirabar hoc si sic abiret.
 Abire consulatu, hoc officio defungi. Attic. Qua cu
 abiens consolatu sum domum reductus.
 Abire contentum.
 Abire deambulatum, in Fleautont.
 Abire domo. In Eunu. Sufpicor aliquid domo abeu-
 tem abstulisse.
 Abire excusatum. Horatius. Multa quidem dixi, cur
 excusatus abirem.
 Abire exulatū. In Mer. Si opprimit pater, quod di-
 xit exulatū abijt salus. i. de salute mea actum est.
 Abire honore, abdicari, Suetonius.
 Abijt bona. In Eunu. Dum hæc dicit, abijt bona.
 Abire indictus. Aeneid. 7. Nec carminibus nostris
 indictus abibis.
 Abire magistratu. In Fam. Atq abeuntē magistra-
 tu, concionis habendæ potestate priuauit.
 Abierunt menses decem, in Adelp.
 Abire naufemam. Attic. Nausea iam planè abijt.
 Abire periturus, uisurus, auditurus. Aeneid. s. Peri-
 turus abis.
 Abire pessum. Plaut. Ne pessum abeat, id est, perdi-
 tum. In Truc. Abijt rete pessum. i. in fundum.
 Abire pestilentiam. In Famil. De loco nunc quidem
 abijt pestilentia.
 Abit sol. Merc. Solabit, id est, adueſſerſcit.
 Abi tu superior, id est, ascende, summo loco accumbe,
 in Sticho.
 Abire tempus. In Onatio. Abijt illud tempus, muta-
 ta

OBSERVATIONES.

ta ratio est. In Famil. Illa mea abierunt.
 Abire uiam suam. In Rud. Tu abi tacitus tua uiam.
 Abire urbe. In Merc. Si hac urbe abis.
 Abire ab aliquo. In Capt. Abeo ab illis, postquam ui
 deo mesic ludificarier. In Aul. Abijt hinc a me.
 Abire ab ædibus. In Men. Abi tu ab ædibus.
 Abire ab iudicio. In Onatio. Nunquid cauſare, quin
 ab iudicio abeas turpisimè uictus?
 Abire ab iure. In Onati. De suis bonis ita dat ut ab
 iure non abeat, id est, ut contra ius non faciat.
 Abire ab oculis. In Truc. Abite ab oculis, id est, uos
 hinc amolimini.
 Abire ad aliquem. In Poen. Iube hanc abire ad te.
 Abire ad legiones. i. in militiam, Plaut.
 Abire ad mercatū. In Men. Cum patre ut abij olim
 Tarentum ad mercatum. (Adag.
 Abire ad restim. Ter. Ad restim res abijt. i. periijt,
 Abire de loco pestilentiam: Vide, abire pestilentiam.
 Abire è conspectu. In Amph. Abin è conspectu meo?
 Abire è medio; abernare, uel mori. Teren. Ea mortem
 obijt, è medio abijt.
 Abire è uita. In Philo. Cato autem sic abijt è uita.
 Abire ex matrimonio, diuortiū facere. In Mil. Quasi
 istius causa amoris ex hoc matrimonio abierim.
 Abire in abusu. Res Christiana uulgo, abit in abusu.
 Abire in angulū. In Adel. In angulum aliquo abeam.
 Abire in barbariem. Ablatis literis Repub. in bar
 bariem abibit.
 Abire in brutum, imitari. Abire in consuetudinem.
 Abire in malā crucē. Ter. Abi hinc in malā crucē.
 Abire in malum cruciatum. In Aulul. Abi in malū
 cruciatum ab ædibus.

Abire

LATINI SERMONIS

Abire animum in uarios cursus dicimus, dum diuersa cogitat. Aeneid. 9.
Abire in diem. Ter. *Præsens quod fuerat malum, in diem abiit.*
Abire in faciem alicuius, est ipsius habitum induere.
 Metam. 11. *Abire in feram, uerti.*
Abire in flamas, incendio uel amore nimio perire.
 Metam. 1. *Sic deus in flamas abiit, id est, amore captus est.*
Abire rem infumum & cinerē dicimus, cū perdite cōsumitur. Huic res omnis in fumum & cinerem abiit.
Abire in monachum, in morem.
Abire in obliuionem. Commodum literarum iam ferè in obliuionem abiit.
Abire in malam pēstem. Cic. *Quin tu abis in malam pēstem?* *Abire in præceps, pro perdi.* Salu. Luxuria atq; inopia in præceps abierat.
Abire in malam rem.
Abire in sacrificium, reddi.
Abire in sumptū. Attic. *In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum?*
Abeunt uestes in uillos, id est, uertuntur. Metam. 1.
In uillos abeunt uestes, in crux lacertos.
Abire in uirum, est uiri robur & animum inducere.
Abire in uirū doctum, est talē effici. *Abire in usum.*
Abire præ. In Amph. *Abi præ Sosia, iā ego sequar.*
Abire hinc. Ter. *Malam rem hinc abis?* In Rud. *Sine me hinc abire.* In Aul. *Abiit hinc à me.*
Abire inde. In Eunuch. *Cum inde abeo, iam tum incepit turba inter eos.* *Abire intro.* In Eunuch. *Ego abeo intro.* Item: *Abeamus intro.*
Abire istboc. In Adel. *Nimium istboc abiisti.*

Abire

OBSERVATIONES.

Abire longius. In Adel. Rogat frater, ne abeas longius.
Abire peregrinè, est proficiisci. (gius.)
Abire quod. In Heaut. Quo ego hinc abeam?
Abire absoluē. In Adel. Si pergis abiero.
Adire aliquem. Terent. Sed quid cessas hominem adire? Vergil. Nec quisquam ex agmine tanto audit adire uirum.
Adire capitis periculū. In And. Capitis periculum adire, dum proxim tibi.
Adire discrimē. Plin. Ex periculo eius tantū discrimen adierūt, quantū ex salute gloriæ consequentur.
Adire hæreditatem. In Oratio. Cum ipse patris hæreditatem non adiesset, id est, hæritario iure non cepisset. Plin. Rogauit enim testamento, ut hæreditatem suam adire.
Adire manum alicui. In Poen. Eo pacto auaræ Veneti pulchre adij manum. Interpres expedit addidi.
In Aul. Ita illis impuris omnibus adij manum.
Adire mortis periculum. In Oratio. Nullum periculum mortis adiit.
Adire periculum. In And. Satis pericli coepit adire.
 Plin. Literæ ipse omnesq; bonæ artes in uno homine summum periculum adire uidentur, id est, in summo periculo esse unius hominis causa.
Adire postulatū. In Eac. Cū patrē ad eas postulatū.
Adire prior. In Phorm. Nunc prior adiutoriu.
Adire blādis uerbis. In Pseu. Satius est adire blandis uerbis.
Adire ad aliquē. In And. Adeon' ad eū? Liu. Scriba ad tribunos plebis adiit. In Orati. Hæredes adiunt ad Verrem.
Adire ad causas. In Oratio. Tunc primum nos ad causas

K causas

LATINI SERMONIS

causas priuatas & publicas adire coepimus.
 Adire ad aedes, ad fores, ad lacū, &c. Plaut. Linius.
 Adire ad hominē. In Bacch. Nūc est mihi adeundi ad
 hominem tempus. In Men. Adibo ad hominem.
 Aditum est ad fibros Sibyllinos.
 Adire ad multerem, In Casin.
 Adire ad pactionem, pacisci. In Aul. Vult, scio, me-
 cum adire ad pactionem.
 Adire ad pretorem. In Oratio. Quum ad prætorem
 in ius adiessimus.
 Adire ad Rempub. Ibidem: Mentes eorum qui ad
 Rempub. adeunt, maxime perspiciunt.
 Adire de. In Heey. Adij te heri de filia.
 Adire contrā. i. cbuiā. In Bacch. Is est, adibo cōtrā.
 Adire huc. In Truc. Adibuc modō.
 Adire rectā. In Pseud. Adit ad me rectā.
 Adire uicissim. In Asin. Adi ad me uicissim.
 AMBire, circundare. Vergil. Quæ rapidus flammis
 ambit torrentibus annis.
 Ambire magistratum. Plau. Quasi magistratum sibi
 alteri ue ambiuerit, id est, cupiuerit.
 Ambire palman. Idem: Siue qui ambisset palman hi-
 sterioribus.
 Abire per aliquem. Ibidem: Siue qui ipse ambisset, si-
 ue per internuncium.
 ANTEire, præcedere. Terent. Id te oro, ut antea-
 mus, dum tempus datur. Anteire eruditione.
 Anteire etate. In Philo. Qui hos etate anteibat.
 Anteire gloria. Salust. Et cum omnes gloria ante-
 ret, omnibus charus erat.
 Anteire intelligentia. In Orato. Qui intelligentia
 omnes anteibant.

Antei-

OBSERVATIONES.

Anteire patientia. Plaut. Sed Campas genus multo
 Syrorum iam anteit patientia.
 Anteire sapientia. Teren. Incredibile est, quanto he-
 rum anteo sapientia.
 Anteire uirtute. De Offic. Qui anteire cæteros uir-
 tute putantur. Vel sicut Plaut. Virtus omnibus re-
 bus anteit profecto.
 COIRE, nunc simul uenire, nunc rem Venereum exer-
 cere dicitur. Offic. 3. Ne coiret instituit.
 Coire cicatricem, consolidari. In Amph. Ut primū
 coiuit cicatrix rufula, sublurida.
 Coire milites, pro congregati uel conuenire.
 Coire societatem ad. Martianus: Qui societatem coi-
 erit ad obligationem innocentium.
 Coire societatem cum aliquo. In Oratio. Utinam Cn.
 Pompeij cum Cœfare societatem aut nunquam co-
 ifses, aut nunquam decreuifses. Ibidem: Auaritiam
 præfers, qui societate coieris de municipijs cognati-
 q̄ fortunis cum alienissimo.
 Coire de. Ibidem: Collegia quæ coēant de hominum
 locupletissimorum bonis, præda præsertim popula-
 ri, & be largitionis oblate, id est, qui in abdito con-
 filia agitent de euertendis diuitum fortunis.
 Coire in accusationem alicuius. Iustin. Poena legis
 Cornelie teneri iubentur, qui in accusationem inno-
 centum coierint.
 Coire in foedera. Aened. II. Coēant in foedera dex-
 tra. Quæ datur.
 Coire in lites, consultare de causis agendis. Plinius:
 Questus est uenire aduocationes, uenire etiā pre-
 varicationes, in lites coiri. Coimus in porticu
 Liuiae, id est, uenimus simul.

V 2 Coire

LATINI SERMONIS

- Cōire in Pyreo.** In Eunuc. Heri aliquot adolescentū li cōimus in Pyreo.
- Cōire inter se.** Cesar: Reliqui cōēunt inter se.
- EXIRE, egredi.** In Adel. Vt nequa exeat. Ibidem: Exitum hunc nolle, id est, uellem non exīsse.
- Exit animus etate.** In Merc. Animus ephēbis etate exīst.
- Exire annum.** In Phil. Quinto autem anno exeunte, cū effēt̄ib̄es ex illo somnio, id est, uertente anno.
- Exire ēre alieno.** In Orat. O hominem ridiculum, qui se exire ēre alieno putaret posse, cū uenderet aliena, id est, debitū liberari.
- Exire limen.** Terent. Cūm limen exirem.
- Exire nomen.** In Oratio. Cuius nomen exīset.
- Exire sortem.** Attic. Dum de consularibus mea prima fōrs exīset.
- Exire ab aliquo.** Terent. A me nescio quis exit? Item: Sed meum uirum abs te exire video, id est, extua, mea domo.
- Exire à patria.** In Orationib.
- Exire ad aliquem.** In Bacch. Mane parumper, dum iā ad te exeo.
- Exire ad cōlum.** In Georg. Exīst ad cōlum ramis felicibus arbos.
- Exire de finibus.** Cœf. Ciuitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copijs exirent.
- Exire de potestate,** est mentis impotem fieri. In Tuscul. Imitos propriè dicimus exīsse de potestate.
- Exire de uita.** De Offic. Quem sūit aquius ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita.
- Exire ē finibus.** Cœf. Conātur, ut ē finib. suis exēant.
- Exire ē miserijs,** id est, liberari. Cicero. Ut tandem ē

tot

OBSERVATIONES

- tot miserijs atq; ērūnijs exiremus.
- Exire ē patritijs.** In Orat. Sed ut ē patritijs exeat.
- Exire ē uita.** In Philos. Acquo animo ē uita, cūm ea non placeat, tanquam ē theatrō exēamus.
- Exire ex urbe.** In Amph. Exire ex urbe, priusquam luceſcat, uolo.
- Exire in colonias.** De Offic. In alias domos, tanquam in colonias, exēunt.
- Exire in diem.** Plinius: In tertium diem probationes exierunt, id est, dilatē sunt.
- Exire in fabulam.** Quintil. Si bistoricus narret fabulam eleganter, exit in fabellam. i.efficitur fabula.
- Exire in mediū.** Plaut. Vt riq; imperatores in medium exierunt.
- Exire in rigorem,** id est, fit uel efficitur rigor. Plin. libro 7. Exit bic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatemq; naturæ duram.
- Exire in solitudinem.** De Offic. Exīsse in solitudinem, atq; ibi sedentem diu secum multumq; dubitasse.
- Exire in uulgas.** Sueton. Quod ante paucos dies exīret in uulgas.
- Exire foras.** In Casin. Exitur foras.
- INIRE adolescentiam,** id est, incipere. In Orationib. Qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedisse. De Senect. Studia sunt ineuntis adolescentiæ. Capitur intransiūtē, ubi tempus determinat. Inire amicitiam.
- Inire annum.** Hutton. Hoc nouo ineunte anno.
- Inire bellum.** In Truc. Quanquam hic horridus citus bellum init.
- Inire beneficium uerbis.** In And. Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobēs.

V 5

Inire

LATINI SERMONIS

Inire benevolentiam.
Inire castra alicuius. i. ingredi. In Orat. Ne quis suorum ciuium castra imperatorum pop. Rom. initret.
Inire certamen, congreedi cum aliquo. In Philos. Sed ne magnum & difficile certamen initur.
Inire consilium. Liuius: Consilia inire cum genero coepit. Cæs. Vnū cum Ambiorige consilium initierat. In Oratio. Initæ sunt in hac ciuitate consilia, iudices, urbis delende. Item: Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia initrentur.
Inire consularum. Liuius: Consulatum ineunt.
Inire conuiuum. In Oratio. Quo cum inire conuiuum nemo unquam. nisi turpis impurusq; voluisse. Item: Conuiua cum patre non initbat, id est, pater eum mensa non communicabat.
Inire domum, ingredi. In Casin. Videbo id, priusquam ineam domum. In Oratio. Tu illius domum inire, tu uetus hospitium renouare uoluisti.
Inire epulas. In Philo. Sequelabantur epule, quas inibat parentes coronati.
Inire equam: uide, inire matrem.
Inire etatem. In Orat. Illud tenebriscosissimum tempus ineuntis etatis tua latere patiar. Item: Quibus ille studijs ab ineunte etate se imbuerat. De Amic. Si quid ineunte etate uenandi, aut pilæ studiosi fuerint.
Inire foodus.
Iniit te unquam febris, id est, acceſſit, Plautus.
Inire gratiam alicuius, mereri gratiam. In Adelph. Ego lepidus ineo gratiam. In Heaut. Cau ne falsam gratiam studeas inire.
Inire gratiam ab aliquo. In Cistel. Et eo à me maximam iniſtis gratiam. In Eunu. Ab eo gratiam banc,

quā

OBSERVATIONES.

quam uideo uelle, inibo. Cæs. Qui se summam à Cæſare gratiam inituros putarent.
Inire bonorem, pro fuscipere. Initio honore instituit, ut, Gc.
Inire Ianuarium. In Famili. Ianuario ineunte, ut constitueristi, cum ut Romæ sis.
Inire inducas. Plin. Ac ne inducas quidē, nisi æquis conditioribus, inibant. Inire luctam.
Inire magistratum, est magistratum auſpicari. Att. Qui magistratum simūl cum lege Cælia initit.
Inire matrem, dicitur cum à brutis generationi opena datur. Cato: Et coëgisset matrem inire. Plin. Astini, qui equas ineant, optimi legendi sunt.
Inire mensem: uide, inire Ianuarium.
Inire numerum, numerare. Liu. Numerus interfectorum hanc facile iniri potuit. Cæs. Numerusq; inibatur. Inire pacem. (inire pastum)
Inire pastum. In Persa: Emitte sodes, ne enecet famæ,
Inire periculum, adire. In Philo. Cum pericula præliorum iniret audaciūs.
Inire prælium. Salust. Forti atq; parato animo sitis, prælium cum inibitis.
Inire pueritiam. Cic. in Fam. Ab ineunte pueritiatua.
Inire pugna. Liu. Tentata uerius pugna, q̄ initia est.
Inire rationem, consilium, capere. Att. Sed tamen ratio ædificandi initur. Cæs. Chi rei ferretur auxiliū, uix ratio iniri posset, id est, deliberari. Terentius: Ratio de integro ineunda est mibi.
Inire rationem, computare. Cato: Rationem inire oportet operarum dierum.
Inire sacerdotiū. In Oratio. Huic nouo pontifici primâ banc post sacerdotiū initum religionē instituti.

V 4 Inire

LATINI SERMONIS

Inire societatem cum aliquo. In Oration. Parum uidetur omnium faciōrum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri.
Inire somnum. Aelgai. Sæpè leui somnum suadebit inire susurro.
Inire suffragium. est ire in suffragia. In Oratio. Contrā iniſe ſe ſuffragium conſiteatur.
Inire reuocatia, ingredi. Plin. in Paneg. Non tibi mortis tua inire tētoria, niſi cōmilitonū antē intrafles.
Inire thalamum eundem, concubere, condormire,
Metamorph. 10.
Inire uaccam: uide, inire matrem.
Ineunte uere, Cic. de Senect.
Inire uigiliam ſecundam, tertiam, incipere. Cæſar:
 Secunda inita cùm ſaluiffet uigilia, ſilentio exercitum eduxit, id est, incepta.
Inire urbē, ingredi. Liu. Ut ouās ſine militibus urbem iniret. Idē: Triūphantēs cū exercitu urbē inierunt.
Inire cum ratione aliquid, cſtimare. In Phorm. Heccum ratione ineas, quam ſint ſuauid, C̄ q̄ carafint.
INTERire, funditus perire. In Hecyra: Interij.
Interire beneficium. Plaut. Maloſi beneficias, id beneficium interit.
Interire datum. Attic. Cumq; in quod dabitur, non effet interiturum.
Interire leges. In Orat. Siue interitu legū reliquārū.
Interire literas. Attic. Reſ dignæ literis noſtris, ſed non committendæ eiufmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi poſſint.
Interire ordines. Salust. Cuius in urbem reditu, decus atq; ordines omnes interierunt.
Interire uſum rei. Cæſ. Suorum tormentorum uſum interi-

OBSERVATIONES.

interire, id est, tormenta nulli uisiu effe.
Interire in nihilum. In Thibl. Eoꝝ etiam interire, non in nihilum, ſed in suas partes.
Interire ſine dolore. Attic. Ut poſſe uideremur ſine dolore interire.
INTRARE ædem. Sueton. Aedem Serapidis, ſubmotis omnibus, ſolus intraveret.
Intrare fissum. Cato: Quia fissuram intrat.
Intrare in ædem. Cic. Sic Capitolium intrare.
Intrare in familiaritatem. Si quem es nactus, qui in tuam familiaritatē penitus intrārit; id est, quo familiarifimē utaris.
Intrare in iſfidias. Cæſar: Primaꝝ turmæ in iſfidias intrauiffent.
INTroire. In And. Ut hinc te iuſi introire. In Famil. Introient enim urbem.
Introire ad. In Hecy. Exeuntē aut introeuntē ad amicam.
Introire in domum alienam. In Mil. Ne ille mox ue-reatur introire in alienam domum.
Introire in ædes. In Amph. Introire in alienā domum.
Introire in ædes. In Amphit. Introire in ædes nunquam licitum eſt.
Introire in uitam, naſci. De Amicit. Ut priuīs introieram in uitam.
PENetrare pedem int̄ra. In Men. Neq; buc unquam, poſkua ſum natus, intra portam penetrāui pedem.
Penetrare ſe aliquo. In Trin. Ne penetrarem me uſquam.
Penetrare ſe ad aliquem. Ibidem: Quin potius me ad plures penetrāui, i. cum pluribus uerſatus ſum.
Penetrare ſe ex ædibus, exire. Ibidem: Quo illic ho-

LATINI SERMONIS

ero se penetravit ex aedibus. Alij non legunt ex.
Penetrare se in fugam, fugere. In Amphit. Perdulles penetravit se in fugam.
Penetrare se intra. Plaut. Eaq; intra pectus se penetravit potio.
Penetrare ad deos. In Orat. Proxime ad deos accessit Clodius propriis q; tum, cum ad ipsos penetrarat.
Penetrare sub terras. In Oration. Non longe à Synecusis penetrasse sub terras.
OBIRE, proprie est circumire.
Obire Aegyptum. De Off. Et obieris legatus Aegyptū, Syriam, Asiam, Græciam. i. legatus his in locis
Obire annum petitionis sue. In Famil. (fueris. Quum Reipub. darent operam, annum petitionis sue non obierunt, id est, non petierunt.
Obire Asiam. In Oration. Asiam istam refertam & eandem delicatam sic obijt, ut in ea neq; auaritiae, neq; luxuriae uestigium reliquerit.
Obire bella, administrare. Liu. Duo Consules obire tot simul bella nequirent.
Obire ciuitates. In Orationib. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea ciuitates. i. recensem.
Obire coenas. Att. Quas cum coenas & facere & obirescripsit ad me Sextus, id est, adire.
Obire comitia, magistratum eligere. Plin. Comitia Consulum obibat ipse.
Obire consilium. Salust. Vel exiguam moram ipsius curiae consilijs obeundis, id est, exequendis.
Obire cupiditatem. Idem. Flagravit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam.
Obire diem, mori. In Aul. Nam item obijt diem.
Obire diem auctionis. Att. Et tamen obire auctionis diem

OBSERVATIONES.

diem poterunt, id est, presentes esse tali die:
Obire diem destinatum, id est, præsto esse ad præfatum diem. Sueton. Adiicit Crassum diem cædi destinatum non obijisse.
Obire diem edicti, In Orat. Diem edicti obire neglexit, id est, adesse. Obire diem supremum.
Obire diem suum. In Cistel. Ea diem suum obijt.
Obire domos aliquorum. In Orat. Quo facilitius & nostras obire domos, & ipse à suis colli posset.
Obire fundos.
Obire hereditates, auctupari. In Oration. Hereditatum obeundarum causa.
Obire iudicia. In Orat. Iudicia priuata magnarum rerum obire.
Obire legationem, legatum agere. In Philos. In legatione illa nobili, quam ante censuram obijt.
Obire legatum aliquò: vide, obire Aegyptum.
Obire libidines. Salust. Versatam semper in obeundis libidinibus.
Obire locum facinoris, est accommodatum ad facinus parandum diligere. In Oration. Quam, nisi obire facinoris locum tempusq; uoluisse, nunq; reliquisset.
Obire mortem. In And. Is obijt mortem.
Obire morte. Sueton. Morte obijt repentina.
Obire noctes. In Truc. Obeunt tres noctes. i. transiunt.
Obire munia. Liu. Haud grauata munia obeundo.
Obire munus, administrare. De Offic. Illud munus solitus esse obire.
Obire munus consulis. Plin. Audimus quidem te omnem munus consulis obijisse.
Obire munus uigiliarum. Liu. Munus uigiliarum obibant.

Obire

LATINI SERMONIS

Obire oculis, uidere. Plin. Quum immensum exercitum oculis obijet.
 Obire officia. Idem: Ille quoq; quod honestū fuit, obijt officia, geßit magistratus.
 Obire omnia per se. Cæs. Omnia per se obire, & quid quoquo loco faciendum esset, prouidere non posset.
 Obit pellis aliquem. Vergil. Quem fulua leonis Pellis obit totum, id est, fegit, circundat.
 Obire prouinciam, circuire. In Oration. Tum putant obeundam esse maxime prouinciam, quum in areis frumenta sunt.
 Obire regiones. Ibidem: Cum tantas regiones Barba-
rorum pedibus obijt?
 Obire rem priuatam. In Oratio. Ut neq; priuatam rem maritimam, neq; publicam iam obire possemus.
 Obire sacra. Liu. Quanquam ipse plurima sacra obi-
bat, id est, circuibat.
 Obire Siciliam. In Oratio. Ego Siciliam totam quin-
quaginta diebus sic obij, id est, instrui.
 Obire solem, occidere. De Offic. In reliquis orientis aut obeuntis solis partibus.
 Obire terras, circuire. Vergil. Magnas obeuntiater-
ras Tot maria intravi.
 Obire tempus facinoris: uide, obire locum facinoris.
 Obire uadimonium, est ad diem se sistere. In Oration.
 Vadimonium mihi non obijt quidam socius & affi-
nis meus.
 Obire uillas alicuius. In Fam. Ut nostras uillas obire,
 & mecum simul lecticula concursare posse.
 Obire per se omnia: uide, obire omnia.
 Obire absolute, mori. In Epid. Malo cruciatu ut pe-
 reas, atq; obeas citio.

PERI-

OBSERVATIONES.

PER ire, perdi. Plaut. In Truc. Illis perit, quicquid
 datur. In Aul. Quando quod facias perit.
 perire ædes. In Moſtel. Non video mibi sarcire posse
 ædes meas, qui cum fundamento perierint.
 perire amore. Plaut. Et ego nunc amore pereo.
 perire animo. In Rud. Perij animo.
 perire dorem. In Adel. Quæ secunda ei dos erat, pe-
 rijs, id est, uirginatatem amisit.
 perire fame. In Poen. Ne & ipsi sitiant, & pueri pere-
 ant fame.
 perire fidem. Vide, Perire rem.
 perire minas pro aliquo. In Adel. Tua arte uiginti
 minæ pro psaltria perierte, id est, amissæ sunt.
 perire mulierem, amare. In Trucul. Tres unam pere-
 unt adolescentes mulierem.
 perire munus. In Eunu. Hoc peribit munus.
 perire oleum, operam. Attic. Ne opera & oleum phi-
 lologicæ nostræ perierit.
 perire pecuniam. In Oratio. Tantam pecuniam Po.
 Rom. tam breui tempore perire potuisse?
 perire prudentē. In Eunu. Prudens, sciens, uiuus, ui-
 dens & pereo, nec quid agam scio.
 perire pudorem. In Bacc. Ego illum perijisse dico, cuī
 quidem perij pudor.
 perire rem. In Trucu. Ipsius perit & res & fides.
 perire socios. Att. Ac socios perire nō sinas, id est,
 opprimi.
 perire tanti. Plin.lib.7. Tu qui te deum credis, al-
 quo successu tumens, tantum perire potuisti?
 perire tempus. Plin. Omne periu tempus, quod bone-
 sis studijs non impertitur.
 perire ab aīo, ab re. Plau. Si iratum scortū forte est
 amatori

LATINI SERMONIS

amatori suo, bis perijt amator, ab re atq; ab afo si-
Perire è patria. Idē: Peristi è patriatua. (mul.
Perire in perpetuum modum. Plaut. Ego perij planè
in perpetuum modum.
Perire effictim, perdite amare. Plautus: Earum hic
alteram effictim perit.
Perire funditus. In And. Quod si fit, pereo funditus.
Perire absjutè, pro mori. In Eun. Et qua in die par-
ua perijset soror. Plaut. Iam pridem perieramus.
PERitare. In Capt. Qui per uirtutem peritat, non
interit.
DEPerire, miserè amare. In Curn. Fa me deperit.
Deperire amore. In Cistel. Is amore miserè hanc de-
perit mulierculam.
Deperire consilium. In Mil. Redeo nunc ad te, consi-
lum quasi hunc defereat.
Deperire meretricem. Ibidem: Meretricem ingenuam
deperibat mutuo.
Deperire schedam. Atti. Ut scheda ne qua depereat,
id est, amittatur.
Deperire effictim. In Amp. Hic te effictim deperit.
Deperire miserè uide, Deperire amore.
DISperire, mori. In Adelph. & Eleauton. Disperij.
Martial. Dispeream situ Piladi præstare matellā
Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.
PRæcire, anteire: pedum est. In Andr. I pra se-
quar.
Præcire alicui. Phi. Te rogo, ut mihi præcire digneris.
Præcire iudici. Ascon. Suadebat atq; etiam præcibas
iudicibus.
Præcire uerbis, conceptis uerbis iurare. In Sticho:
Præci uerbis quod uis. i. mōstra quid iurare debeam.

Præcire

OBSERVATIONES.

Præcire uoce alicui. In Oration. Ut uobis uoce præ-
rent, quid iudicaretis, id est, prædicerent.
PRæterire, ultra destinatum iter progredi.
præterire etatem. In Phor. Nam tua præterieras
iam ad ducendum actas.
Præterire aliquem, transire. In Aulu. Iam buc non
ausim præterire, quin consista & colloquar. In Ora-
tio. Fratris filium præterijt, id est, posthabuit.
Præterire aliquid aliquem. In Hec. Antemere quic-
quam Parmenonem prætereat? In Oratio. Neminem
uestrum præterit, id est, fugit.
Præterire annum. In Famil. Hoc sic præterito anno.
Præterire diem. In Phormi. Iam ne ea præterijt? In
Eunuch. Sine biduum hoc prætereat.
Præterire malum, euadere. In Hecy. Nescis quid ma-
li præterieris, qui nunquam es ingressus mære.
Præterire negligentia aliquid. In prolo. Adel. Quæ
præteritus negligentia est.
Præterire officium. In Fam. Nullum enim in te offi-
cium, ne minimum quidem sine maxima culpa uide-
sr posse præterire.
Præterire plateæ recta. In Adel. Præterito hac re-
cta platea sursum.
Præterire scelus. In Famil. Nibil Antonium scele-
ris, nihil crudelitatis præteriturum fuisse.
Præterire silentio aliquid. In Famil. Quod silentio
posset præteriri.
Præterire tempus. In Eunu. Locus, tempus constitu-
tum est, præterijt tempus.
Præterire uillam. Ibidem: Dum hac reputo, præterijt
imprudens uillā, id est, prætergressus sum. Ibidem:
Uillam prætereo sciens, id est, relinquō.

Præter-

LATINI SERMONIS

Præterire per vias. In Merc. *Vt sint qui prætererant per vias.*
Præterire in petitionibus dicebatur is, qui repulsa tulisset. In Oratio. *Sed Po. à quo es præteritus in culpa est.*
Prodire feras ire. In Adelph. *Prodit nescio quis.*
Prodire cum accusatio. In Eunu. *Nunc id prodeo.*
Prodire ad aliquem. In Casin. *Atq; illi ad me prodeat.*
Prodire ad coelum. Verg. *Ad coelum prodit ramis felicibus arbos, alias: Exiit ad coelum.*
Prodire ex. In Rud. *Ex urbe ad mare buc prodimus.*
Prodire extra modum. De Offic. *Ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.*
Prodire in conspectum. In Bacch. *Pudet prodire me ad te in conspectum pater.* In Mostel. *Illum prodire pudet in conspectum tuum.*
Prodire in conspectum alicui. In Phor. *Ne quemibi in conspectum prodit.*
Prodire in funus. In And. *Ego quoq; eius causa infunus prodeo.*
Prodire in lucem. In Orat. *Eloquentia quam ea sero prodierit in lucem.* *Prodire in medium.*
Prodire in publicum. Attic. *Scio equidem te in publicum non prodire.*
Prodire obuiam alicui. In Fam. *An ego tibi obuiam non prodirem?*
Redire, progredi aut accedere. Honit. *Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.*
Redire animum alicui. In Hecyna. *Isthec uerbo animus mibi rediit.*
Redire animo, meminiisse. Plin. *Tantum reddit animo ille latus claus in penatibus meis sumptus.*

Redire

OBSERVATIONES.

Redire bona ad aliquem. In And. *Eius morte ea ad me redierunt bona.*
Redire domum. Att. *Atq; hec de rebus forensibus: redeamus domum, id est, ad res familiares.*
Redire hereditatem ad aliquem. In Hecy. *Ad hos redibat lege hereditas.*
Redire incommoditatem. In And. *Incommoditas deniq; buc omnis reddit, id est, in hoc est.*
Redire obsonatu. Plau. *Redit eccium tandem obsonatum eius adiutor, Vetus est loquutio.*
Redire pedibus. In Men. *Redeundum est mibi pedibus in Epidamnum.*
Redire rem. Ter. *Adeon' rem rediffe?*
Redire è foro. In Aulu. *Curata fac sint, quum è foro redeam domum.*
Redire ad aliquem. In Heaut. *Quid si redeo ad illos, qui aiunt, &c.*
Redire ad aliquem aliquid. In Adel. *Iam enumenisti quod ad te redditum putas? i. quid tibi debeatur.*
Redire ad aliquem summam rerum. Terent. *Ad te summa solum Phormio rerum reddit, id est, attinet, tua tota rei cura est.*
Redire ad aliquid. Attic. *Nunc redeo ad ea quae mihi, &c. id est, uenio.*
Redire ad animum secum uoluerre.
Redire ad ingenium. In Adelph. *Si sperat fore clam, rursum ad ingenium reddit, id est, naturam.*
Redire ad institutum. In Orat. *Sed iam si placet, ad instituta redeamus.*
Redire ad integrum. In Eunu. *Imo scis potius, quam quidem redeat ad integrum huc eadem oratio, id est, quam ego hoc ipsum repetam.*

X

Redire

LATINI SERMONIS

Redire ad lanam. In Heaut. Ad lanam redit, id est,
ad colum suam.
Redire ad mentem, recordari.
Redire ad pauca. Terent. Ut ad paucā redeam.
Redire ad planitiam. Cf. Paulatim ad planitiam re-
dibat, id est, planum siebat.
Redire ad praecedentia. De Amicit. Quamobrem ad
illam primam redeamus, eamq; ipsam concludamus.
Redire ad rastros, ad paupertatem redigi. In Heau.
Mibi ille cuere ad rastros redijt.
Redire ad rem, uulgō, ad propositum. In Heaut. Ad
rem redi. In Orat. Sed ut ad rem redeam. In Famili.
Ad rem redeamus.
Redire ad rem suam. Attic. Ut ad rē meāni redeam.
Redire ad restim. i. ad summā inopiam. In Phor. Ope-
ratua ad restim mihi quidem res redijt planissime.
Redire ad se, respicere. In And. Sine ad me ut rede-
am. In Adel. Ad te redi.
Redire ad tempus. Att. Ut puteolos excurrere pos-
sem, & ad tempus redire. (pit.
Redire ad uomitū, est foeda repetere. Prouerbiū sa-
Redire in amicitiam pristinam, reconciliatum esse.
Redire in concordiam. In Amph. Iam uos redisti in
concordiam?
Redire in decus, in florem. Metamorph. 7.
Redire in gratiā, reconciliari. In Fam. Ut cū Cniffo
redē in gratiā. In Phor. Redēant sanè in gratiā.
Redire in locum. In Heau. In eum iam res redijt locū,
ut si neesse, &c. Item in Adelp.
Redire in memoriam, recordari. In Phor. Redi me-
cum in memoriam.
Redire in metum. Plin. Vereor ne post gratulatio-
nem

OBSERVATIONES.

nem quoque in metum redeas. (num.
Redire in regnum. In Fam. Ptolomeus redeat in reg-
Redire in semitam. In Cas. In rectam redij semitam.
Redire in statum pristinum. Cf. Ut non solum in pri-
stinum statum redijssent.
Redire in uiam. In And. Ut redeat iem in uiam.
Redire actum, in Pseud.
Redire buc: uide, Redire in commoditatem.
Redire illuc. In Adel. Illic quæso redi, quò copisti.
Redire inde. Ter. Redeo inde inatus, atq; agrè fe-
Redire rursum. In Eunu. Redeo rursum. In (rens.
Amph. Redeunt rursum in gratiam.
Reditur imperiale. In Rud. Ad arbitriū reditur.
Subire carnificinam. In Phil. Quamuis carnificinā
prius subierint, id est, pati posse.
Subit cogitatio animum. Liui. Curtius: Florum cogi-
tatio subibat animum.
Subit cogitationi nostræ nunquam, idem.
Subire contumelias. In Ora. Nefarius lididinū contu-
melias turpitudinesq; subierunt, id est, paſsi sunt.
Subire crimen. In Philos. Ne quid iniuidice subeat, aut
criminis, id est, acquirat.
Subire cruciatū. De Offi. Qui retinēdi officij cauſa
cruciatum subierit uoluntarium, id est, adierit.
Subire crudelitatem. In Ora. Tibi aut φ uirtute animi
cōstantiaq; tua ciuilis ferri subeūda fuit crudelitas.
Subire curam, suscipere. Plin. Quis enim curæ tue
molem sponte subeat.
Subire defensionem. Idem: Cuius nunc mihi subeunda
defensio est.
Subire dimicationē. Att. Si qua dimicatio subeunda
erit, i. suscipienda. Subire discrimin, adire. Offic. 3.
X 2 Subire

LATINI SERMONIS

- Subire domum, ingredi.
- Subire herbas, succrescere. Ver. Neu subeant herbae.
- Subire infamiam, inimicitias. Att. Qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam semper eternam, id est, suscipendas.
- Subire inuidiam. In Oratione. Poteris ne eius orationis subire inuidiam? id est, pati. Vbi Ascon. omittit inuidiam.
- Subire iudicium. In Oratione. Quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus.
- Subire labore. Attic. Istos labores, quos nunc in naufragijs nostris suscipis, non subiijsses. i. passus es.
- Subiit animum memoria. Curtius.
- Subit miseratione me. Plin. Quod me recordantem frangilitatis humanae miseratione subit.
- Subire morbos, succidere. In Georg. Optima quaestio dicitur miseria mortalibus aei. Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus.
- Subire mucronem, supponere. Aeneid. 10. Aeneas subiit mucronem.
- Subire munus, officium, onus, uel oneri. Vergilius: Ipse subibo oneri.
- Subire notam turpitudinis, in Oratione.
- Subire offensas, pati. Plin. Sed oportet me non modo offensas uerum etiam simultates pro fratris tui filiis tam a quo animo subire, quam parentes pro suis,
- Subire orationem, respondere, resistere. In Philo. Potesne orationem eius subire?
- Subire periculum. In Oratione. Cuius prædia subierunt pericula.
- Subire poenam. In Oratione. Poenam multo maiorem grauioremq; subierunt, id est, peusi sunt.

Subit

OBSERVATIONES.

- Subit poenitentia aliquem. Curtius: Sera poenitentia subit regem.
- Subire ponderi. Ascon. Et magno ponderi subire il lud exponens.
- Subire portum aut portu, ingredi. Aeneid. 5. Portusq; subimus Chaonios. Vel portu Chaonio.
- Subire potentiam. In Fam. Cuius si effemus & autoritatem & consilium sequuti, togati potius potentiam, quam armati uictoriam subiessimus.
- Subire procellas. In Oratione. Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis dunt axat fluctibus concionum semper putauit Miloni subeundas.
- Subire prouinciam, suscipere.
- Subit recordatio, quot dies quam frigidis rebus absumpsi. Plinius.
- Subire sermonem. Attic. Minus sermonis subiisse.
- Subire simultates, dictum apud Subire offensas.
- Subire eandem sortem.
- Subire in teclum, ingredi. Aen. 3. Teclumq; subimus.
- Subire tempestates. In Oratione. Cui uideo maximas Reipub. tempestates esse subeundas, id est, adeundas. uide, Subire procellas.
- Subire turpitudines: quare, Subire contumelias.
- Subiit regem uercundia. Curtius libro 5.
- Subire uictoriam: uide, Subire potentiam.
 Facere remoram rei priuatae & publicae, Plautus.
 Facere reum, accusare, in Orationib. Plinius.
 Facere reum magis ex aequo & bono, quam ex iure
 gentium, Salustius.
 Facere reum rei capitalis, in Oration.
 Facere rictum, oscitare.
 Facere risum, mouere. Facere sacra, in Oration.
 Facere sacrificium, Atti. Facere saltum, Metam. 2.
 Facere salutationem, Cicero. Facere sanum aliquem,
 in Orationib.
 Fieri coepit satias, id est, satietas, in Eunu.
 Facere scelus, in Oration. Facere scire, in Persa.
 Facere scriptum, Gell. Facere secessionem, Cæs.
 Facere secunda, est secundò offendere, Plaut.
 Facere secundo populo aliqd. i. concedente, in Philos.
 Facere seditionem, in Famil. Atti.
 Facere sementem, in Orationib. Ut sementem feceris,
 ita & metes.
 Facere sementem proscriptionis, Atticus.
 Facere semitam per fundum septum, in Curcul.
 Facere senatus consultum, Attic. in Famil.
 Facere sermonem, Attic. Fit sermo inter eos, Cic.
 Facere significationem, in Philos. de Offic.
 Facere silentium, in Amphit. Facere fitim, Celsus.
 Facere se ficerum alicui, Atticus.
 Facere societatem cum aliquo, in Oration.
 Facere spaciū, in Orato.
 Facere speciem diuina animationis ex igne, in Phil.
 Facere sponsalia, Atti. Facere sponzionem, de Offic.
 Facere sponte sua, Attic. Plin. Facere statuan, ibid.

Face-

OBSERVATIONES.

Facere stipendium, Salust. pro militare, bistoricum.
 Facere stipendia sub aliquo, Plinius.
 Facere stipendiarium, Cæsar.
 Facere stercoreationem, de re Rust.
 Facere stercus, ibidem.
 Facere stomachum alicui, bilem mouere, in Famil.
 Facere strages, in Orot. Facere struem, de re Rust.
 Facere stuprum nefartum cum sorore germana, Cic.
 Facere suauium alicui, in Asin.
 Facere sumam cogitationum suarum, in Famil.
 Facere sumam reliqui, summatim concludere, Cic.
 Facere sumam est publicis literis, in Orationib.
 Facere sumptum, in Hecyra.
 Facere sumptum de suo ad operam aliquā, in Bacch.
 Facere sumptum in cultura, in milite, de re Rust. &
 in Orationib.
 Facere se superbum, id est, mortuum, in Amphit.
 Facere suspicionem, in Oration. & in Orato.
 Facere suffurrum, Plautus.
 Facere suū aliquid auctoritate, beneficio, usu, Plau.
 Cæs. in Adel. Facere syngraphas, in Oration.
 Facere tabulas nouas, erat cum debitores solutione
 ueternum nominum liberabantur, Att.
 Facere tale aliquid, in Famil.
 Facere tanti, Cic. Ut quanti quisq; se ipse faciat, tanti
 fiat amicis, id est, estimetur.
 Facere technam aduersus patrem de auro, in Bac.
 Facit ira telum, id est, inuenit, Aeneid. 7.
 Facere terræmotum, in Philos. Facere testamentū, in
 Orato.
 Facere testes, subornare, in Adel.
 Facere timorem alicui, terrere, in Famil. Salust.
 Facere tranquillitatem, in Mercat.

Face-

LATINI SERMONIS

Facere tranquillum & lenem animum, in Epid.
 Facta transfacta omnia. i. nihil agendū restat, in An.
 Facere tripudium, in Philos.
 Facere tumultum, turbam. i. tumultum excitare, in Eun. in Orat. Salust.
 Facere turres ad libram, Cæs.
 Facere tyrocinium, est rudimentum ponere, aut initium opificij.
 Facere uadem, præstare id quum pro alio spondimus, de Officijs.
 Facere uadimonium, in Orationib.
 Facere uaricitatem, in Philos.
 Facere uela, in Oration. Facere uelaturam, Varro.
 Facere uectigalem, in Orat. Facere uentum, in Curc.
 Facere uentulum, in Eun.
 Facere uentulum pallio, in Cæsin.
 Facere uerbum & uerba, loqui, in And. In Famil.
 Facere uerba multa, pauca, indocē, lepidē, &c.
 Facere uerba mortuo, est frustrā loqui.
 Facere uerba ad parsimoniam, in Aulul.
 Facere uerba apud Senatum, in Oration.
 Facere uerba contra legem, ibidem.
 Facere uerba de fide, de salute alterius, in Orat. Liu.
 Facere uerba in Senatu, in Oration.
 Fit mihi uerisimile, in And.
 Facere uersipellē, in Amphit.
 Facere uer suram, in Orationib. Attic.
 Facere uer sus, condere, in Oration. in Trin. Plinius.
 Facere uerum, in R. ud. De Amicit. Ita fit uerum illud, quod initio dixi. Facere uestigium, in Oration.
 Facere uiām, proficiēti, in Bacch.
 Facere uiām ui. Aeneid. i. Fit uiā ui.
 Facere se uilem, in Mil.

Face-

OBSERVATIONES.

Facere uim in aliquem, in Eunu.
 Facere uindemiam, rescindere uias, Cæs.
 Facere uiolentiam. Facere uitā bonā alicui, in Perf.
 Facere uitium domus dicitur, id est, corrupti, Cic.
 Facere uitula, sacrificare, Aeclo. 4.
 Facere unguentariam, in Poen.
 Facere uoluntate sua, Terent.
 Facere uoluptatem alicui, in Truc.
 Facere uotū & uota, uouere & optare, de re Rust.
 In Oratio. Facere urinam, leuare uestican.
 Facere usitatum aliiquid, in Philos.
 Facere usuram, est sumere pecuniam in foenus, non dare, Atti. Facere uulnus, idem.
 Facto usus. Terent. Moneo quid facto usus sit.
 Facere ab integrō.
 Facere ad dolores, utile esse. Quid. Non facit ad nostros animi medicina dolores.
 Facere ad exemplum, in Philo. & Plaut.
 Facere ad libidinem alicuius aliiquid, in Oratio.
 Facere ad mores, conferre. Quid. Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
 Facere ad nutum, ad uoluntatē alicuius, Cæs. Homo factus ad unguē. i. quadratus, bene cōpositus, Hor.
 Facere aduersus edictum, in Heaut.
 Facere contra aliquem aliiquid, in Oratio. & Cesar.
 Facere cum aliquo. In Oratio. Faciebant omnia cum pupillo, id est, pro pupillo erant.
 Facere cum contumelia.
 Facere de alio alium, in Oratio.
 Facere de conspecto, Plaut.
 Facere de consilio alterius, in Phorm.
 Facere de industria, Terent.

Facere

LATINI SERMONIS

Facere de integro, renouare.
 Facere de sententia alicuius, in Bacch. Atti.
 Facere è gemmis, è marmore aliquid, in Oratio.
 Facere è regione, in Philo.
 Facere è Repub. Atti.
 Facere ex animo, in Pblo. In Adelp.
 Fieri ex aequo & bono, ibidem.
 Facere ex aratore oratorem, in Orationib.
 Facere ex auro quicquam, ibidem.
 Facere ex commode pugnam, Salust.
 Facere ex dignitate sua, Attic.
 Facere ex ebore aliquid, in Orationib.
 Facere ex facili aliquid, Celsus.
 Facere ex impedito expeditum, diximus.
 Facere ex necessitate, incepit, de rigore, Plin.
 Facere ex re mea, tua, sua, id est, utile. Plau. In And.
 Ex re quid fiat, vide.
 Fieri ex otio. In Hea. Nulla adeò ex re isthuc fit, nisi
 ex minimo otio. Facere ex stulto insanum, diximus.
 Facere ex tēplo carcerē, ex timido fortē, in Orat.
 Fieri ex uera uitā, Ter. Facere ea uoluntate, Cicer.
 Facere quicquā extra modum aut numerū, est incon-
 sultē aut prēter rationē facere, Hora. li. i. epistol. 9.
 Facere in fortunas alicuius impetum, est eius bona in-
 uadere, in Orationib.
 Facere in sententiam alicuius aliquid, Att. In Fam.
 Facere intramodum, in Famili. Facere ob rem, Salust.
 Facit pro me, pro te, pro se. Facere pro sano, Cæs.
 Facere secundum aliquem. Atti. Quod nō secundum
 Butbrotios fecerunt, id est, pro Butbrotijs.
 Facere secundum mandata, Plin.
 Facere agrē alicui, in Eunu. Facere aliter, in Stich.
 Facere

OBSERVATIONES.

Facerē amicē, de Amic. Facere bene, in Mostel.
 Facere sibi bene, in Asin.
 Facere benignē, in Poen. In Orationib.
 Facere celeriter, Att.
 Facere commodē, confidenter, in Mil.
 Facere contrā, in Eunu. Facere cumulatē, in Orati.
 Facere dū. In Heau. Facito dū eadē bēc meminerite.
 Facere grātis, in Orationib.
 Facere impudenter, imprudenter, inscienter, in Phi-
 loso. In And.
 Fac ita effe, in Oratio. Facere leuitē, in Fam.
 Facere longiūs, in Phil. Facere malitiosē, in Casi.
 Facere maturē, in Milit.
 Facere mecum, tecum, secum. i. sentire mecum, &c. in
 Orationib.
 Facere modicē, in Famili. Facere mutuō, ibid.
 Facere obnixē oīa, in And. Facere obuiā, in Eunu.
 Facere palam aliquid, in Asi. In Trin. In Heaut.
 Facere parcē, in Fam. Facere pariter, in Eunu.
 Facere probē, in Mostel. Facere prolixē, Att.
 Facere propriūs. Idem. Propriūs nihil est factū, quād
 ut occideretur.
 Facere quam plurimum alicui, coaceruare multa bo-
 na, in Adelp.
 Facere quoad eius. Att. Velim ne intermitas, quoad
 eius facere poteris, scribere ad me.
 Facere quum. In Asi. Iamdudum factū est, quum
 primum bibi, id est, à longo tempore non bibi.
 Facere rectē, restrictē, sapienter, satis, scelestē, sedu-
 lō, simulatē, stultē, temerē, &c.
 Facere una, id est, secum, in Oratio.
 Facere uolupte animo suo, in Asin.

Facere

LATINI SERMONIS

Facere ut. In Men. Tu facito ante solis occasum ueuenias ad uorsum mihi. *Faciam ut potero.*
Fac ut lubet. *Facis ut alias res soleas.*
fecisti ut difficilior esset, &c.
Facere subaudito ut. In Euru. Domi ad sitis facite.
In Aulu. Facite totæ plateæ pateant.
Facere vulgo. In Heaut. Vulgo id faciunt.
Facere refert pulchre uerbum prius dictum. Teren.
Consiliū uolo capere una tecū. *Afiat, id est capias.*
Item: Dixit in dudum illum dixisse se expectare filium? Phil. Factum, id est, dixisti.
FACessere. In Men. Dictum faceſſe elatum, id est, deſine ſuperbē loqui.
Faceſſere negotiū alicui, moleſtia afferre, in Oratio.
Faceſſant opera, id est, intermittantur, ibidem.
Faceſſere periculū alicui. In Ora. Ne innocentiperculum faceſſeris. Faceſſere præcepta matris. Verg.
Faceſſere ad. Liui. faceſſe hinc T'arquiniis ad Corin.
Faceſſat hinc, id est, abeat, in Phorm. (thum.
Faceſſant paulisper rogamus. i. diſcedant, in Philos.
FACtitare. Offi. 2. Hæc apud maiores nostros facti-
tata.
Factitare accusationem. i. crebro accusare, in Orat.
Factitare artem. Ibidem: Artempudere proloqui,
quām factitetis, id est, exerceas.
FAXO. In Phor. Iam hic faxo aderit. Lubens faxim,
In Aul. Cau faxis, In Heau. Ita dij faxint, ibidem.
Optantis est. Utinam dij faxint, in Amph.
Ædifico, decompositum uerbi dare.
Afficere de bonis & de malis dicitur.
Affici admiratione, de Offic. (Plaut.
Afficere populares suos adoreas. i. afferre, augere,
Afficer-

OBSERVATIONES.

Afficere aliquem agrimonie, & gruudine, idem.
Affecta ætas, id est, transfacta, Cic.
Affecta ætas, idem.
Afficere aliquem agro, donare, Plaut.
Affici amicitia, amore.
Affici animo, commoueri, in Famil.
Afficere animos, in Ora. Afficit animos eoru, ibid.
Affici audacia, audacem esse, Ter.
Affectum bellum uidemus, in Oratio.
Afficere beneficij, benevolentia aliquem, in Famil.
Afficere calamitate, contumelia aliquem, in Oratio.
Affectis ita corporibus, i. constitutis, in Phil.
Affectæ corporis uires, i. debilitatæ, Liuius.
Affici cruciatibus, Cæſ. Afficiunt me cura, Att.
Affici damno, delectatione, desiderio, Att. In Fam.
Affici difficultate, Cæſ.
Afficit uos moeror sensu doloris, in Oratio.
Affici errore mentis ex dolore, Attic.
Affecta fides, i. collabfactata, Suet.
Afficere gloria aliquem, in Fam.
Afficere honore aliquem, in Oratio.
Affici ignominia, ibid. Affici imperio, incommodo.
Affici iniurijs, in Orationib.
Afficere aliquem magna lætitia, in Fam.
Affici lætitia, ibid. Affici laude, de Offi.
Affici literis, Att. Afficerunt me tue literæ, Pli.
Afficere lucro, Plaut. Afficere macula, in Oratio.
Affici metu, ibid. Affici moerore, ibid.
Affici moleſtia, morbo, Ter.
Affici morte acerba, i. crudeliter interfici, in Fam.
Afficere aliquem nomine regis, id est, regem appellare, in Oratio.

A.A. Affici

LATINI SERMONIS

Affici bonis nuntijs. Affici odio, officijs, de Senect. Affici pena, in Oratio.
 Afficere præda aliquem, id est, augere, Plaut.
 Afficere aliquem præmijs amplis, in Oratio.
 Affici precibus, Horat. Affici precio, Aeneid. 10.
 Affici societate, in Orat. Affici senectute, in Orat.
 Afficere sepultura aliquem, Cæs.
 Affici sollicitudine, idem.
 Afficere aliquem, Ipolij. Pla. Afficere aliquem sti-
 pendio. In Orat. Affici studio pietatis. Affici stu-
 dijs bonarum artium.
 Afficio aliquem supplicio, in Oratio.
 Affici timore. In Famil. Affici amplis titulis.
 Affici uirgis, Plaut. Affici uitij, in Oratio.
 Affici uituperio, uoluptate non parua, ibid.
 Affici ad aliquid. In Orat. Ex ijs rebus, que quodam
 modo affectæ sunt ad id, de quo queritur.
 Affecti eodem modo erga amicum simus, de Offi.
 Affici grauiter, id est, multrum male ualere, Att.
 Affectus male pro male dispositus.
 Affectare, est, primum animum habere ad aliquid
 faciendum.
 Affectare honorem, Sal. Affectare iter, in Orat.
 Affectare mundiciem omni diligentia, Att.
 Affectare similitudinem, Ad Heren.
 Affectare regnum, id est, asperire, Plin.
 Affectare ad dominas, Ter. Hi gladiatorio animo
 ad me affectant uiam. Idem: Verg. Viamq; affectat
 olympo. i. ad diuinos honores aspirat.
 BEnefacere, in Eunu. Beneficij. Item: O factum bene.
 CALEfacio, Commonefacio, habes apud Caleo, Mo-
 neo.

CONF

OBSERVATIONES:

Conficere, nunc pro debilitate, nunc pro necare &
 surpatetur.
 Conficere aliquid. In Adel. Credebas dormientibac
 tibi confecturos deos?
 Conficere absolutionem sex iudicibus, in Oratio.
 Confectis astiuis, id est, transactis, in Fam.
 Conficit annos propè centū, id est, impleuit, in Orat.
 Confectus annis, Salust.
 Conficere argentum alterius, consumere, in Phorm.
 Conficere bellum, finire, Cic.
 Conficere bibliothecam alicui, Att.
 Conficere bona, dilapidare.
 Conficere centurias, in Famil.
 Confectus cruciatum maximorum dolorum, Att.
 Confectus cura, in And. Conficere curriculum
 uiuendi à natura datum recte & honeste, in Philo.
 Conficere cursum uitæ suæ in labore corporis, atq; in
 animi contentione, in Oratio.
 Conficere cursum Delum, id est, nauigare, Att.
 Conficere dentibus nucem, Barb. masticare aut qua-
 fare, Plin.
 Conficere diem sermone longo, in Trin.
 Confici dolore, Plin. Conficiunt escas dentes infimi,
 id est, molunt, in Phil. Confectus fallacijs, in Tru.
 Conferat famam bene loquendi suauitas uocis, & le-
 nis appellatio literarum, in Oratio.
 Confici fame. Conficere feram, confodere.
 Conficere flagitium, patrare. Confici frigore.
 Confecta honestatis pars est, id est, absoluta, Offi. 2.
 Conficias hortos mihi neceſſe est, Att.
 Confitit icibus sagittarum propugnatores, Suetonius.
 Confici ieunio.

CA 2 Conf-

LATINI SERMONIS

Conficerunt me infirmitates meorum, id est, occiderunt, Plin.
 Conficiebat iter aestuosa, & puluerulenta via, Att. Cæsar.
 Confidere iussa. Ci. Confici quæ iusisti omnia.
 Confidere labore, languoribus, de Offic.
 Confidere librum, absoluere, ibid.
 Confidens macie. Plin. Confidere malum. In Heaut.
 Aliquid gnaro conficies mali.
 Confidere mandata. Att. Si quæ tibi mandauimus,
 conficeris. Confici metu. Plin.
 Confidunt memores iuuenium, id est, uehementer do-
 leo, idem.
 Confidere negotium, in Cistel. Att.
 Confidere nomina, Att. Confidere nummos, parare, in
 Phorm.
 Confidere nuptias, in And. In Heaut. In Phorm.
 Confidere opus, perficere, in Capt.
 Confidere pacem, componere, in Heaut.
 Confidere pactionem. Att. Conficit pactions pub-
 licorum.
 Confidere passus uel passuum mille. Idem: Ut passuum
 mille conficiatur. i. circuitu mille sint passus.
 Confidere peculium grande, est pecunia eum accumu-
 lare, in Merc.
 Confidere pecuniam uersura aut tributo, id est, com-
 parare. In Oratio. Item: Per magna ex illa re pecu-
 nia confici posset.
 Confidere pensum, nere, in Merca.
 Confidere pensum, absoluere. In Persa: Pensum meum,
 quod datum est, confici.
 Confectus plagis, ante oculos tuos cecidit, Cic.

Confe-

OBSERVATIONES.

Confeko prandio, id est, finito, in Men.
 Conficere pretium, in Oration.
 Confidere professionem, in Famili.
 Conficit plures prouincias, in Oration.
 Confidere nationes, Att. Confidere redditum, in Fam.
 Confidere rē, Att. Neq; adhuc res est conficta, Ter.
 Confici senecta, senio, Metamor. 6.
 Confici sitim.
 Confidere significationem doloris. i. perficere, ad He-
 rennum.
 Confidere sollicitudines alicui. i. iniçere, comparare.
 In And. Hic suis cōsilijs mibi conficit sollicitudines.
 Confidere spatiū. Ces. Incredibili celeritate magno
 spatio paucis diebus confecto.
 Confectus squalore, Plinius.
 Confidere summam fatalem. De Offic. Circuitu natu-
 rali summam tibi fatalem conficerint.
 Confidere tabulas, id est, registrum facere, in quo ac-
 cepti & expensi ratio notatur, Plinius.
 Confidere tributum, in Oration.
 Confidere tunica hyberna alicui, componere, in Mil.
 Confidere uerberibus, uerbis aliquem, flagellare, mi-
 naci uoce terrere, in Pseud.
 Confidere uiam longam, de Senect.
 Confidere uictorianam, in Oration.
 Conficta uigilia prima, id est, preterita, Caesar.
 Confici uigiljs.
 Confidere uirginem, id est, conuincere, dictis fallere.
 Confidere uoluptates, in Philos. in Eunu.
 Confidere in leges suas. In Heaut. Facillime patris
 pacem in leges conficiet suas. Praeceptoris est, dis-
 pulos in suas leges confidere.

A A 5 Confid-

LATINI SERMONIS

Conficere in ordinem rationes, tabulas, in Oration.
 Conficere sine molestia, sine sumptu, sine diffendo, in
 Eurucho.
 Conficere affatim aliquem. i. misere flagellare, Plau.
 Conficere facile. In Heauton. Et simul conficiam facilius ego quod uolo.
CONFIERI. In Adel. Hoc confit quod uolo. Aeneid 4.
 Nunc qua ratione quod infat, Conferi posuit, &c.
DEFICERE aliquid, in aliquo errare. In Phor. Si quid
 deficeret. Cic. Id quoq; deficiebat me, id est, deseruit.
 Deficere alimento, carere. Columella: Vide ne pristi-
 no alimento deficiat.
 Deficere animo, p̄fūllanimem esse. Cice. Cobortatus
 suos, ne animo deficiant.
 Deficit animus alicui. In Oration. Non animus eis, sed
 uires deficiunt.
 Deficere absolute, pro eodem. Terent. Ea cātūsa nibi-
 lo magis deficimus. Deficere annis, Colum.
 Defecti aqua ciboq; Quintilianus.
 Defici aqua, deponentaliter. Plin. Hæc amoenitas de-
 ficitur aqua salienti, id est, caret.
 Defici consilio, deponentaliter. In Ora. Mulier abun-
 dat audacia, consilio & ratione deficitur. i. caret.
 Deficit dies aliquem. Ibidem: Me dies, uox, latens de-
 ficiant, id est, non sufficient.
 Deficit frumentum. Cesar: Ipsos res frumentaria de-
 ficeret coepit.
 Deficiunt glandes syluis, Verg.
 Deficere luctum, Aeneid. II.
 Deficere gressu: uide, Deficere uisu.
 Defici memoria, passiuè. Colum. Qui si memoria defi-
 citur, quo minus agnoscat cuiusq; progeniem, &c.
 Deficit

OBSERVATIONES.

Deficit oratio aliquem. In Oration. Tempus te citius
 quam oratio deficeret.
 Deficit oratorem prudentiam nunquam, Cicero.
 Defici ratione: uide, Defici consilio.
 Deficit sanguis aliquem. Cæs. Quem iam sanguis ui-
 resq; deficiunt. Defecta senio arbor, Colum.
 Defectio aut defectus solis, in Phil. Plin. Vergil.
 Deficiunt mibi solaria, in Famil.
 Deficiunt solo macro, id est, pereunt, Columella.
 Deficit tempus aliquem: uide, Deficit oratio.
 Deficiunt utres aliquem. In Ora. Cum me uires defi-
 cere coepissent. i. debilitari: uide, Deficit sanguis.
 Deficiunt utres alicui: uide, Deficit animus.
 Deficiunt utres, absolute: uide, Deficit uox.
 Deficere uiribus. Columella: Defectissimum quenq; an-
 nis uiribus in agrum relegat.
 Deficit ingenij uis aliquem, in Orato.
 Deficere uisu. Suetonius: Quum iam non gressu modò
 deficeret, sed ex uisu.
 Deficit nox, in Orationib. Ne uox uiresq; deficerent.
 Deficit uox aliquem: uide, Deficit dies.
 Deficere à nomine: uide, Ab imperio deficere.
 Deficere à Republica, defiscere, in Famil.
 Deficere à se. Ibidem: Amiq; ipse deficerem.
 Deficere à sententia alicuius.
 Deficere à uirtute, Cicero de Amicitia.
 Deficere ab rege, retrocedere, Salustius.
 Deficere ad Antiochū, ad Aruncos, ad partē diuer-
 sam, ad Senatum, ad Turcam, id est, transfigere.
 Defici ad calamitatem, pastuē. In Oration. Nunc uel
 solis defectus ad calamitatem.
DEFIERI. In Hecyra: Nihil apud me tibi defieri

LATINI SERMONIS

patiar. In Eunu. Nihil quum est, nihil deficit tamen.
Deficit animus mihi. In Mil. Animus per oculos meos
deficit.
Deficit dies. In Rudent. Omnia iterum uis memorari
scelus, ut deficiat dies, id est, deficit.
EFFicere aliquid. In Andr. Quid est, quod tibi mea
ars efficere hoc posse amplius? In Eunu. Si hoc ef-
ficere argentum alicui, in Bac. (ficio.
Efficere benevolum auditorem à rebus ipsis, Terent.
Efficere cædem. In Orationib. Magistratum priua-
torumq; cædes effecerat.
Efficere clamores, Atti. Efficere columnam ab in-
tegronouam nullo lapide rediuiuo, in Oration.
Efficere contemptionem. In Philo. Magna uidebatur
mortis effecta contemptio.
Effectum dare. i.e. efficere. In Eunu. Effectum dabo.
Efficere epistolam scribere. Attic. Effeci epistolam
ad Cæarem.
Efficere facinora. In Pseud. Magna me facinora effi-
cere decet.
Efficere mandata. Att. Tu mandata office, quæ rece-
Efficere nuptias alicui, in And. (pisti.
Efficere officium. Plautus. Vestrum curate officium,
ego efficiam meum.
Efficere pollicita. In Phorm. Donec tibi id quod pol-
licitus sum, effecero.
Efficere processus. In Oret. Tantos processus efficie-
Effectum reddere. In And. Hoc ego tibi (bat.
profecto effectum reddam.
Efficere scientiā. In Phil. Scientiā putatur efficiere.
Efficere frequentem senatum, congregare, in Famil.
Efficere successionem. In Philos. Doloris motio suc-
cessio-

OBSERVATIONES.

cessionem efficit uoluptatis.
Efficere uoluptatem, in Philos.
Efficere in fœnus. Atticus: Ea uox in fœnus Pom-
peii, quod satis sit, efficit.
Efficere in usuram. Idem: Nec id satis efficitur in usu
ram mensuram.
Efficere ut. In Pseud. Si hanc bodie mulierem efficio,
tibi ut tu es sit. (per se.
EXPER gefacio, Flocefacio, Frigefacio, clarus satis
INFicere animum delitijs, desidia, languore, otio,
umbbris, Tuscul. 5.
Infici artibus, id est, imbuī, in Philos.
Inficiuntur apes fumo, id est, perduntur, Plin. lib. 1.
Infici luxu & peregrinis moribus, Liuius.
Inficere pocula uenenis, corrumpere, Vergil.
Infici opinionem prauitatem, in Philos.
Infictum ueneno, Suetonius.
Inficere uestem, tingere, in Trucul.
Infictum aliquid facere. In Casin. Volunt bac ut infi-
cta faciam.
Inficta dona facere, promissa non dare, in Most.
Infictum non potest fieri quod factum est, in Aul.
Infictum reddere, Plin. Inficta pace, in Eunu.
INFiciari, negare. In Amph. Quæ facta, inficiare.
Inficiari fecundus, in Philos. Inficiari id posset, in Cato.
Inficiatur omnia ea, quæ dudum confessa est, in Oist.
INFIT defectuum, pro incipit. In Aul. Infit ibi postu-
lare. Item: Infit dicere adulterinum esse. Item: Infit
percontarier. INTER-ficere, occidere.
Interficere aliquem exemplis pessimis. In Most. Ut dij-
deas omnime pessimis exemplis interficiant.
Interficere messes, perdere, cremare, Vergil.

LATINI SERMONIS

Interficit rubigo ferrum. Gell. Ferrum si exerceas,
conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit.
Interficere aliquem sibi, in Moſe.
Interficere aliquem uita. In Trucul. Me interficiſti
penè, & uita & lumine.
Interficere aliquem ueneno. In epistol. Eadem mulier
uirum & filium eodem tempore uenenis clām datis
uita interficeret.
LABEFACIO, LABEFACTO, LIQUEFACIO, LUCRIFACIO, OBSTRU
PEFACIO, inter sua quæc simplicia reperies.
OFFICERE, obesse.
Officere auribus. Sal. Timor animi auribus officit.
Officere aūſpitij. Offic. 3. Demoliri ea, quorum alti
tudo officeret aūſpitij.
Officere cauſe. In Orat. Quod ipſi cauſe aliqua ex
parte officit.
Officere excursionibus aduersariorum, id est, impe
dire, Cæſar.
Officere cōmodis. In Orati. Vbi tuis cōmodis officio?
Officere luminibus. Ibidem: Nec mentis quaſi luminis
officit altitudo fortunæ & gloriæ.
Officere cum accusatiuo. In Trucul. Ego te hic affa
tim officiam.
OLFACERE, odorare uel perfentificere, in Adelph.
PATEFACERE aditum, aperire. in Oration. Patefecit
earum rerum ipsarum aditum, quas querimus.
Patefactis Alpibus in Italiam traiecit, Plinius.
Pateficere aures affentatoribus, est credere, auſcul
tare, de Amicit.
Pateficere aures hominum. Plin. Illa actio mihi au
res hominum, illa ianuam famæ patefecit.
Pateficere fenestrām, dare occasionem. In Heauton.

Quan-

OBSERVATIONES.

Quantam fenestrām ad nequiciam patefeceris.
Patefacere ianuā famæ: uide, Patefacere aures boīm.
Patefacere iniurias. In Heccy. Tot meas iniurias, quæ
nunquam ullo patefecit loco.
PERficere aliquid, in Phorm.
Perficere promissa, in Andria.
PRAEficere animum corpori. In Orat. Eumq; ut do
minum atq; imperatorē obedientē p̄fæcit corpori.
Praficere aliquem bello, elephantis Indicis, procura
tioni, prouinciæ, regionib; rei alicui, &c. Cæſar.
Terent. in Oration. & Philos. in Eunu.
Praficere cum imperio. Cæſ. Nō ſolū urbis, ſed pe
nè uicis caſtellisq; ſingulis cum imperio praficiebā.
Praficere aliquem in exercitu, in Orat. (tur.
PR. Oficere, tantum ad ſe ſpectat ſecundūm Vallam.
Profici nobis. Att. Ita quidem nobis profici. i. prodef
ſe: quod uidetur contra Vallam. (poſit.
Proficere conſilio. In Fam. Cum conſilio profici nihil
Proficitur, impersonale. Pli. Memoria frequenti eme
datione proficitur. Proficere in literarum ſtudijs.
QV Arefacio, R-arefacio, ex ſimplicibus cognoscuntur.
REFICERE cedes, naues, muros, iſtaurare.
Reficere aliquem. Attic. Tyronis reficiendi ſpes eſt
in M. Catone.
Reficere animum, recreare. Refici labore. Plinius.
Reficere magistratum, de Officijs.
Reficere ſe. In Fam. Ego hic cogito commorari, quo
ad me reficiam.
Reficit me ſapientiſimi & iuſtiſimi uiri conſilium,
id est, recrēat, in Oration.
Reficere ſe ad. Ibidem: Ade autem quæ dicturus
sum, reficite uos quæſo iudices.

Refi

LATINI SERMONIS

Reficere se cū. Att. Ego ex magnis caloribus in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci.
Refici incipit. i. conualescere, Plinius.
SACRIFICARE genio suo summo Ioui, &c. Plautus.
SATISfacere alicui fidei.
Satisfacere cum accusatio, pro punire. Ad Heren.
Non conuenit censores istum satisfacere.
SIGNIFICARE credulum. De Senect. Hos significat credulos, obliuiosos. i. ostendit.
Significare dolorem oculis, uultu, gestu, digito, in Orationib.
Significatur dubitatio, in Famil.
Significata mihi gratulatio, Atticus.
Significatur impetus tantus oculis, &c. in Orato.
Significat magnum, Plinius.
Significat mean in eo parsimoniam huius paginæ cōtractio. i. ostendit, Atticus.
Significatur in tuis literis suspicio quedam.
Significatur tanta uis animi oculis, &c. in Orato.
Significare uoluntatem suam maximo cum clamore.
Significare de suis actis aliquid, Atti.
Significare in literis aliquid, diximus.
Significare inter. In Trucul. Sic isthuc uolo, ne interuos significetis. i. indicia faciatis.
SUFFICERE aliquid alicui, satis esse. Plinius: Mibi autem uel sola uoluntas sufficeret.
Sufficere animum alicui, suppeditare. Vergil. Ipse pater Danais animos uiresq; secundas Sufficit.
Sufficere consulem, substituere. In Oration. Ne sufficiatur consul, non timent.
Sufficit humorē tellus satis. i. subministrat, Georg. 2.
Sufficit umbo ictibus, Aeneid. II.

Suffi-

OBSERVATIONES.

Sufficere laboribus. Plin. Eademq; firmitate animi laboribus sufficit, qua nunc otium patitur.
Sufficere prolem, substituere. Georg. 2. Atq; alia ex alia generando suffice prolem.
Sufficere purporam, inficere, maculare. In Famil. Ut ij qui conuiujs purporam tamen sufficiunt.
Sufficere uires, sustinere. Cæs. Nec iam uires sufficere cuiusquam, nec ferre operis laborem posse. uide, Sufficere animum.
Sufficere ad. Quintil. Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat.
Sufficere ad locum alterius. In Famil. In cuius locum suffectus sum.
Sufficere absolute. Aeneid. 5. Nec tendere tantum sufficiimus.
Sufficit impersonale, ut: sufficit scire quid bonum.
T. Abefacio, Testificor, Velificor, simplicibus, ex quibus descendere uidentur magis, adnumerabimus.

F A L L O.

Fallere aliquem, decipere, à fando dictum. In And. Nihil me fallis, id est, te noui, non me decipiis. Fallere te nullus uult, qui tibi dira minatur.
Fallere aliquem aliquid, ignorare. In Fleauto. Nihil me fefellit. In Flecyr. Non Polnutrum me fallit, id est, sat scio. In Phor. Nisi quid me fefellerit. In Fleauton. Num me fefellit bosce id struere? id est, num sciui.
Fallunt ædes. Terent. Non me tuæ fallunt ædes, id est, optimè noui.
Fallit ætas, dum occultè labitur. Quid. Labitur occulterè, fallitq; uolubilis ætas.
Fallit alea, Florat. Perraro hæc alea fallit.

Fallere

LATINI SERMONIS

*Fallere amorem, posthabere. Aeneid.4. Infandum si
fallere posse amorem.*
*Fallit animus. In Men. In Heaut. In Phor. Nisi me a-
nimus fallit. Fallunt anni, idem quod fallit etas.*
*Fefellerunt casus uarij spem cogitationum & consi-
liorum meorum, in Orat.*
*Fallit me meus conatus, cura. Aeneid.6. Nec me mea
cura fellit.*
*Fallere curam uino, somno, pellere. Horat. Iam uino
quærens, iam somno fallere curam.*
Fallere depositum, non seruare, non reddere, Met.5.
Fallere desiderium alicuius.
Fallere dextram, non seruare fidem, Aeneid.6.
Fallere diem, terere. Fallere dolis, in And.
Fallere expectationem parentum, uel alterius, Eras.
Fallere fidem, id est, soluere, de Offi.
*Fallere fraude. In Oration. Omni fraude & perfidia
fellit.*
Fallere herum, in Heaut. in And. (bor.)
Fallit impensa in aliquæ collatae. Fallit me meus la-
Fallere labore, est intermittere, aut mitigare, Hor.
Fallere liberos parentibus, abstrahere, in Rud.
Fallere lumina, idem quod, fallere oculos, Mat.4.
Fallere otium, discutere, laborare, rei operam dare.
Fallere oculos, perstringere, præstigiare.
*Fallunt opera, id est, ex operibus, constat impostores
esse. in Pseud.*
Fallit me mea opinio.
*Fallere opinionem alicuius. In Oratio. Confiteatur
ne esse est, te multam opinionem fecelliſſe.*
*Fallere parentum expectationem, fallere parentibus
liberos.*

Falle-

OBSERVATIONES.

Fallere perfidia, diximus.
Fallere postico effugere per posticum, Horat.
Atria seruantem, postico falle clientem.
Fallere promissum, est non stare conuentis.
*Falli sermonis. Plaut. Nec sermonis falleretur tamen
quem loquerentur, Phrasis rara.*
Fallere sicutum, Ci. Fallere somno curam, dictum est.
Fallit spes aliquem. In Fam. Quæ ne spes cum fallat.
Fallit spem aliquid, uide. Fallunt casus.
Fallere tedium, pellere. Fallere technis. In Heaut.
*Fallit neteinas technis per seruum. Fallere tempus,
terere.*
Fallit tempus, pro præterit citio, occulte.
Fallere uino curam, diximus.
*Falli à Horatius: Fallimur à placidis uerbis, multu[m]
sereno.*
Falli ab. In Eunu. Ut ab illis fallimur. (rat.)
Fallere per. Liui. Qui per biennium fefellerat. i. latue-
Falli per seruum, in Eunu. in Heaut.
Fallere aperte, in And.
*Falsus paſiu[m]. Ibid. Falsus es. Falsus actiu[m]. Vergil.
Solem quis dicere falsum Audeat?*
*Falsa causa, falsum gaudium, falsam gratiam intre, fal-
sa lites, falsa lachrymula, falsa sollicitudo, falsum
sonnum, falsa spes.*
Falsus animi. Terent. Ut falsus animi est. i. errat.
*Falsum habere, decipere. Salu. Nec ea res me falsum
habuit.*
*Refellere quod dictum est, arguendo falsum ostende-
re. (dem refelleret)*
Refellere aliquem. In Philos. Si eſſes Orestes Pyla-
*Refellere aliquid. Terent. Cū tu horum nihil refelles,
uincam*

LATINI SERMONIS

uincam scilicet, id est, cum factū fuerit nō negabis.
Refellere institutum uerbis. Cic. Subtilitate quadam
dībutandi refellere eorum instituta solebat uerbis.
Refellere orationem. In Oratio. Oratio testium refel-
li solet.
Refellere fine. Tusc 2. Et refellere sine pertinacia,
& refelli sine incurdia parati sumus.

PASTIDIO.

Festidire, cum factū contemnere, accusatiūm, ablati-
um & genitiūm admittere reperitur. Lucil. Fa-
stidimus honorū. In Euco. Si te hic fastidit Alexis.
Fastidire aliquem factis, in Orationib.
Fastidit me, in Aulu. Phrasis Plautina.

FATEOR.

Fateri aliquid, agnoscere. In And. Fateror id quoq.
Fateri alicui. In Aulu. Quid fatear tibi? In Capt.

Hic fassus est mibi.

Faterere omnem in ordine rem, in Gasin.

Fateri uerum. In Trucu. Si uerum mibi eritis fasse.
Ouid. Turpe quidem dictu, sed si modò uera fate-
mur. Vulgus amicitias utilitate probat.

Fateri de. In Mostell. Etiam fatetur de hospite?

CONFITERI. In Trin. Egomet fecisse confiteor. In O-
ration. Hoc ego non solum confiteor, uerū etiam
profiteor.

Confessa hostium obsequia, id est, manifesta. Plin. In
confesso esse. In confessum uenire. i. palam, idem.

DIFfilteri, negare.

PROfilteri, est assignare, quantum numerum uini, o-
lei, frumenti, iugerorum pecuniae, uel aliarum rerum
quilibet habeat. Cardin.

Profilteri aliquem aliquid. De Amic. Qui ista profi-
tentur

OBSERVATIONES.

Tentur, id est, docent. Plin. Audisti'ne Valerium
Licinianum in Sicilia profiteri? Profiteri artem
aliquam, scire docere.

Profiteri frumentum. Liuius: Profiteri cogendo fru-
mentum.

Profiteri impudentiam. In Orationib. Quiq; ad hanc
rē, aut potētiam, aut impudentiam suā profisi sunt.
Profiteri indicium, sponse indicare rē aliquam. Plin.

Quym illa profiteretur indicium.

Profiteri iugera. In Oratio. Iugera profesi sunt ara-
tores omnes.

Profiteri iugera numerum uerē, ibid.

Profitebor me ei magistrum, Attic.

Profiteri nomen. Terent. In his Poëta hic nomē pro-
fiteretur suum. i. se unum ex his esse fatetur.

Profiteri nomina. Liuius: Profiteri odium bonorum.
Plin. Profiteri operam suam. In Oratio. Ut ad ea

tollenda operam suam profiteretur.

Profiteri pecuniam, Liuius.

Profiteri philosphiam, in Philos.

Profiteri potentiam: uide, Profiteri imprudentiam.

Profiteri prædam. In Ora. Quantum habeat præde,
i manubiarum, auri coronarij, profiteatur.

Profiteri se, operam suam offerre. Attic. Mirandum
in modum profitentur. i. offerunt se, pollicentur.

Profiteri se docere. In Orato. Alij: multi tempori-
bus eiusdem docere se profitabantur.

Profiteri se sapientem, de Senect.

Profiteri studium suum. Atti. Italice sua uobis studia
profidenti remissis. i. offerenti.

Profiteri uoluntatem. In Famil. Fructuosissimam esse

professionem bona e voluntatis.

B B Prof-

LATINI SERMONIS

Profiteri ad. De re Rust. Ad publicanū profitetur.
 Profiteri in. Cell. Aut profitebore in triduo proximo.
 Profiteri intra. Sal. Quod intra legitimos dies profiterine nequirit. Profiteri palam. i. liberè, Liuius.
 Profiteri uerē: uide, Profiteri iugera.
 Profiteri, loqui. In Capt. Quis profitetur inquam? quasi muti silent.

F A V E O.

Fauere, fauorem facere, à fando. In Eunuch. Illi fauor uirgini.
 Fauere animis, linguis, silere. In Philos. Ut fauerent linguis imperabatur. Oui. Linguisq; animisq; fauete.
 Fauet literatis, in Famil.
 Fauere ingenij, seu Musis, est rei literariae benē cuper. Metam. 8. Que fauet ingenij. Horat. Ingenij non ille fauet.
 Fauere ore. Vergil. Ore fauete omnes, id est, fauoris indicium exhibete.
 Fauere precibus, proposito, sententiæ alicuius.
 Fauet uentus ccelo pelago, quum est serenitas. Ouid.
 Sæpè uidens uentos ccelo pelagoq; fauentes.
 Fauere uerbis, tacere. Meta. 5. Verbis fauet ipsa suis.
 Fauere absolute, profilere. In prologo Andrie: Faute, adeste & quo animo.

F E N D O.

Defendimus tam id quod damnum infert, quād cui dānum infertur.
 Defendere auctoritate caussam. De Amic. Re magis quam auctoritate caussa illa defensa est.
 Defendere exemplis. Plin. Defendere hostes, repellere. Cell. Hostes defendebat à pinnis facilimè.

Defen-

OBSERVATIONES.

Defendere ignem. Cef. Quibus ignis iactus &c lapi-des defendi possent, id est, que ignibus atq; lapidibus misis obstatre possent.

Defendere iniuriam alicui, uel ab aliquo. In Mostel. Maximā q; bis iniuriam foribus defendat? De Offi. Qui non defendit iniuriam, negat propulsat a suis.

Defendere locum suum, in Orat.

Defendere noctiam, in Phor. Defendere se, Planc.

Defendere solis ardores, de Senect.

Defendere solstitium pecori, Aeclo. 4.

Defendere uim, obstatre ne uis inferatur, in Rud.

Defendere à frigore aliquem, in Bucol.

Defendere aliquem contra iniquos, in Oratio.

Offendere aliquem. In Eunu. Offendi quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem. i. incidi. In Hecu. Texentē telam studiosè ipsam offendimus. i. inuenimus.

Est etiam iratum reddere. Suet. Parentes eius Augustum offenderant.

Offendit aliquè aliquid. In Fam. Quod quenq; me leuolentissimum iure posse offendere. i. ledere.

Offendere aliquem aliquo. In Curc. Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam.

Offendere impantanum aliquem, in Fam.

Offendere latu s uebementer, ibid.

Offendere scopulum, in Oratio.

Offendere sibi. In Fam. Si qd offenderit, sibi rotum, nibil tibi offenderit. Offendere uscico aliquè, in Poen.

Offendere ad. Vitruvius: Si ad Asiam offenderint calculi.

Offendere apud aliquem, in malam opinionem incidere, in Oratio.

Offendere in aliquo. Atticus: Si quis est in quo iam

B B 2 offer-

LATINI SERMONIS

offenderis, id est, quem peccasse intellexeris. Ibidem:
Si quid offendimus in genero nostro, id est, si quid
peccauit nobis gener.
Offendere in arrogantiam. In Orato. Minus in arro-
gantiam offenderentur.
Offendere in exercitu. In Famil. Si quid in his exer-
citiis offenditur, id est, si quid damni factum sit.
Offendere in tenebris, impingere. In Famil. Quis est
tam lynceus, qui in tantis tenebris nibil offendat.
Offendere aliter. In Phil. Omnia aliter offendisset.
Offensum est impersonale. In Orat. Si tantulum offen-
sum, titubatumque sit.

F E R I O.

Ferire femur dexterum, in Mil.
Ferire foedus, compactum facere, militare est. Cice-
ro translulit ad amantes. In Orat. Ut tu amorum
turpisimorum quotidie foedera ferires.
Ferire fores, i. pulsare, in Amph.
Ferit fortuna multa, in Offi. Ferire frontem, Attic.
Ferire iugulum, inferre mortem.
Ferire malam nequitter, in Amphit.
Ferietur alio munere, id est, ei rursus donandum erit;
in Phorm.
Ferire palma compressa, porrecta, in Casin.
Ferire pactum, id est, quod ferire foedus.
Ferire sydera laude, est celebrem esse. Horat.
Feriuntque summos Fulgora montes.
Referire, repercutere. In Adelph.
Referire non audebam.

F E R . R . E.

Ferre aliquid, portare. Ferimus autem minus aliquid
in proprio corpore, ut anulum, librum. Porta-
mus

OBSERVATIONES.

mus que grauiora, corpore iumenti, vel proprio; ut
agnum, vitulum, porcum. At miscetur utrungq.
Ferre aliquem, pati. In Phorm. Ego te complures ad-
uorsum ingenium meum menses tuli, Terent.
Ferre ambitum alicuius animo forti atque obfirmato,
in Amphit.
Ferre acceptum: uide, R. ferre acceptum.
Fert adolescentia, id est, adfert. In Adelph. Quae fert
adolescentia, ea ne me celet, consuefec filium.
Ferre aduersa, pati. Fert etas. In And. Dum licitum
est ei, dumque etas tulit. Ferre ex quo animo, in And.
in Phorm.
Ferre aliquid aliò, est scipiùs re loco mouere, Salust.
Ferri ambitione, amore, angore. Fert amor, impellit.
Ferat animus modestè isthac, i. perferat, in Phorm.
Fert animus, id est, cupid. Metam. i. In noua fert ani-
mus mutatas dicere formas Corpora.
Si modò fert animus, id est, placet. Aeclo. 9. Omnia
fert etas, animum quoque, id est, aufert.
Ferre animum in aliquid dicimus, cum eius desiderio
afficiuntur, Metamor. i. Horatius.
Ferri animo forti atque obfirmato, diximus.
Ferri aqua prona. Ferre arbitrio, Horatius.
Ferre argentum. In Asin. Tu ne hoc feras argentum
aliter a me?
Ferre arma contra patriam, bellare, de Amicit.
Ferre auxilium. In Oration. Huic ferri auxilium non
oportet.
Ferre auxiliares manus.
Ferri avaritia. In Orat. Feruet ferturque avaritia.
Ferre auras, est affuscerre aeris varietati, Georg. 2.
Ferre ea: uide, ferre furcam. Fert bellum, Salust.

LATINI SERMONIS

Ferre casum, dare. Atti. Ut quicq; fors tulerit casum.
Ferre catulum. Martialis: Formosum catulum simia nulla tulit.
Fertur coluisse, Aen. i. Ferre conditionem, offerre.
In Orat. Hanc conditionem misero ferunt.
Ferre commodum. Horat. Multa ferunt anni uenientes commoda secum.
Fert conjectura. Attic. Nos ut opinio Ḡppes G conjectura ferat.
Ferre contumelias, pati, in Mercat. Ferre conunam alicui, in Sticho.
Ferri crudelitate, duci. In Orat. Quam cæcan crudelitate G scelere ferri uidetis. Ferri cupiditate.
Fert uos cura, id est, impellit. Ferri curru, cursu.
Ferre desiderium alicuius, de Amic. in Oration.
Ferri dolore. Vergil. Iustus in hostem Fert dolor.
Ferre donum, pro obtainere. Ferre exequias.
Ferre exp̄sum, expensorū rationē referre in tabulas.
Ferre expensum muneribus. Attic. Ne tu expensum muneribus ferres. Ferre fallaciam, inferre, in Poen.
Fert fama. Ferre famam, burgere, in Persa.
Ferre fata aliquem dicuntur, quum sibi bauc aut male res cadunt preter expectationem. Ouidius: Sic il lum fata ferebant.
Ferre flagitia, afferre. In Adel. Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis.
Ferri flumine aduerso, Aeneid. 8.
Ferre fortunam eandem. Cæs. Ferre fraudem. Attic. Id mibi fraudem tulit. Ferre fructum ab aliquo, Cæs. In Adel. Hoc fructi pro labore ab his fero.
Ferre furcam, sceleratorum est, in Phil.
Ferrisfurijs. Aeneid. 4. Heu furij accensa feror.

OBSERVATIONES.

Ferre gaudium. Ferre gradum, ire, in Mercat.
Ferre honorem alicui, exhibere. Aeneidos S.
Ferre hyenum. Aeneid. 3. Noctem hyememq; ferens,
Ferre ignominiam. In Philo. Ferri illecebris.
Ferre imaginem alicuius, in Captei.
Ferre impetum, Cæs.
Ferre incommodū. Mantuanus: Cōmoditas omnis sue fert incomoda secum. Ferre indignitatem, in Fam.
Ferre ineptias. Ferre infamiam. In Famil. Ferre inferias.
Ferre infortunium. In Adel. Ferre infortunium forti animo. Cic. Ferri infortunio.
Ferre iniuriam, in Orat. Ferre inopiam, Cæsar.
Ferre inultum, in Heaut. Ferri ira.
Ferre indicem, Liu. Ferre indicia, præscribere.
Ferri iudicio multitudinis, de Offic. Ferre iudicium, Horatius.
Ferre iugum, id est, imperium, idem, Plautus.
Ferre iura, edicere, præscribere, Metam. i.
Ferre iusta funebria, Aeneid. 9. Ferre laborem cogitandi, in Orationib.
Ferre lætitiam, in Capt. Attic. Ferri lætitia.
Ferre aliquem laude, laudibus efferre, Plinius.
Ferri laude. Pueri laude feruntur in studia.
Ferre laudem, obtainere. Cæsar: Maximam inter suos ferunt laudem.
Ferre laudes carmine: uulgò, responsorium canere, Ouidius.
Ferre legem uel leges, præscribere, edicere. De Offic. Dum legem Agrariam ferret.
Ferre legem per uim, in Orat.
Ferre lege aliquid, ibid. Fert libido multa, Terent.

LATINI SERMONIS

Ferre loco ignominie, Cæsar. Ferre lucem. Plinius:
Lucem ferre condisco. Ferre malum fortiter.
Ferre manum, conferere, uel dare manum, Vergilius.
in Trucul.
Ferre manus: uide, ferre oculos. Ferre se medium.
Ferre mercedem, accipere, Plautus.
Ferre miseras, molestias, in Adelph. in Eunicho.
Ferre manus, nancisci. Ouid. Quoduis pete munus, me
tribuente feres.
Fert natura. In And. Ex animo omnia, ut fert natura,
facias. Ferri nauis.
Ferre nomen in astra, est celebrem reddere, Aen. 7.
Ferre nugas. Horatius: Haud facile fert nugas, id est,
non admittit.
Ferre oculos, representare. Aeneid. 5. Sic oculos, sic
ille manus, sic ora ferebat. In Oration. Non ferent,
inquam, oculi Saxum.
Ferre oculos hic et illuc, circumspicere, Aeneid. 8.
Ferre odium pro labore, Terentius. Ferre opem, iu-
uare, idem.
Fert opinio: uide, fert coniectura.
Fert optatum. Plaut. Dij tibi omnia optata ferant.
Ferre opus cum labore, tolerare, in Amphit.
Ferre ora: uide, ferre oculos.
Ferre oratorem perfectum, producere. In Orationib.
Hac etas primum Athenis oratorem propè perfec-
tum tulit.
Ferre osculum, osculari, Plin. in Amphit.
Ferre palmam, habere, Atticus.
Ferre parentem, tolerare. In Heaut. Quem ferret, si
parentem non ferret suum? (partem feram.
Ferre partem alicui. In Adelph. Ego illi maximam
Fer-

OBSERVATIONES.

Ferre pedem, ire, in Menach.
Ferre pedem intrò, retrò, ibidem.
Ferri pede incerto, cassabundè ire, Horatius.
Ferre paenam, Cæsar. Ferre pomparam, in Sticho.
Ferre posteriores. In Adelph. Si id fit dando atq; ob-
sequendo, non posteriores feram.
Ferre prædam. In Oration. Qui ab eo partem præde-
tulerunt.
Ferre præmium. In Eunuch. Quoduis donum et præ-
mium a me optatum feres.
Ferre præmia digna, præmia sua, recōpensare, Aen.
Ferre preces, offerre, Poëticum. Aeneidos s. Iunoni
fer ritè preces.
Fero præmium ob stultitiam, in Andria.
Ferre primas, subaudi partes, in Orat.
Ferre priuilegium de aliquo, de Offic.
Ferri procella, fortune ius pati, Aeneidos 7.
Ferunt prudentiam cani.
Ferre punctum omne, omnium laudem asequi. Horat.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.
Ferre questionem de aliqua re, et in aliquem, in Ora-
tionib. et in Orato.
Ferre quod. In Aulul. Quod dij dant, fero. In Phorm.
Quod est ferendum, feras. Quod meritus est, ferat,
id est, luat. In Mercat. Quod posces, feres.
Ferre regnum, in Fam. Ferre repulsum, in Orat.
Fert res, opportunum est. In Andria: Dum res tulit.
Item: Quod res ipsa fert. Idem: Res nunc non fert.
Ferre reffonsa, Aeneid. 9. In Oratio. Cum a me quoq;
id reffonsum tulisset. Ferre rogationē, in Oration.
Ferre rogationes ad populum, Cæsar.
Ferre salutem alicui, in Poen. in Afrin.

LATINI SERMONIS

Fert sapientiam studium literarum.
 Ferri scelere: uide, ferri crudelitate.
 Ferre scelus, Atticus.
 Ferre scripta. In Ora. Eius scripta quædā feruntur.
 Ferre se, ostentare. Aen. 4. Quem sese ore ferens, &c.
 Ferre sententiam de hominum fortunis, in Oration.
 Ferre sapientiam per tabellas, Salustius.
 Ferre seruitur, in Capt. Ferre signa militiae, Horst.
 Ferre sim, Plin. Ferre solitudinem, idem.
 Ferre sortem quicquam dicimus, cùm pro euentu suc-
 ceferit, Aeneid. 2.
 Fert nos spes: uide, fert coniectura.
 Ferre sublimem aliquem, tollere, in Men.
 Ferre subsidium, Cæs. Ferre suffragia, Atticus.
 Ferre supprias, in Epid. Ferre supplicium, Attic.
 Ferre suprema alicui, est iusta funebria peragere,
 Aeneidos 6.
 Ferre tabellam, Asconius.
 Ferre tacitum, Attic. Si reprehenderis, non feres ta-
 citum, id est, respondebo.
 Fert tempus. In Andria: Dum tempus ad eam rem tu-
 lit. Ibidem: Dum etatis tempus tulerit.
 Fert terra aliquid, id est, producit. Verg. Si duo præ-
 terea tales Idæa tulisset Terra uiros.
 Fert nos timor, impellit. Ferri timore.
 Ferre tribum, in Orationib.
 Ferre tumultum. Horatius: Quid iste fert tumultus?
 id est, præstendit.
 Fert uentus nostra gaudia, iussa, uerba, spē, cùm fru-
 strares fit. Verg. Ferre uidet sua gaudia uentos.
 Fert uetus naues. Cæs. Quò uetus ferebat. (cunt.
 Ferre uestigia. Liu. Si forte eo uestigia ferunt. i. du-

Fer-

OBSERVATIONES.

Ferre uetus state. De Offic. Ea uina, quæ uetusatem
 ferunt.
 Fert uia illuc, dicit, Aeneidos 7.
 Ferre uiam uento facilem. i. date, Aeneidos 3.
 Ferre uim. In Andria: Sed uim ut queas ferre.
 Ferre uoces pectore, est non aliter loqui atq; cogita-
 mus, Aeneidos 3.
 Fert uoluntas. In Famil. Quantum tua fert uoluntas.
 Ferre uoluptatem, in Hecyra.
 Ferre uota sua secū, est pro arbitrio facere, Meta. 6.
 Ferre uentrem, de re Rust.
 Fert usus. In Oration. Ut ipsorum usus ferebat.
 Ferre uerū, grauidā esse, Eras. Ferre uulnus, Att.
 Ferre ad æthera. Aeneid. 8. Factis fer ad æthera.
 Ferre ad astra. Aeclo. 4. Daphnim ad astra ferenus.
 Ferre ad cœlum, supra modum laudare, in Oration.
 Ferre aliquē ad cœlum, iure, rumore secundo, uerbis,
 uirtutis gloria, cum summa laude, uere, Cic.
 Ferre ad populum rogationes, Cæsar.
 Ferre ad plebem. In Qratio. Nihil ad plebem latum ef-
 sedico.
 Fertur ad saxa nauis, in Rud.
 Ferre ad Senatum, Iuris uox.
 Fertur ad terram, tendit, declinat. de Senect.
 Ferre ad undas. Aeneidos 7. Hinc uia Tartarei que
 fert Acherontis ad undas. Ferre cum labore opus.
 Ferre contra patriam arma, quære superiū.
 Ferre legem de agro Gallico & Piceno uiritim diu-
 dēdo, in Oration. Ferre de authoritate præscripta.
 Ferre de iudicio aliquid, ibid. (Att.
 Ferre se in auro. Aeneid. II. Ut se ferret in auro Ve-
 natrix.

Xen.

LATINI SERMONIS

Ferre in celum aliquem. Alij legunt, ad. in Famil.
Ferre in lucem, in medium.
Ferre in notitiam alicuius, Plinius.
Ferre in oculis aliquem, ualde diligere, in Philip. in
 Famil. Sed Terentius in Eunuco suppedit fero:
Rex te ergo in oculis.
Ferri in præcips, præcipitari, uel malo infortunio
perire, Metamor. 2. *Ferre in publicum.*
Ferre in uota, est peculiari rerum affectu teneri.
Fero ob stultitiam pretium, dictum prius.
Ferre legem per uim, diximus.
Ferre per urbem omnia: uide, ferre palam.
Ferre præ se, repreſentare, demonſtrare. Cic. Omni-
 bus inimicis Reipub. eſſe me acerrimum hostem præ-
 me fero.
Ferre pro aliquo. In Famil. Pro eo, ac debui, grauitate
 moleſteq; tuli.
Ferre pro labore odium: quære, ferre odium.
Ferre sub auras, Aeneidos 2.
Ferre agrè. In Heaut. Arg. egrè ferat.
Ferre apertè. Attic. Lætitiam apertissimè tulimus
 omnes. Ferre durius.
Ferre eò. Liuius: Si forte eò uestigia ferunt.
Ferre facile: uide, ferre nugas.
Ferre foras, id est, in publicum. Terentius: vides pec-
 catum tuum eſſe elatum foras.
Ferre fortiter. In Asinar. Qui malum fert fortiter.
 Cic. Ego meum casum fortiter ferre uisus sum.
Ferre grauitate. In And. Omnes qui amant, grauitate
 sibi dari uxorem ferunt. Ferre impatienter.
Ferre indignè. Fertur in primis, Terentius.
Ferre lente. Att. Qui hac tam lente, ego fero, ferret.

Fer-

OBSERVATIONES.

Ferre male, moderatè. De Amic. Ferre modestè.
Ferre molestè. In Famil. Grauitate moleſteq; tuli.
Ferre molliter. De Senecl. Quod ferendum est molli-
 ter sapienti.
Ferre obscure. In Oratio. Neq; id obscure ferebat.
Ferre occultè. In Adel. Neq; id occultè fert, id est, nō
 calat factum.
Ferre palam, id est, in publicum. In Mil. Nos palam
 ferre nunc per urbem haec omnia.
Ferre patienter, Barb. patientiam habere.
Ferre quin. In Amph. Non feret quin uapulet, id est,
 non effugiet.
Ferre secū: uide, Ferre cōmedium, & ferre incōmodū.
Ferre susq; deq; est ut curū p̄ pati, in Amph. & Gell.
Ferre uere: uide, Ferre ad cœlum.
Fertur uulgo, id est, omnibus in ore est.
 Non temerè est, quod uulgo fertur.
Ferunt dixisse, de Amic. Ferunt hoc animo interfā-
 suisse, de Offic.
Afferre aliquem. Terent. Attulit hunc puerum.
Afferre accessionem. Ad paternas magnas, & uete-
 res & iustas necessitudines magnam attulit acceſsi-
 onem tua uoluntas erga me. i. addidit.
Afferre acerbitatē. Attic. Quantam acerbitatē
 afferat socijs.
Afferre iumentum ad aliquid. de Offic.
Afferre agritudinem alicui. Terent.
Afferre aē alienum alicui, in Famil.
Afferre aētatem. Cic. An aētatem afferet, id est, caus
 habitur?
Afferre animum alicui. Attic. Aliquantum animi
 detur attulisse Labienus.

Afferre

LATINI SERMONIS

Afferre animum auribus, iufsis, lectioni, studijs.
Afferre autoritatem orationi, in Oratio.
Afferre autoritatem in iudicium, in Oratio.
Afferre auxilium, in Adelph.
Afferre calamitatem innocentis, in Oratio.
Afferre caußam, Terentius.
Afferre cladem magnam Pop. Roman. in Philo.
Afferre celeritas nobis ipsis celeritatem.
Afferre commutationem loci, voluntatis, Attic.
Afferre concordiam alicui, in Oratio.
Afferre conjecturam hominibus, in Oratio.
Afferre consilijs quid alicui, Attic.
Afferre constantiam alicui, de Officijs.
Afferre crimen falsum innocentis, in Oratio.
Afferre curulum artibus, in Oratio.
Afferre curam ancipitem cogitandi, de Offic.
Afferri curatio nulla maior mibi potest, in Fam.
Afferre delectationem alicui, ibid.
PRÆfinire diem. In Oratio. Præfinit enim successor i diem. Ibid. Quæ dies in lege præfinita est.
Præfinito loqui, subaudi tempore, in Hecy.

FIRMO.

Firmare, stabilire. Firmare etatem. In Oratio. Quorum quum adolescētiae cupiditates deserbuissent, eximia uirtutes firmata iam etate extiterūt, id est, ubi natu grandes facti essent.
Firmare animum. Ibid. Firmiore animo præditis.
Firmari corpora iuuenum labore uoluerunt, Cic.
Firmare corpus medicaminibus multis aduersus uenena, Plin.
Firmare dotem, in Heaut.
Firmare fidē. In And. in Hecy. Ei rei firmas si fidem.
Firmare fidem dextera, fabulis, iuramento.
Firmat magnis eum locum munitionibus, Cæs.
Firmare minas rebus. Quid. Reg minas firmat.
Firmata uetus opinio est omnium gentium consensu.
Firmare promissa factis.
Firmare prouinciam cum pace præsidij, Ci. in Ph.
Firmata iam stirpe uirtutis, in Oratio.
Firmatis suis ex terrore, Cæs.
CONFirmare alicui. In Fam. Balbus mihi confirmavit te diuitem futurum.
Confirmare etatē. In Fam. Confirmata iam etate.

LATINI SERMONIS

- Confirmare amicitiam. In Famil. Recuerca confirmata amicitia.
- Confirmare animum. In Aulu. Volui animum tandem confirmare meum.
- Confirmarunt castellum magnis munitionibus, multisq; tormentis.
- Confirmare consilium. In Oratio. Quam sibi nondum confirmato consilio, sed ineunte etate suscepereat.
- Confirmatum hoc in uno incommodum, Cic.
- Confirmare ingenium. De Offi. Omnid; amicitiae corroboratis confirmatisq; ingenij & artibus iudicande sunt.
- Confirmare manum. In Oratio. Et suam manum iam confirmarat.
- Confirmat Lentulus gladiatores libertate, Cæs.
- Confirmarunt omnes Cæsaris opes, Atti.
- Confirmare opes factionis. Sal. Mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmant.
- Confirmare pacem. In Orat. Pax deniq; per eum & per liberos eius cū præstantissimis ciuib. confirmata est.
- Confirmare periurium. In Oratio. Ut quā minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumq; periurium.
- Confirmant profectionem lege in tertiu annum, Cæs.
- Confirmare se, ualeitudinem & uiires recuperare. In Fam. Quum te benè confirmaris, ad nos uenias.
- Confirmare se ad omnia, in Oratio.
- Confirmo me ad eius uoluntatem, in Fam.
- Confirmare s̄pem reliqui temporis, in Oratio.
- Confirmare ad. Attic. Confirmavi ad eam cauſam etiam Furnium nostrum.
- INFIRmare aliquid. In Orationib. Omnes moras interpon-

OBSERVATIONES.

interponis, quibus infirmetur Brutus.

Infirmare notam. Ad Her. Et infirmat imaginū no-

Infirmare sententiam. Ad Heren. Ea sen-

(tas.)

tentia contemnetur & infirmabitur.

Infirmare ueritatem, debilitare, in Oratione.

OEFIRMARE, firmum propositum in animo habere.

In Bacch. Ego istibuc habeo obfirmedum.

Obfirmare animum, Plin. In Amphit. Animo forti atq; obfirmato.

Obfirmare se. In Heaut. Ne tam obfirmate.

Obfirmare uiam. In Hecy. Certum est obfirmare ui-

am me, quam decreui persequi.

FLAGITO.

Flagitare est ut hemeter exigere, & plus q; posulare.

Cic. Tamen quia postulat, non flagitat, præteribo.

Flagitare aliquem. In Pon. Neg; nos quenquam flagi-

tamus, neg; nos quisquam flagitat.

Flagitare cum duobus accusatiuis. Id quod ille me

flagitat, in Oratio.

Flagitari clamore. In Men. Illum clamore uidi flagi-

Flagitare ab. Cæsar: Ab Heduis frumentum, quod

effent polliciti, flagitat.

Flagitare ad. In Fam. Hirium cuncti ad non facien-

dum flagitare.

Flagitare ut. In Merc. Flagitas me, ut eloquar.

EFLFLAGITARE, cum clamore & instantia magna

flagitare. Quintil. Efflagitasti quotidiano conui-

tio, ut libros, &c.

FLAGRO.

Flagrare, ardere. Flagrare bello. In Oratione. Fla-

grantem bello Italianam, iuxatam, oppressam bello.

Flagrare cupiditate, in Orat.

EE

Flagra-

LATINI SERMONIS

Flagrare desiderio rei. Atticus.

Flagrare infamia. In Oration. Graui diuturnaque iam flagramus infamia.

Flagrare inopia. Salust. Flagrantes inopia & cupiditatibus.

Flagrare infamia, inuidia. Attic. in Oration.

Flagrare libidinibus. Sueton. Sed maximè flagrabat libidinibus in mulieres, usq; ad infamiam oris.

Flagrare oculos alicuius, in Oration.

Flagrare studio. In Orat. Incredibili quodam nostri homines studio dicendi flagrauerunt.

Flagrat studium. Salust. Ut cuiusq; studium ex etate flagrabat.

Flagrare uitio aliquem, flagrat uitium apud aliquem, flagrare ad aliquid uitium dicimus.

Flagrare ad. Salust. Ille flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obcundam.

CONflagrare inuidia, in Oration. Plin.

FLAMMO

INFLAMMARE aliquem. In Famil. Non feci inflammandi tui caussa.

Inflammare aliquid. Attic. Inflammatum bellum uidetur, in Famil.

Inflammari cupiditate, iracudia, de Amic. in Philos.

Inflammare inuidiam concionibus & legibus, id est, excitare, maiorem efficere, in Oration.

Inflammare odium suū, ibid. Inflammare tædas, ibid.

Inflammare uerbis aliquem, ad iram provocare, ibid.

Inflammari ad gloriam, in Famil.

FLECTO.

Flectere, inclinare. Flectere animū, mutare. In Eccl. isthuc est sapere, qui, ubi cū opus sit, animum positis flectere.

OBSERVATIONES.

Flectere arcum in aliquem, iaculari. Metamor. 4.

Flectitur avis in gyrum, ut ciconia, milvus. Metam. 2.

Flectere ceram in uartas formas. Metam. 10. Cera remollescit, multas que pollice tracta flectitur infaciens. Alij legunt, uertitur. Flectere currum.

Flectere equos in gyrum. Flectere gressum.

Flectere iter. Huc flectimus iter.

Flectere iuuenços, Georg. 2.

Flectere lacertos posse terga, cōpetit dānatis, Met. 6.

Flectere lacrymis, muneribus aliquem.

Flectere Leucatem molestem uidebatur, id est, circuire, Atticus.

Flectere mentem. In Oratio. Mentes suas ad nostrum imperium nomenq; flexerunt.

Flectere oculos. Metam. 10. Flexit amans oculos.

Flectere ora. Ovidius: Oraq; retro flexit.

Flectere orationem ad propositum.

Flectere plaustrum, Metam. 10.

Flectere precibus aliquem, uel flectit preces aliquem. Met. 2. Neue preces aios & uerba precatia flectat.

Flectere promontorium, circuire, in Phil.

Flectere superos, precibus mouere. Aeneid. 7. Flectere si nequeo superos, Acheron tamuebo.

Flectere sententiam, mutare, Salust.

Flectere uerba ad propositum.

Flectere uiam, uitare. Aeneid. 5. Flecte uiam uelis.

Flectere uultū. Met. 4. Vultusq; suos flectebat ad ill.

DEFlectere ceruicē, mentes superbas. (lum.

Deflectere rānum, Colum.

Deflectere à patris auiq; præstabiliti insigniū uirtute, in Oration.

Deflectere ad aliquem, diuertere.

LATINI SERMONIS

Deflectere ad otium. Atti. Et aetas iam à diuturnis laboribus deflecta ad otium.
Deflectere ad uerba rem. In Oration. Si ad uerba rem deflectere uelinus.
Deflectere de curriculo. Ibidem: Quum te de curriculo petitionis deflectisses.
Deflectere de regione. In Oration. De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflecterit, id est, à recto discesserit.
Deflectere de sibatio. De Offi. Deflexit iam aliquantulum de sibatio curriculoq; consuetudo maiorum.
Deflectere de uia. Ibidem: In quo uerbo lapsa consuetudo deflectit de uia.
Deflectere ex itinere, deviare. Plin. Ut ex itinere deflectat ad te.
Deflectere in. Plin. Deflectemus in Thuscos.
INFLExtere animum, sensus, sententiam. Aeneid. 4. Solus hic inflexit sensus. In Famil. Magnitudinem animi tuine unquam inflectas cuiusquam iniuria.
Inflectere orationem. In Oratio. Hic primus inflexit orationem.
Inflectere ad felicem parietem, est adhaerere felicibus, ditionibus.
REFLEXtere faciem, ora, Aeneid. 10. In Adelphis: Illum neq; misericordia reprobavit, neq; reflexit.

F L E O.

Flere fit lacrymis. Flere aliquem. In Capt. Ego' ne illum non fleam?
Flere drachmis argenteis, in Pseud.
Flere de. In Oratio. Flebat uterq; non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris filius.
Fletur, impersonale, in Andria.

DEFLE-

OBSERVATIONES.

DEFLEre aliquem. In Capt. Ego' ne non defleam tam adolescentem?
Deflere coenas, in Sticho. Deflere liberos, in Tusc.
Deflere mortem immaturam alicuius, Plin.
Deflere in sinu amici, idem.

[F L I G O.]

Affligere aliquem. In Orationib. Adolescentiam plenam ipse maximè afflixisse uideamus.
Afflictæ amicitia, ibidem.
Affligi amore. Attic. Pompeius nostri amore ipse se afflixit.
Afflictus clamoribus magnis conticuit, idem.
Afflictæ regum fortunæ, in Orationib.
Affligere inedia aliquem.
Affligi morbo. In Oration. Qui cum uno genere morbi affligerentur.
Afflixit Catuli monumentum, id est, diruit, ibid.
Afflictæ naues, Cæsar.
Affligere negotium, corrumpere. Sueton. Non sine magna sui inuidia negotium afflixit.
Affligere se: uide, affligi amore.

Affligere statuam, diruere, deturbare, in Oration.
Affligere ad terram aliquem, prosternere, Plaut.
AFFLICtare aliquem. Idem: Afflictat me nunc iam uacuum uirium.

Afflictare se. Terent. Ne te afflictus. Salust.
Afflictari de. Att. De quibus acerbissimè afflictior.
CONFligere leuiori actione, in Orat.
Configi diuturnis molestijs ab aliquo, in Famil.
Configere cum aliquo. i. congredi ad pugnam. Salust.
Statuit cum Antonio quam primum configere. Cæsar: Configrant rursus cum Brutis classe.

LATINI SERMONIS

Confligerē manu cum hoste, de Officijs.
CONflictare cum malo, pugnare. In Phor. Nec cum
huiusmodi nunquā usus uenit, ut conflictares malo.
 Conflictari annona, pauciue. Cæs. Cæsariani grani
annona sunt conflictati.
 Conflictari incommodis magnis & multis, Cic.
 Conflictari morbis uarijs & tenacibus, Suet. (Plin.
 Conflictari ualetudine iniqua, ualetudine nouissima,
 Conflictari cum. In And. Qui cum ingenij conflictat
tur eiusmodi, id est, uersatur cum talibus.
INFLiger turpitudinem sempiternam alicui, Cic.
 Infligere uulnus alicui, in Orat.
PRÖFligare hostes, inimicos, deperdere, Cæs, Plaut.
 in Mil.
 Profligati homines, perditii, Sueton. in Orat.
 Profligata iam hæc quæstio est. Tusc. 5.
 Profligare Répub. cum suis cōsilijs, perdere, Cicero,
 PL O.
 Flare alicui. Att. Bellè nobis flauit ab Epiro leni-
simus Auster, & mitis.
 Flare simul sorbere, haud facile factu est, id est, duo
simul execui, in Nest. Adag.
AFFlare auram alicui. In Oratio. Sperat sibi auram
aliquam afflari in hoc criminе. (nores.
 Afflare honorē. Aen. 1. Et letos oculis afflārat ho-
 Afflare malum alicui. Ad Heren. Cui aliquid male
faucibus afflare posset.
 Afflare odorem. De Offic. Et suavitatem odorum,
qui afflarentur è florib. Afflauit mihi fæs melior.
CONflare accusationem. In Orat. Quæ illam totam
accusationem iudiciū conflārat.
 Cōflare æs alienū grande, cōmodato accipere, Salust.

Con-

OBSERVATIONES.

Conflare æs pecore. Colum. Aes antiquissimum, quod
conflatum est pecore.
 Conflare catenas scelerum alicui, ac facultatibus
alicuius, Salustius.
 Conflare consensum, in Orationib.
 Conflare conſpirationem, ibidem.
 Conflare crimen inuidiamq; in ſe, in Orationib.
 Conflare exercitum, cogere, ibidem.
 Conflare familiaritatē. In Eunu. Ex malo principio
magna familiaritas conflata est.
 Conflare honestum. De Offic. Quibus ex rebus con-
flatur honestum.
 Conflare ignem, excitare, in Rud. Plin.
 Conflare alicui infamia, iniuria, inuidia ſibi, in Orat.
 Conflare iudicium, Salust. Conflare mendacium, in Orat.
 Conflare odium. Conflare pactiones, ibidem.
 Conflare pecuniam, conficerē, in Orat.
 Conflare periculum, ibidem.
 Conflare populares homines, est uulgi commendatio-
nes & fauorem undecunq; captare.
 Conflare ſcelus, Salust. Conflare ſeditionē, in Orat.
 Conflare ſocietates, in Oration. Conflare ſuſpicio-
nem, ad Herenium.
 Conflare tumultum, in Orationib.
 Conflare in Verg. Et curuæ rigidum falces conflu-
tur in enſem.
DIFFflare, flatu proſternere. In Mil. Cuius tu leges
difflauisti ſpiritu, quaſi uentis folia.
EFFLare animam, in Persa, in Orat.
INFLare animos. In Oratio. Quum tibi ſe falſa ani-
mos rumor inflaſſet, id est, elatiorem te reddidifſet.
 Inflare calamos, Aeclogas.

Infla-

LATINI SERMONIS

Inflare historiam. In Philo. Antipater paulo inflauit uebementius.
 Inflari opinionibus. De Offic. Quum homines inflati opinionibus irridentur.
 Inflare sonum celeriter, in Orat. Inflare tibias, ibid.
 TERflare recta uentus dicitur. Vergil. Et terras turbine perflant.
 REFlare, contra spirare. Tuscul. 1. Sin autem reflata tibus uentis reijciamur. Offic. 2. Quum reflauerit, affligimur.
 SVEflare aliquid alicui. In Casin. Nescio quid sufflavit uxori sue.
 Sufflare buccas, in Sticho. Sufflare ignem, Plin.

F L O R E O.

Florcere etate, affinibus, amicis, autoritate, eloquentia, familiaritate doctissimorum hominum, gloria rerum gestarum, incredibili hominum gratulatione, honoribus, ingenio, institutis, liberis, opibus, preceptis, propinquis, & ceter. in Famil. Atticus, in Philos.

Floret populi Romani nomen.

Florere in foro, in sententijs Senatorijs, & in omni actione atq; administratione Reipub. in Fam.

DEFLOrescit oratio ex rerum cognitione, in Orat.

EFFLorescit formæ dignitas morbo, aut uetus state, ad Herennium.

Efflorescit utilitas ex amicitia. i. crescit, de Offic.

F L V O.

Fluxus animus. Suetonius: Drusus animi fluxioris erat, id est, molles.

Fluere auro. Georg. 1. Atq; auro plurima fluxit.

Fluunt buccæ alicui, quum humor extillat. In Orat.

Buccis

OBSERVATIONES.

Buccis fluentibus. Fluere facetijs, id est, abundare, Plaut. in Mil.

Fluxa fides. In Capt. Cœne fluxam fidem geras. i. instabilem.

Fluere gloria. Salust. Divitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis habetur.

Fluere mollitia. In Phil. Qua quum liquescimus, fluimus mollitia.

Fluit oratio soluta aut ligata, que facilis est, apteque sequitur.

Fluit pallium, quum ex humeris dependeret.

Fluent rami, id est, superfluent. Georgic. 2. Ramos compescere fluentes.

Fluit spes. i. minuitur. Aeneid. 2. Ex illo fluere, acretro sublapsa referri Spes Danaum.

Fluit stylus Ciceronis, Teren. Ouidij, Erasmi, &c.

Fluit sudor. Aeneid. 5. Sudor fluit undiq; riuis.

Fluit toga, tunica, ubi neglectius ex humeris dependet. Horat. Rusticius tonso toga defluit.

Fluxa uestimenta, larga, Lucanus.

Fluit uoluptas corporis. i. celeriter præterit. Cic.

Fluere ab. In Philoso. Ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum. i. nasci.

Fluere ad terram exanimes dicuntur, ut Camilla, Aeneid. 11.

Fluere ad uoluntatem. De Offic. In rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus.

Fluent arma de manibus, id est, facillime excident, in Orationib.

Fluere in. In Philoso. Fluminagj in contrariam partem fluxerint.

Fluere longè lateque, ibid.

F L V O. FLUENTIBUS

LATINI SERMONIS

*FLU*ctuat animus, id est, habitat, in Merc.

Fluctuat lapis è Scyro insula integer, idem communis
tus mergitur, id est, supernatans, Plin. lib. 36.

Fluctuat mare ualide, uebementer, id est, undas facit,
in Rud.

Fluctuat tellus, id est, commouetur. Georg. 2. At latè
fluctuat omnis Aere renidenti tellus.

FLuit at aliens Tyberinus. i. continuò fluit, Liu.

Fluitant pisces omnes quū extincti sunt, exceptis an-
guillis, id est, supernatant, Plin.

AFFLUERE bonitate, diuinitatis, frumento, lepore omni,
scelere omni, unguentis, &c. id est, abundare.

Affluunt huic nummi, Plautus.

CONFLUENT cruciatus eo. In Asin. Ex botris multis
cōfliuit uinum. Confluunt multa in locū unū, in Epid.

Confluit undiq; copia, cōciliū, turba in ciuitatē, Pli-
CIRcunfluere gloria, Attic.

DEFluere amne secundo, Georg. 3, de Ariete.

Defluere etatem. Salust. Vbi per socioram uires,
tempus, etas, ingenium defluxere.

Defluit oratio ad leues amicitias, de Amic.

Defluere salutationem. In Famil. Vbi salutatio de-
fluit, literis me inuoluo. Defluere tibialia dicun-
tur, ducta uxore.

Defluxit ex octo Tribunis, quos tunc habueram, unus
me absente, in Oratio.

*DIFFLUERE labra dicimus, ubi quid incircumpecti-
us, liberius & temerè effutimus.*

Diffluere lascivia, luxuria, in Eunu.

EFFLUERE aliquid alicui. Ibid. Vtrumq; hoc falsum effl-
uet, id est, non celabo. Est etiam excidere anima

In Orat. Quod totum effuxerat.

Efflu-

OBSERVATIONES.

Effluere etatem. Atti. Ne etas effluat, i. elabatur.

De Senect. Illud quod prateriit, effluxit.

Effluere mentem alicui. In Orat. Huic minimè mirū
est ex tempore dicenti solitam effluere mentem.

Effluere uitam. In Philoso. Quum una cum sanguinis
uitam effluere sentiret, i. effundi.

Effluere ex animo aliquid. In Famil. Iste uicium,
aut eisdem planè ex animo tuo effluo.

INFLUERE in aliquid. Cæs. Qui influmen R̄bodenum
influit.

Influere in animos. In Philoso. Nihil tam facilè in ani-
mos teneros atq; molles influere, quam uarios ca-
nendi sonos.

Influere in aures alicuius. De Amic. Papirius consul
nuper influebat in aures concionatoris.

Influentibus negotijs paria facere, Plin.

PERfluit legena, teclum, uas, urna male compacta;
id est, liquorem transmittit.

Perfluit atq; præterfluit aures oratio, quæ præterit
non animaduersa, Quintilia. lib. 2. Perfluo bac atq;
illac, in Eunuch.

FODIO.

Fodere calcaribus equum, Aeneid. 5.

Foditur cor stimulo, in Bacchid.

Fodere hortum, excolare, in Poenul.

Fodere latus alicui, clam admonere. Terentius: Noli
fodere latus.

Fodere puteum, Cæsar. Fodere in fundo, in Heant.

Fodere sub terra, Georgic. 4.

CONFODERE hortum, in Aulular. Confoditur pug-
nando, id est, trucidatur, Salustius.

EFFODIO aulam auri plenam, in Aulu.

Effo-

LATINI SERMONIS

*Effodiuntur opes irritamenta malorum, Metr. i.
Effodiā oculum tibi, in Trin. Oculi ilicō effodientur, in Eunuch.*

*Effodere ex sepulchro utere, ex sterquilinio prædam, in Iseu. in Casina.
PER fidere parietes, in Afinar. Perfodere terram rufis, Col.*

Perfōsi gladijs quadringenti homines, Gell.

FOENERO ET FOENEROR.

Foenerare actiū dare ad usuram. Foenerari depontat alter ad usuram accipere, Hæc Valla.

Foenerare uel foenerari beneficium. De Amic. Neq; enim beneficium foeneramus, alijs foeneramur legit. In Phormio. Foeneratum istud beneficium tibi pulchrè dices, id est, cum lucro redditum, conduplicatum.

Foenerare prouincias. De Offi. Ad foenerandas diripiendas q; prouincias.

Foenerat res ipsas apud Terentium, quod homini dan dum uidetur. In Adel. Metuisti ne non tibi istibuc foenerarer.

FOR MO.

Formare iuuentutem, instruere. Plin. Quid uitam, quid mores iuuentutis formas? dicitur q; forma. Formanda oratio est quum exercitatione, tum stylo, in Orat.

Formatur uerba & sentētiae penè innumerabiles, ibid Conformare mores, in Philo.

Conformare orationem, uerba, in Orato.

DEformare formam, corrumpere, auferre.

Deformare aliquem, in Oratio.

Deformata ciuitas. In Orato. Deformatur columnis tra-

OBSERVATIONES.

nis tragicæ scene, id est, figurantur, Vitruvius.

Deformatus corpore, Attic.

Deformatre constantiam uitæ, dignitatem, liberalitatem, moderationem, splendorem, in Orat.

Deformatus macie, Apul.

Deformata patria turpisimis incendijs & ruinis, Cæsar.

Informare aliquem, Attic. Illum uirum, qui in sexto libro informatus est, id est, de quo breuiter dictum, Septiū in Orat.

Informare aliquem eloquentia, ibidem.

Informare aliquid. Varro: Quæ de ijs sequenda uidentur, ut breuiter potui, informauit.

Informare et atem puerilem. Cice. Acq; ab ijs articulis, quibus etas puerilis ad humanitatem informari solet, se adscribendi studium contulit.

Informare animum. De Offic. Ut nemini parere animus bene informatus a natura uelit, &c.

Informare caussam. In Oration. Iam informata caussa est.

Informare cogitationem. Attic. Hæc est informata abduc cogitatio.

Informare oratorem, in Orato.

Informare proscriptionem. Attic. Sed generatim proscriptio esset informata.

Informare uirtutem. In Philoso. Dicitis, informari non posse uirtutem.

FOVEO.

Fouere aliquem, aliquam. Aeclo. 5. Ipse Nescram Dum fouet, id est, amplexatur, alit.

Fouere amore, Att. Fouere casta, tueri, Vergil. 9.

Fouere dolorem, Attic.

FF

Fouere

LATINI SERMONIS

Fouere iudicium. Plin. *Fouete iudicium eius quod de
uobis habet.*
Fouere lacte. In Merc. *Alios suo lacte fouet.*
Fouere laridū atq; epulas focusis feruentibus, Plaut.
Fouere periculum alterius, Plinius.
Fouere progeniem. Georgic. 3. *Progeniem nidosq; fo-
uent.*
Fouere senectutem suam, in Stichō:
Fouere uulnus. Aeneid. 12. *Fouit ea uulnus lymphā
longæus lapix.* *Fouere in pectore,* Plaut.
REFouere terram stercoreatione, Colum.
Refouere disciplinam lapsam extinctamq; Plinius.
 F R A N G O.
Frangere animum. In Cist. *Ita meum frangit emantē
animum.* In Famil. *Dicit tant fracto animo & demis-
so fuisse.*
Frangere audaciam alicuius, in Oratio.
Frangere alas in caput alterius, in Capt.
Frangere autoritatem alicuius, in Philoso. *Fracti
bello,* Aeneid. 2.
Frangere brachium. Terent. *Frangit se calor.* In
Orat. *Dum se calor frangat, id est, remittat.*
Frangere consilium alicuius, in Famil.
Frangere coxam, Plin. *Frangere cupiditates,*
in Orato.
Frangere dignitatem suam, in Famil.
Frangere dolorem, Cic. *Frengi dolore,* in Philo.
Fracta domus coniectu lapidum, Attic.
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est, Cice.
Frangitur fluctus a saxo, in Famil.
Frangere gulam laqueo, Salust.
Frangebantur hostes facilius i.e. uincebantur, Attic.

Frang-

OBSERVATIONES.

Frangere leges, in Famil. *Frangere libidines,* Cicer.
Frangunt mala aliquem. In Famil. *Sint et tanta mala
frangunt.*
Fregit mox Hannibalem, Plin.
Frangere morbum abstinentia, Idem.
Frangere nauem, Terent. *Franguntur opes ali-
cuius,* Cicero.
Frangere se, in Famil. *Frangere sententiam alicu-
ius, e. si eius sententiam refellere,* Ibidem. *Frangere
uentum,* Plinius.
Confringere nauem, in Rud. *Nauis confacta est ijs.*
Confringere rem, dilapidare. In Sticho. *Rem confre-
gimus.*
Confringeret tessera apud aliquem, est ob solutam a-
miciam domo alicuius excludi, in Cistel.
Defringere temulos uitium, Colum.
Effringere fame, in Adelph. *Effractus fame,* in
Capt.
Infringere animum, in Philoso.
Infringere colaphos. In Adelph. *Homini misero plus
quingentos colaphos infregit mihi.*
Infringere gloriam. In Orationib. *Ad gloriam per
tales uiros infringendam.*
Infringere improbitatem. In Famil. *Vi infringatur
bominum improbitas.* *Infringere spem,* in Orati.
Infringere tribunatum, Ibidem.
Perfringere sibi crux, cervices, in Mil.
Perfringere aliquid, in Adelph.
Perfringere religionem. In Oration. *Sin istius ingen-
tes diuitiae religionem ueritatemq; perfregerint.*
REFringere cellas, in Capt. *Resfringere clau-
stra,* Plinius

FF 2 RE-

LATINI SERMONIS

Refractis pudoris & reverentiae claustris, omnia patent omnibus.

Refringere vim fluminis, Cæs.

F R A V D O.

Fraudare furto aliquem. Asco. Sic fraudauerit furto, ut ne pilos quidem in corpore sponiat reliquerit. Fraudare genium, est non satis facere naturæ. Plaut. Egomet me fraudavi, animumq; meum, geniumq; meum.

Fraudare mutuationibus aliquem, in Oratione.

Fraudare nomine suo ueteri aliquem, in Philo.

Fraudare regno fatalibus aruis aliquem, Verg.

Fraudabant stipendium equitum, Cæs.

Fraudare uoluptate aliquem, Plin.

Defraudare aliquem. In Asin. Me defraudato.

Defraudare aures. In Orato. Ne breuitas fraudasse aures uideatur, ne'ue longitudo obtudisse.

Defraudare genium. In Phorm. Suum defraudans genium.

Defroudare pro defraudare; Comicum in Asin. In Adel. Etiam insuper defroudat.

[F R E N O.]

Refrenare à gloria, à redditu. In Orationib. Magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloria quam incitandi. Item: A redditu refrenauit.

F R E Q U E N T O.

Est frequenter aliquem uisitare. Sal. Relictis operibus frequentarentur Marium.

Frequentare copias, frequentiores reddere, Cæs.

Frequentare domum alicuius, adire, Salust.

Frequentare secreta, retractare. Aeneid. 9. Secreta frequentant.

FRICO

OBSERVATIONES.

FRICO.

Fricare dentes, genua, oculos, Plinius.

CONFRICARE res secundas alterius, insectari, Gellius.

Conficcare sensus iniurijs atque imperiosis comminationibus.

PER Fricare caput, ungere, in Orationib.

Perfricare faciem, frontem, os, est pudorem abijcere, Martial. Tuscul. 3.

REFRICARE animum. In Orationibus: Atque animum memoria refricare ceperat.

Refricare cicatricem, dolorem, renouare. In Orationib. Ne aut refricare obductam iam Reipub. cicatricem uideret.

Refricare desiderium, dolorem. In Famil. Ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum.

Refricare fabulam. In Orationib. Ut illa uetus fabula refricaretur.

Refricabis tuis sceleribus Reipub. præterita facta, in Orationib.

Refricat lippitudo. i. molestat, impedit, Attic.

Refricare memoriam facti. In Orat. Illam pulcherri- man facti memoriam refricat. i. leuiter reuocat.

Refricare uulnus. Attic. Quæ res fortasse sit refricatura uulnus.

FRIGEO.

Frigere, frigidum esse. Terent. Si non totus friget, me eneca. In Eunu. Hic homines frigent. i. languent.

Friget culina. Friget interpretatio.

Frigent iudicia. In Orationib. Cum omnia iudicia frigerent. i. ius non diceretur.

Friget ludus. Friget negotium.

FR § FR

LATINI SERMONIS

Friget stylus, qui non aptè deducitur, quiq; caret elegantijs.
Friget studium.

Friget Venus. In Eunuch. Sine Cerere & Libero friget Venus, id est, perit libido sobrietate. Hinc frigesco, frigesacio, frigesfacto.

REFrigescit apparatus belli, in Oratione.

Refixit crimen de nummis in causa, ibidem.

Refrigescit hasta. In Famil. Vereor ne hasta Cæsaris refixerit, id est, ne etiam caleat.

Refrigere iudicio. Plinius: Nec refixit iudicio, sed inualuit.

Refrigescit res. In Adel. Nihil est, refixerit res.

Refrigere sortes. In Phil. Cæteris in locis sortes plenè refixerunt, id est, cessarunt. (frixit.)

Refrigescere in Colum. Sudans in opere faciendo re-

REFRigerare aliquid aquis, umbris, de Offic.

Refrigerare sermonem. In Famil. Refrigerato iam leuisimo sermone hominum prouincialium.

F R V O R.

Frui est uoluptatem capere ex usu. In Adel. Huic demus qui fruatur. i. quo alatur. In Phor. Ut mibi tam diu liceat, quod amo, frui. Frui aliquo. Eunuch. Vobis fretus.

Frui amoenitate. In Famil. Amoenitate summa fructus est. Frui bonis, delectari.

Frui consilijs, dextera alicuius. Plin. At nunc tua dextera tuisq; promissis fratri & innixi.

Frui dijs. In Oas. Dijs sum fretus.

Frui dote. In Men. Fretæ dote, feroce, viros sibi subseruire postulant.

Frui fiducia. In Aul. Ibo ad te, fretus tua fiducia.

Frui gaudio. Plinius.

Frui

OBSERVATIONES.

Frui ingenio suo. In Heaut. Non licere meo ingenio fruis.

Frui malitia sua. In Phor. Si quis forte malitia fretus sua, infidus nostræ fecit adolescentiae.

Frui moribus eius, quem diligimus, de Amicit.

Frui natura sua. In Prolo. Heaut. Amicūm ingenio fretum, hanc natura sua.

Frui otio. Plin. Frui promissis alicuius, idem.

Frui rebus parvulis, de Senect.

Frui recordatione nostræ amicitiae, de Amicit.

Frui senectute, sive, ibidem. Frui sermone alicuius, de Senect.

Frui uiro aliquo. Plinius: Quid ego plura de uiro, quo mibi frui non licet.

Frui uirtute, in Amphit.

Frui uoluptatibus, in Heaut. de Senect. Tuscul.

Frui usu eius, quem diligimus, de Amicit.

Frui cum accusatio. In Asin. Ut sinat se se alternas cum illo noctes hanc frui.

Participia eius sunt fatus, fructus, fruiturus.

F R V S T R O V E L F R V S T R O R.

Frustrare aliquem. Cæs. Non frustrabo uos milites.

Frustrari aliquem uel aliquam, in Mostel. Multos me hoc pacto iam dies frustramini, in Ampb.

Frustrari expectatione alicuius. Plin. Longæ expectatio est, quā frustrari adbuc, & differre non debes.

Frustrantur expensas imprudenter facta opera, Col.

Frustratur fides aliquem. In Adel. Satis adiectua frustrata est fides.

Frustrari labore, Colum.

Frustratur fbes aliquem. In Andr. Et si hercle sapè iam me fbes bæc frustrata est.

FF 4

Fru-

LATINI SERMONIS

*Frustrari sibem. Plin. ipsum laudibus ferunt, quod sit
frustratus improbas sibes hominum.
Frustrari ab aliquo, passiuē. Plinius: Primum à Fa-
bio Maximo frustratus.*

FUGIO.

*Fugere aliquid aliquem, ignorare. Cæsar: Neque uero
id Cæsarem fugiebat. In Oratione. Hoc amentem ho-
minem fugiebat. Tuscus. i. Si quæ me forte fugiunt.
In Amphib. Fugit te ratio. Cicero: Fugiunt bæc me,
id est, non recordor.*

Fugere bella, carceres.

Fugere congrebus hominum, de Amicitia.

*Fugere curam. Ibidem: Quod si curam fugiamus, uir-
tus fugienda est. Fugere ebrietatem.*

*Fugere facta, in Milite. Fugere forum, est caussa
euersari.*

*Fugere ignorantiam, ignorantiam, inertiam, iniuriam,
inuidiam, iudicia, iurgia.*

*Fugere laborem, in Fleatōn. Non conuenit, qui illum
ad laborem impulerim, nunc me ipsum fugere. Cæs.*

*Fugere lites, mortem. Fugere nuptias, recusare, in
Andria.*

*Fugere patriam, Acclogia. Fugere pericula, fu-
gere recordationes, Attic. Fugere satietatem,
in Orationib.*

*Fugere tormenta. Fugere Venerem, uentrem. Po-
litianus: Venter, pluma, Venus laudem fugienda se-
quenti.*

*Fugere uinum. De Offic. Vina fugientia, quæ etatem
ferre non possunt, & in uitium inclinant.*

*Fugere uirtutem: quære, Fugere curā. Fugere uitia.
Fugere uulgas, aut uulgi indolem.*

Fug-

OBSERVATIONES.

*Fugere ad strepitum aridæ uesicae, tribus pisis im-
misis.*

Fugere è conspectu, in Hecyna.

*Fugere ex. Cæsar: Qui ex ipsa cæde fugierunt. In
Pseud. Ut exultatum fugiat ex pectore meo. i. ut ani-
mo excidat.*

*Fugere præter. In Phor. Ita fugias ne præter casam,
id est, domi te contine, Adag.*

Fugere maximè, in Amphit.

*Fuge procul à uiro maiore, id est, caue à commercio
potentium, uersare cum aequalibus.*

FUGItare conspectum patris, in Heaut.

Fugitans litium, in Phorm.

Fugitare oculos alterius, in Capt.

Fugitare patrem, in Phorm.

Fugitant omnes hanc prouinciam, in Capt.

AVFugere, in Hecyna.

CONFugere in aliquem, Liu. Plin.

CONFugere ad pecuniam, ad Senatum, in Oratio. Att.

CONFugere ad uota, Plin. CONFugere in agros, Attic.

*CONFugere in fidem, in misericordiam, in ueritatem,
in Orationib.*

Configiunt sub alas galline pulli uiso miluo.

Configurir hoc, in Hecy. Configures eò, in Heaut.

DEFugere acclamationē assentationemq; uulgi, Plin.

Defugere autoritatem, in Eunu.

Defugere disputationem, in Orato.

Defugere munus, Attic.

DIFFugint aues, nebulae, niues, somnia, Horat.

Diffugint ad lumen tenebræ.

BFFugere affinitatem alicuius, in And.

Effugere animaduersionem, in Orato.

FF 5

Effu-

LATINI SERMONIS

Effugere crimen, in Orationib.
 Effugere infortunium, in Amphit.
 Effugere inuidiam ciuium suorum, Attic.
 Effugere maculam avaricie, in Adelph.
 Effugit maledictum omne, id est, uitauit, in Oration.
 Effugim malum, inueni bonum. Dici solitum, si quando
 fortuna melior contigisset.
 Effugit memoria. In Bacch. Vbi mea effugerit memo-
 ria, ibi tu facito ut subuenias.
 Effugere nuptias, in And.
 Effugere offensionem, in Famil.
 Effugere patria, in Mercat.
 Effugit fors, in Casin.
 Effugere hospitis speciem, in Orato.
 Effugere ex urbe, in Trinum.
 PROFUGERE domo, in Casin.
 Profugere infamia, inopia. In Heauton. Gnatus cuius
 profugit inopia.
 Profugi a domino agresti ac furioso, De Senect.
 Profugit in Asiam, Cicero.
 Profugere aliquo. In Adel. Quum hinc egens profu-
 giet aliquo militatum.
 REFLUGERE donum, Plinius.
 Refugere munus hoc non potui. i. no suscipere, Cef.
 Refugere osculum, recusare, Sueton.
 Refugio a te admonendo, Attic.
 Refugere in cavernam, Plinius.
 SVBTERFUGERE cum datiuo. In Bacch. Subterfugisse
 mibi bodie Chrysalum. Item: Subterfugit mihi no-
 men uiri, authoris, id est, lapsum est e memoria.
 Subterfugere cum accusatiuo. In Merc. Ne quicquam
 ego mare subterfugi. De Amicitia: Omnia sub-
 terfu-

OBSERVATIONES.

terfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis.
 TRANSfugere. In Mil. Illius oculi atque aures atque
 opinio transfugere ad nos.

Transfugere ab afflictâ amicitia, atque ad florentem
 aliam deuolare, in Oration.

Transfugere ad hostes, in Epid.

FUGO.

Fugare aues, hostes. In Poen. Venerem ipsam e fano
 fugant. In Trin. Fugat ipse se a suo contitu.

FUND O.

Fundare ciuitatem, domum, moenia, urbem. Quintil.
 Fundatam paternis acutisq; opibus domum exbau-
 rit. Plinius: Fundata legibus ciuitas.

Fundare carinam, nauem. In Mil. Carina satis & fun-
 data est bene, & statuta. Aeneid. 6. Anchora fun-
 datae naues. i. naues in anchoris consistebant.

Fundare familiam. In Oration. Subitas fundatissime
 familie ruinas.

Fundare imperium. Ibid. Illud uero sineulla dubitate
 maxime nostrum fundavit imperium.

FUND O.

Fundere agmen, pro occidere, historicum.

Fundere aggerem. Fundere animam, mori.

Fundere copias. Fundere ensem aliquem.

Fundere exercitum, Liuius.

Fundere flamam. Vergil. Crispisq; a uertice flammam.

Fundit, id est, demittit.

Fundere flores, abunde dare. Acl. 4. Ipsa tibi blan-
 dos fundent cunabula flores.

Fundit arbor frondes, autumnus fructus.

Fundere frugem, emittere, Cic.

Fundit terra herbas. Fundere hostes.

Funde-

LATINI SERMONIS

Fundere humi. Aeneidos 1. Septemque ingentia uictor
Corpora fundit humi. Fundere lacrymas, Aene.3.
Fundere loquelas, poëticum, Aeneid. 6. Funditque bas
ore loquelas.
Fundere mendacia. In Pseud. Mera iam mendacia fun
dis.
Fundere preces. Horat. Quod obseratis aurib. fundis
Fundere sagitta aliquem. (preces.
Fundere sanguinem; ut, Funderem pro te sanguinem,
nendum pecuniam tibi crederem.
Fundere celo aliquem. Fundere uallum.
Fundere uerba, loqui. In Adel. Verba fundis hic sap
ientia. i. inaniter loqueris.
Fundere uitam, mori. Ouidius: Et uitam infelix multo
cum sanguine fudit.
Fundere uersus septenarios ad tibiam, id est, facere,
in Philos.
Fundere uocem extremam, mori. Aeneid. 4. Hanc uo
cem extremam multo cum sanguine fudit.
Fundere uulnere aliquem. Metam. 5. Matre satos uni
diuerso uulnere fudit.
Fundit se uulgas in forum, in templum.
Fundere se ad annem, ad focum, ad littus, ad solem.
Fundere se in herbam, in gramina. Aeneid. 1.
Funditur in omnes partes uitis. i. undique pullulat. Di
Senect. Fundit se luna, sol per fenestras.
FVNditare focerato, inaniter loqui, in Asin.
Funditare uerba, effutire, in Poenu.
CIR. CVMfundere. De Offic. Circumfusa insula ma
ri. Plin. Circumfusus parvulo nibil draco nocuit.
CONFundere amicitias, disrumpere.
Confusus animus tantec cogitatione rei, id est, pertur
batus,

OBSERVATIONES.

batus, Liuius. Idem: Confusam eam ex recentimor
su animi.
Confundere cœlum & terram, est iniqua comparare,
aut omnia turbare. Confundere colorem, Plin.
Confundere cōtractus, foedus est frangere, Aeneid. 5.
Confusum caos dicitur, quum omnia permiscantur,
ut alterum ab altero uix separe.
Confundere fasque nefasque, Metam. 6.
Confundit iura multa coquus, in Moſtel.
Confundere uinum aqua, commiscere.
Confusi in unum populi, id est, uniti ex diuersis, Liut.
Diffundere animos, letari poëticum, Metam. 4.
Diffundere famam.
Diffundere frontem, exhilarare, Ouid. 14.
Diffundere genus, deducere. Aeneid. 7. Claudia nunc
a quo diffunditur & tribus & gens.
Diffundit bumum deus anatri, Colum.
Diffundit ebrietas & labor dormientium membra.
Diffundere morbum. Plin. Grauisimus est morbus
qui à capite diffunditur. Diffundere nomen.
Diffunditur oratio in immensum, Plin.
Diffundit arbor ramos.
Diffundit terra semien tepefactum uapore & compres
su suo, de Senect.
Diffunditur uirtus ex bonis amici, de Amic.
Diffundere in æuum, in posteros, est literis commen
dere. Flora. Bella quis & paces longum diffudit ip
se æuum.
EFFundere aerarium, euacuare, in Philo.
Effundere carcerem & effundi carcere, in Oratio.
In me carcerem effudiſſis. Verg. R. uuntque effusi car
cere currus, id est, emiſſi.

Effun

LATINI SERMONIS

Effundere cibum, bargere, in Asin. Effundit hæc etas
 hanc copiam, id est, adidit, in Orato.
Effundere cursum. Plin. Effusoque cursu periculo au-
 fertur.
Effudit fideliam totam, in Asin.
Effundunt fruges & herbas segetes fœcunda, Cice.
Effundere furorem, euomere. In Fam. Omnemque suum
 uiolentum furorem in me effunderet.
Effundere gratiam collecta florentissimi bois; ibid.
Effundere honores in mortuos, Attic.
Effundere iram.
Effusa edilitatis memoria. i. reuocata in memoriam
 edilitatis recordatio, Alco. Effundere odiū, in Pa.
Effudit patrimonium suum. i. consumpsit, in Oratio.
Effundere peditatum, proflernere. Salust. Effuso ac
 profligato peditatu.
Effundere quæstus, Aeneid. §.
Effundere uires inuentum, frustra uerbenare, ibidem.
Effundere uirus, euomere.
Effundere uocem. Ad Heren. Ut nullo genere uocis
 effundere uoces ex pectore, Aeneid. §. (effuso).
Effundere in sinum, est sententiam suā alicui penitus
 aperire, Adag.
Effundi in aliquem. Att. In nos uero suauissime Her-
 cule est effusus.
Infundere. Georg. i. Certatim largos humeris infun-
 dererores.
Infundere globos grandiculos in fundas, in Poen.
Infundantur homines humiliores in aliorum eiusdem
 nominis genus, in Orato.
Infundere merum faucibus, Colum.
Inclusa est peregrinitas in urbem nostrum, id est, irri-
 git, in Famili.

Infus.

OBSERVATIONES.

Infundere uenenum alicui, in Orationib.
Offundere caliginem. Ci. Hic error & hæc indecora-
 rum animis offusa caligo est, id est, injecta.
Offundere dedecus.
Offundere luce solis lumen lucernæ, id est, obscura-
 re, in Philo.
Offusa Reipub. sempiterna nox, in Oratio.
Offundere noctem quandam rebus, id est, tenebris ini-
 voluere, in Philo. Offundunt scelus.
PER fundi acero, est conutijis affici, Hora. Saty. 7.
Perfundere aliquem aqua, ceruisia, ignominia, iudi-
 cio, luctio, scommatibus, uoluptatibus, in Phil.
Perfudit me horror, Attic.
Perfudi iucunditate quadam, in Philo.
Perfundit genas lachrymis, Ouid.
Perfundit rubore, Plin.
PROfundere es, argentum, rem, substantiam, dilepi-
 dare. In Adel. Profundat, perdat, pereat.
Profundere cupiditates. In Oration. Etsi ipsa natura
 profundit adolescentie cupiditates. i. largiter effudit.
Profundere largitionem. Alcon. Largitione palam
 profusa consulatum petierunt.
Profundere odium in aliquem. In Orati. Omne odium in-
 clusum nefarijs sensibus impiorum in me profudisti.
Profundere opes, pecunia. De Offic. Non modò pecu-
 niā, sed uitam etiam profundere propatria parati.
Profundere sanguinem suum in pugna, in Oratio.
Profundere uitum, in Curcu.
Profundere uitam pro dignitate alterius, in Fam.
Profundere uocem, in Philo.
Profusus alieni, profusus sui, Salust.
Suffundere aliquem, in Curci.

Sufus.

LATINI SERMONIS

Suffusus calore & quibili aether, in Phiblo. Suffundere frigidam, subaudi aquam, est clanculum instigare, hominū amicitias obtrectationibus seum gere. In Cistel. Adag. Clām si occasio est, frigidam subdole suffundunt.

Suffundi malevolentia. In Fam. Nulla in ceteros malevolentia suffusum.

Suffundere ruborem. Georg. i. At si uirginum suffuderit ore ruborem, ventus erit.

Suffundere in os aliquid, Colum.

Transfundere omnem amorem suum in aliud, in operatione.

Transfundere laudes suas omnes ad aliud, in Famil.

F V N G O R.

Fungi aduocatione iniuncta fortiter diligenter, Pl. Fungi fortunas. In Mostel. Sine me alliato fungi fortunas meas.

Fungi magistratu, id est, unus magistratus agere.

Fungi militia, Suetonius.

Fungi munere, de Amicit. Muneribus fungare corporis, in Orato.

Fungi munus. In Amphi. Teq; absente hic munus fungatur tuum, i. uicem tuam gerat. (ctus.

Fungi officio suo. In Adel. Et tuo officio fueris fun-

Fungi officiū adolescentuli liberalis, hominis frugis & tēperantis, uiri boni & liberalis, in Phor. In Adel.

Fungi officium attentē fortiter, diligenter, in Hean.

Fungi uita, uiuere. (Plin.

Defungi autoritatē, in Poen.

Defunctus fato, id est, solutus, Liuius.

Defuncti fato consulis Romanī, i. per spontaneam consulis mortem, a periculis liberati, Liuius.

Defun-

OBSERVATIONES.

Defunctum se fatalibus malis existimabat, Sueton.

Defuncti regis imperio, id est, satis facientes, Finis.

Defuncta morbis corpora, salubriora esse coepere, id est, que euaserunt morbos, Idem.

Defungi munere. In Fam. Neq; ego libenter pro maximis tuis beneficijs tā uili munere defungor oratio

Defunctus periculis, In Oratio. Ver. (nis.

Defunctus religionis pietate animus, In Oratio.

Defungi poena unius. Liuius: Ut untius poena defungen dum esset patribus. Defungi uita, mori.

Defungi in. In Phorm. Cupio misera in hac re defungier.

Defungi absolute. In Proclo. Eunuch. Defunctus iam sum, id est, iam egi fabulam meam. In Adelphis:

Et inam hoc sit modo defunctum, id est finitum, ne ulterius peccet.

Perfuncti bellū. Cicero: Perfuncto hoc misero fatali;

Perfuncti cura. Liuius: (bello.

Perfuncti honoribus amplissimis, & laboribus maxi- mis, In Fam.

Perfuncti periculis. In Orationib. Perfuncti periculis memoriam recito.

[F V S C O.]

Infuscare aliquem. Ibidem: Nec eos aliquæ barbaries domesticæ infuscuerat.

Infuscare murum, diluere. In Cistel.

Infuscat peccus illante seabrum, barba pedore horri- dā atq; latrōna.

[F V T O.]

Confutare dictis aliq; tem. In Iacobon.

Confutauit uerbis tamquam iratum patrem, id est, concuit, In Phorm.

G. G. R. E. fu-

LATINI SERMONIS

*R.E*fitare aliquem ut aduersarium grauem, Cicer.
Refutare bello nationes, se, defendere, in Oratio.
Refutare testem, Plin. Refutari ab aliquo, Idem.

G A U D E O.

Gaudere aliquo. Acclo. 6. Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.

Gaudent alternis Cœnæ.

Gaudere animo, et gaudet animus, in Sticho. Impen-
di magis animus gaudebat, Terent.

Gaudere auo. Aeneid. 7. Ioue Dardana pubes Gau-
det auo.

Gaudere cæde, canibus, cantilenis, carminibus, cer-
taminibus, coelibatu, dāno alterius, diuitijs, equis,
exuijs ceruorū, ferarū, leonū, luporū, ouīū, ursorū.
Gaudere facetijs.

Gaudere factō, id est, ob factum, Terent.

Gaudere gaudium. In And. Hunc ficio mea solidē so-
lum gauifurum gaudie.

Gaudere gaudio, in Persa.

Gaudere gramine, Horat. Gaudere bonoribus.

Gaudeo id, id est propter id, in And.

Gaudere immuditia, imperio, ineptijs, iurgio, lacry-
mis, latebris syluarum, latrocinio, literis, litibus, lu-
dis, matrimonio, mendacio, merendo.

Gaudeo mihi, Cice. Et in hoc differt a gratulor.

Gaudere nece, numero impare, palestra, patre, poch-
lis, præceptore, quæstibus, regno, rixis, rure, sanguine,
simili, sorte sua, literarum studijs, sudoribus, tem-
perātia, titulis, ueritate, uirginitate, uirtute, uitij:
ut, Gaudet simile sibi, suo quisque studio gaudet:

Gaudent sudoribus artes.

Gaudeo in molesta, in Famili.

Gaudere

OBSERVATIONES.

Gaudere insim, est apud se latari, et sua forte cōten-
tū esse. Quid. Qui sapit, in tacito gaudeat ille simu-
Gauifus fructu, in Fleautont.

Gaudere secum. In Hecy. Ut tacita mecum gaudem.
Gaudere cum infinitu. Gaudet bene audire, collude-
re, alios præ se contemni, contingere manibus babé-
nas, ditescere, doceri, impetrare, ineptire, laudari,
mentiri, mori, potare, præferri se sibi.

Gaudere cum supino. In Cist. Ventum gaudeo ad te,
id est, uenisse.

G E R O.

Gerere amicitiam. In Famil. Sunt de amicitia geren-
da præclarissimè scripti libri.

Gerere animum infirmum, parem, laude dignum, met-
te syncera, in Hecy. Salust. De Offic. Plaut.

Gerere bellum cum aliquo, in Oratio. De Senect.

Gerere comitid. In Phil. Quod comitia illa essent ar-
mis gesta seruibus, id est, habita.

Gerere consule, uel consulatu, in Iugurtha. in Orat.

Gerere fidem fluxam, soluere, in Capt.

Gerere formam serui, induere, in Ampb.

Gerere honores, Plin.

Gerere immanitatē beluae in boīs figura, De Offic.

Gerere ingenium callidum, in Asin.

Gerere inimicitias muliebres, in Oratio.

Gerunt iras plumbeas. i. memores, in Pœu. Gerunt
iras pueri inter se quam pro leuibus noxis, in He-
cyra.

Gerere iram in promptu, insipientia est, in Pseud.

Gerere letbum manu, Verg.

Gerere ludimagiſtrum, esse.

Gerere magistratum, in Oratio.

LATINI SERMONIS

Gerere morem, obsequi. In Adelph. Ut homo est, ita
 morem geras, in And. Animi morem gesserо.
 Gerere negotium, De Amic. in Fam.
 Gerere nomen. Aen. 2. Et nos aliquod nomenque decusque
 Gessimus.
 Gerere partem suam, alienam, De Offic. Terent.
 Gerere perfunctum, in Truc.
 Gerere potestatem, in Oratio.
 Gerere praetorem, praeturam, in Epid.
 Gerere pudorem, purpuram, in Poen.
 Gerere rem, in Eunuch.
 Gerere res alias, aliud cogitare, in Cift.
 Gerere rem gladio, pugnare, Cæs.
 Gerere res magnas, in Fam.
 Gerere rem cum cura, in Persa.
 Gerere rem de compacto, Plau.
 Gerere rem bene, feliciter, melius, In Trin.
 Gerere Rempub. auspicio, ductu, imperio suo, Cæs. in
 Amphit.
 Gerere se cōtra disciplinā alicuius, est reluctari, Pli.
 Gessit se ita, Cicera.
 Gerere se perdite, turpiter, male officio fungi, Plin.
 Gerere senatum, senatorem esse.
 Gerere similitudinem quandam speciemque sapientū, id
 est, sapientes imitari. De Offic.
 Gerere similitates cum aliquo, Ascon.
 Gerere societatem magna fide, in Oratio.
 Gerere tutelam cedium, ianuc curā babere, in Tru-
 cul. in Trin.
 Gerere uestes. Quid. Quas geritis uestes, sordida la-
 na fuit.
 Gerere uices alterius, supplere locum.

Gerere

OBSERVATIONES.

Gerere cū aliquo aliquid. Verg. Nec tecū talia gesisti.
 Gestare annulum, in Cure.
 Gestas animum meum, id est, nostri animi mei senten-
 tiam, in Mercat.
 Gestauit me illa in alio menses decem, in Sticho.
 Gestare puerum in manibus, in sinu, in Adelphis.
 Gestare aliquid, in Ciftel.
 Gestito uocem uolucrem, in Amphit.
 Aggerit amor amarum ad satietatem usq; Plaut.
 Aggerere aquam. Plaut. Te aggerunda curuū aqua
 faciam probe.
 Aggerere bona, idem. Aggerere herbas, Plaut.
 Aggregare cū suis similibus buc adduxi, propter si-
 militudinem quam cum his compositis habent, literis
 aliquot transpositis, quamuis à gregè deducta sint.
 Aggregare se ad amicitiam alicuius, Cæsar.
 Aggregare uoluntatem suam ad alterius dignita-
 tem, in Famil.
 Aggregauit eodē naufragos undiq; collectos, in Ora-
 tion. Exaggerare orationem, in Orato.
 Exaggerare rem familiarem omni oratione, est am-
 plificare, in Offic.
 Congerere dona. In Truc. Ego buc dona congesisti.
 Congerere herbas in alium, in Pseud.
 Congerere ligna, ramalia, &c.
 Congerere maledicta in aliquem, in Oration.
 Congerere oculos in aliquem. Plutarch. Ad Socra-
 tem omnes congerunt oculos.
 Congerere opes, pecuniam innumerablem, Cicero.
 Congerere penum. In Eunu. In cellulari ad te patris
 penum ozne congereram clanculum.
 Congerere uiri maximam auri, argenti, pulcherri-
 marumq;

GG 5 marumq;

LATINI SERMONIS

marumq; rerum omnium, in Orationib.

Congerere in amicitia. De amicit. Neque uerendum est, ne plus aequo quid in amicitia congeratur.

CONgregare se cum aliquo. In Oration. Atque ibi se cum patrino tuo congregare. Item: Qui cum te uoluntas congregasset.

DIGErere aliquid. Aeneid. 2. Ita digerit omnia Calchas, id est, interpretatur.

Digerere cibum, secundum Linacrum, non est concoquere, sed significat modò per halitum aut spiritum discutere uel dispergere, modò in corpus reddere.

Digerere mandatum. Att. Ut mea mandata digeras.

Digerere nomina in codicem accepti & expensi, in Orationib.

Digerere semina, distinguere, Plin.

Digerere in numerum, ordinare, Verg.

EGErere bumum, effodere.

Egerit fons, & recipit, Plin.

Egeritur lacus in flumen, idem.

Egerere lapides ex mari, Caesar.

Egeritur stercus avium ex columbarijs, id est, effertur, Columel.

Egerere uocem, in Orato.

Egerere absolute, aluum exonerare.

INGERere aquam in urnam, infundere, Plaut.

Ingerere cibū, deglutire. Ingerere eōuitia in aliquē.

Ingerere dicta in aliquem, in Asin.

Ingerere dicta in dolium pertusum, surdo loqui, Plaut.

Ingerere hastam, instigere, Aeneid. 9.

Ingerere mala multa alicui, uel in aliquem, in Bacch.

Ingeſti memet nullis negotijs, Terent.

Ingerere osculum alicui, Sueton.

Inge-

OBSERVATIONES.

Ingerere pugnos in aliquem. In Phorm. Pugnos in uen-trem ingere.

Ingerere se in magistratum.

OGgerere oculum amice, iniijcere, in Trucul.

REgerere aliiquid, illo unde accepit, referre, Plin.

Regerere conuicta, maledicta, scismaticata, sententias in aduersarium.

SEgregare aliquem a se. In And. Ne abs te hanc segreges.

Segregare sermonem, Plautus.

Segregare suspiriones omnes ab se, id est, se omni suspi-tione liberare, idem.

SVCgerere, subministrare. Aenedos 10. Suggeste-ramibi.

Suggestere mensam miliuinam, in Menach.

Suggestere sumptum. In Adelphis: Cur tu bis rebus sumptus fuggeris.

Suggesterit studia secessus. Plin. Lacus piscem, feras syl-ue quibus lacus cingitur, studia altissimus iste se-cessus affatim suggesterit.

GESTIO.

Gestire, prae gaudio exultare, uel cupere uehem̄ter.

Gestit animus aliiquid agere in Repub. Attic.

Gestio ipsum dāri mibi in confectum, in Phorm.

Gestio illam moueri, in Asin.

Gestire laetitia, de Finibus bonorum.

Gestiunt parietes gratias mibi agere, in Oration.

Gestiunt pugni mibi, id est, pruriunt, in Amphit.

Gestiunt scapula mibi, Plautus.

Gestire uoluptate nimia, Offic. I.

PRAEgestit animus iam uidere, id est, ualde cupit, in Orationib.

GG 4 GE-

LATINI SERMONIS
GENERO, GIGNO.

Genuit ^{etiam} deus ex sua mente & diuinitate, in Philo
Genuit blandimenta nobis multa natura ipsa, in Orat
Cenuit in hac urbe dicendi copiam.

Gignit dies diem, Plinius.

Gignuntur morbus & agrotatio ex totius ualeitudi-
nis corporis cōquassione et perturbatione, in Phil
Gignuntur opiniones dissensionesque firmæ, ibidem.

In generat amorem quendam inter eos natura, Off. i.
In generatur tibi castitas, Plinius.

In generatur cupiditas cognitionis & scientie hominum
soli, Acad. libro 9.

In generata familiarè fragilitas, in Oration.

In generantur hominibus mores, non tam à stirpe ge-
neris ac seminis, quam ex his rebus quæ ab ipsa na-
tura ab omnibus, in Oration.

PRÆfigere morem. In Pseudo. Nolebam ex me
morem præsigni malum.

PROfigere. In Truc. Neq; natus est, neq; profige-

GLVTINO. (tur.

Glutinare vulnus. Plin. Quo glutinatur vulnus.

Agglutinare aliquid. Attic. Tu illud defecabis &
hoc agglutinabis, id est, in eius locum hoc repones.

Agglutinare aliquem totum ad se, Plautus.

Agglutinare mibi ad medium malæ res plurimæ.

CONglutinare amicitias. De Off. Si utilitas amici-
tias conglutinaret, eadem communata & dissoluaret.

Conglutinare amores meretricios nuptijs, id est,
nuptias componere meretricias, in And.

Conglutinare concordiam. Attic. Tueor ut possum,
illam à me conglutinatam concordiam.

Conglutanuit hominem natura optimè. De Senect.

Conglu-

OBSERVATIONES.

Conglutinare uitium animi cum causa peccati, Cic.

Conglutinare uoluntates consuetudine. In Fam. Vita
di Simeonudo non est passa uoluntates nostræ con-
suetudine conglutinari, id est, arctius colligari.

Conglutinatus est ex his totus, id est, compositus, fa-
etus, in Orationib.

GRASSOR.

Grassari dicuntur latrones uias obſidentes.

Grassari eloquio, Horatius.

Grassatur pestis, quum ingenti hominum clade inua-
lescit.

Grassari ad gloriam. Salustius: Qui ubi ad gloriam
uirutis via grassatur.

Grassari aduersus homines. Sueton. Nec minore liuo-
re ac malignitate, quam superbia facuitiaque penè ad-
uersus omne genus hominum grassatus est, id est, im-
probum se exhibet, indiesque nocentiorum.

Grassari in aliquo. Liu. In te hac uia grassarur. In
Rud. Leonem in me grassari.

Aggredi aliquem, astutæ, probè, Plaut. Terent.

Aggressus ille beluam Martigenam, Plaut.

Aggredi cauſam. In Orat. Quum cauſam sum ag-
gressus. Eiij legunt, ad cauſam. Aggredior ho-
minem, hostem, Plaut.

Aggredi honores. Aeclo. 4. Aggredere o magnos,
aderit iam tempus, honores. Aggredi iudicem, in
Orationib.

Aggredi rem nullam dolose oportet, Plaut. Aggre-
diamur alia uia, in And. Aggrediar uirum probè,
Plaut. Aggredi ad cauſam, ad crimen, ad dicen-
dum, ad difputationem, ad historiam, ad ius, ad le-
ges singulas, ad maxima, Cicero.

GG 5 Aggre-

LATINI SERMONIS

Agredi aliquò. In Orato. Non enim inde repelletur quò aggredi cupiet, id est, appellare. Agredi astute, dolosè, probe.

Antegressa est honestas. i. præcessit, de Offic.

CONgredi aliquem. In Epid. Hanc congregiar astu, id est, aggrediar.

Congredi alicui. Verg. Imper congressus Achilli.

Congredi cum aliquo. Attic. Et cum eo, ut res indicat, scèpè congressus est. i. egit, loquutus est.

Congredi cum booste, gladiatore, pugnare. Gell.

Congresi in unam domum oës. i. conuenerunt, Varro.

Congredere actutum, in Phorm.

Digredi aliquē, discedere. Pli. Digrediebatur uxor.

Digredi ab aliquo. Cicero.

EGR EDI. In And. in Eunu. Sed ipsa egreditur.

Egreditur etatem puerilem, annum undevigesimum.

Egredi flumen, transire, Salust. Egredi officio suo, in Phorm.

Egredi ordine, Salust. Egreditur ab ea, in And.

Egreditur subito, in Eunu. Vnde egreditur? in And.

INGREDI, ambulare. Att. Si stas, ingredere; si ingreditis, curre; si curris, aduola.

Ingredi balneum, domum, forum, iter, laudacrum, mare, intrare. In Hecy. Nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. Ingredi dicere.

Attic. Cum ingressus essem dicere.

Ingressus est magistratum, Salustius. Ingredi orationem. Attic. Quam orationem cùm ingressus essem, id est, incepsem dicere.

Ingredi pedibus iter. Cic.

Ingredere uiam rectam, i. nusquam deflecte ab honesto, Plaut. Adag. Ingredi uiam.

Ingr-

OBSERVATIONES.

Ingredi ad explicandum aliquid, in Oratore.

Ingredi ad studium, ibid.

Ingredi in causam, in conspectum populi, in forum, in orationem, in Rem publ. in ßhem R. eip. recuperandæ, in sycophantiam, in tribunatum, Cic. Plaut.

PR OGREDI, PROGREDI domo.

Progressus iter bidui, Cæsar.

Progressus uiam multorum dierum, in Philos.

Progredi ante ædes, cum corona & lampade, in amicitia, intra carcerem ipsum, Plaut.

Progre di foras, pariter, in Bacch. in Pseud.

REGREDI in memoriam, meminisse.

GR ATOR, GR ATVLOR.

GR Atari alicui, sibi, uox historica & poëtica, est gaudere de bono proprio, uel alterius. Aened. 4.

Gratare sorori. Metam. 8. Totoq; libens mihi pectoregrator.

GR Atulamus alienis: dicimusq; gratulor tibi hanc rem, hac re, de hac re, & pro hac re.

Gratulabor aduentum uestrum filij, in Sticho. Adventum gratulantur, in Eunucho.

Gratulor tibi affinitate uiri medius fidius optimi, in Famil.

Gratulatus es mihi illius diei celebritate, Attic.

Gratulari dijs, gratias agere, Liu. Afran.

Gratulatus es ei recuperatam libertatem, in Oret.

Gratulor mihi, tibi, absolute. In Fam. Ipse mihi gratulus sum.

Gratulantur mihi eam rem, in Capt.

Gratulor huic terræ, Ouidius.

Gratulatur ei uoce maxima uictoriam, in Oration.

Gratularis mihi de filia, Cicero.

Gre-

LATINI SERMONIS

Gratulor ucheinster de iudicio ambitus, in Fam.
Gratularis mihi de nostro statu, de Milonis familia-
ritate, de leuitate & imbecillitate Clodij, in Fam.
Gratulare mihi absenti de reditu nostro, Attic.
CONgratulari alicui. In Orationib. Mibi deniq; ha-
mines præcipue congratulabantur.

GRatificari alicui, gratum facere. In Famil. Dom-
peto gratificari se putant.

Gratificari decus atq; libertatem suam. Salust.
Gratificari gratiam peruersam.

GVSTO.

GVStare labris primoribus genus hoc uitæ, in Ora-
tionib.

Gustare labris primis philosophiam, in Philo.

Gustare præcepta quedam brevia de actione & de
memoria, in Orat.

Gustare eius sermonem uolo, in Mostel.

D Egustare coniuiam. Attic. I si uoniuiam tuum
degustes, id est, cognoscere discas: fac eius pericu-
lum.

Degustare mentes sensusq; hominum, in Oration.

Degustes pauca uolo ex altercatione nostra, Attic.

R Egustare scripta, literas. Att. Credo regusto tua
literas. Item: Illam legi, uolo tamen regustare.

HABEO.

H Abere absolutum aliquid, Attic.

Habere acceptum aliquid a patre, De Offic.

Habebit acerbitatem obiurgatio, De Offic.

Habere acetum in pectori. Habere actionem,
in Orationib.

Habere acumen, in Orato. Habere aditum ad ali-
quem, Attic.

Habre

OBSERVATIONES.

Habere addicta fidem & religionē pretio, in Orati.
Habere admirationem, in Oratio. Habere aduersos
sibi multos, id est, inimicos, Sal. Habere etatem
suam bene, in Merc.

Habere etatem procul à Repub. est uiuere sine mu-
nere publico, Salust. Habere æmulum, Attic.

Habere æquitatem, De Offic.

Habere æquum & bonum, in Orationib.

Habere æs alienum, in Fam. Habere altercationem,
in Orato.

Habere amasum, amicum, in Capt. De Amic.

Habere ambiguum, in Famil.

Habere animum alienum ab aliquo, bonum, inquietū,
intentum.

Habere animum magnum, De Offic.

Habere animos sublimes, superbire, Metam. 4.

Habere animum ad nuptias, in And.

Habere annulum in digito, in Hecy.

Habere annum plenum atq; integrum ad prætravers-
gerandam, in Oratio. Habere apparatus.

Habere anxiū, inquietū, & sollicitum exercitū, Cas.

Habent appetitus rerum animalia, De Offic.

Habere argumentum, De Offic.

Habere artes in complexu, oculis, auribus, Plin.

Habere artificium, affectum deformem.

Habeo audire quid hic sentiat, id est, audiendum es-
tibi, Cicero.

Habere auratam & uestitā bene mulierem, in Men.

Habemus authorem neminem, in Phile.

Habere autoritatem, in Fam. De Senect.

Habere auxilia maxima, Att. (sū, in Ores.

Habere bonū & aquū quod defendat in casse, i. hon-
e.

LATINI SERMONIS

Habere bona sua pro stercore, nibili facere.
 Habere caput. Nec caput nec pedes habet, modus lo-
 quendi, cūm res intricata & impedita est, ut quō te
 uertas nescias.
 Habere casum magnum, in Famil. Habere castra,
 Attic.
 Habere catenæ, in Orationib. Habere cauſan,
 (Orat.
 De Offic.
 Habere cautionem, De Offic. Habere censum, in
 Habere certandum cum aliquo, Plin. Habere certū,
 in Famil.
 Habere charum aliquē uel charam, Attic. In And.
 Habere ciuitatem, in Orationib.
 Habere cognitionem cum aliquo, in Philo.
 Habere cognitionem, in Philoso.
 Habere cognitum, in Philo. De Amic.
 Habere cognomen sapientis, De Amic.
 Habere collectum aliquid multo labore, sudore, uigi-
 lijs, in Oration. Habent colloquia inter se, Cef.
 Habere comitia. In Philo. Ioue tonante, fulgorante,
 comitia populo habere nefas est. Habere comitati
 sermonis, De Offic.
 Habere commendationem formæ atq; etatis, Cas.
 Habere commendatum aliquid, in Famil.
 Habere commertium cum aliquo, de aliquo, De Offic.
 Habere commissuras mirabiles, in Philo.
 Habere compedes, Teren. Habere cōpertum, Salust.
 Habere comprehensum, in Philoso.
 Habere conceptum atq; comprehensum aliquid animo,
 in Philo.
 Habere conciliatum bonorum studium ex tribunath,
 in Famil.

Ed

OBSERVATIONES.

Habere concionem, Attic. Habere concitacionem,
 in Oratore.
 Habere conditionem, in Orationib.
 Habere conditionem ab aliquo, Attic.
 Habere conductum aliquid, ut fundum, in Orationib.
 Habere confusam & incertā constitutionem, in Phil.
 Habere coniunctum cum cauſa, cum uirtute, in Fa-
 mil. De Offic.
 Habere conscientiam conditionis sue, Plin.
 Habere consilium de Repub. Salust.
 Habere constitutam necessitudinem, in Famil.
 Habere constitutionem cōfusam & incertā, diximus.
 Habere cōtemptui.
 Habeo conuenire, id est, conuenientum est mihi.
 Habere conuersum aliquid, in Oration.
 Habere conuiuum, in Casm.
 Habere copiam uberrimam ad laudandum, in Orat.
 Habere copiam auxiliij, in And.
 Habere copulatum alicui, in Philoso.
 Habere culpam, in Sticho. Habere cumulatum, De
 Offic. (Gell.
 Habere cupiditates, in Orat. Habeo curam uestri,
 Habere cure imperium, in Men. Habere cursus,
 Caser.
 Habere defensionem contracrisen, in Oratore.
 Habet delectationē præteriti doloris secura recordatio, in Fam.
 Habere delectum, De Offic. Habere deliberationem, De Offic.
 Habere deliberatum, in Orationib. (cus.
 Habuit deliciatā nimīū. i. lautē nimis educari, Plin.
 Habere demonstrationem conuersam. i. contrarium
 de.

LATINI SERMONIS

*demonstrare, in Oratio. Habere deos faciles. i. pro-
prios, Quid.*

Habere depopulationes, in Orationib.

Habere depositum aliquid apud aliquem, in Oratio.

*Habere despicatam adolescentiam, mulierem, in Eu-
nucb. in Casiu.*

*Habere defectui, in Men. Habere deum presentem,
in Phor.*

Habere dicere de dijs, in Philoso.

*Habere dictum iam satis. In Persa: Hoc tibi dictum
habe.*

*Habere difficultatem, dignitatem sapientiae doctori-
bus, dignitatem summariam in motu, dignum, diligen-*

tiam, discrimen, dispersum aliquid, dissimilitudinem,

*diffusione in se, disputatione, diuisum aliqd inter-
se, diuina atq; humana omnia, pmissua, dolores, do-*

lorem magnū, dominationē in aliq; dubitationem,

Habere editionem alicui, edictum, effugium, emissio-

nes, escam optimam, euentus bonos, excogitationem,

excusationem, exemplum ad imitandum, exercitu-

antium & sollicitum, exsuffimationem, eximium, ne-

minem, exicum bonum, difficilem, infelicem, inopina-

rum, expectationem, expertem aliquem amoris, ex-

pertum, expletum aliquid, explicatam aut expli-

ratam rationem salutis sue, expurgationem.

Habere fabricationem, faciem ad aliquam rem, facta-

similia, factiōnem testamenti, facultatem, falso al-

quem, falsa pro ueris, famam, familiaritatem cum e-

fisi, febrim, fidem alicui, uerbis fiduciam, filiu-

um ex aliquo, felicitatem, foenum in cornu, formā,

formatum aliquid, fratrem, fructum.

Habere gaudium, grates, gratiam alicui, & abdi-

quo

OBSERVATIONES.

quo gratus, gratulationem, gratum, aduersum ali-

quem, grauitatem.

Habere hominem ipsum, honorem & honores alicui,

honori aliquem.

Habere iactationem ignominiam, imperium summum

domi & militie, imperium in beluas, implicatum ali-

quem benevolentia & consuetudine, imperium, impu-

nitatem, immunitatem rerum omnium, incertā pro-

certis, incolumitatem, incusationē, indicē, indicium

bellum, infamiam, ingenium, ingratia bona, inimicum,

inuidiam, inuitum, inimicitias, iniquitatem, insidias,

instar minimi momenti, intimum aliquem, iracundi-

am, iter aliquo, iudicium, ius disputandi, transudi,

uocādi, iussum.

Habere labem conscientiae in animo, lātitiam, lauda-

tionem, laudem, lēpōrem in uerbis, leuationē, & gri-

zudinem, cupiditatem, formidinem procreandi, licē-

tiā singendi, literas ad aliquem, loco eodem, loco

fratris, hostium patris, praece, locum consiliij, ludi-

brio aliquem, lumen literarum.

Habere magistrum, magistratum, magni, magno, ma-

lum, magnum, mandatum ab aliquo, maturitatem,

memoriam, mercatum, merita, metum, mirum, misera-

rum, missum aliquem, modum, molestiam, momenta

partita inter se & diuisa, momenti nihil, moram, mo-

res nouos, motum, motus animorum interpositos, mu-

tationem, multa.

Habere naturam admirabilem ad dicendum, naturale

aliquid, nunci, neceſſe, neceſſitatē, neglectui, nego-

tium, nomen sapientiae, notatum aliquid animo, noti-

tiā dei, notitiam feminā, notum, numero aliquo

aliquem, numeros omnes, numerum suum, suorum.

HH Habere

LATINI SERMONIS

Elabere obfirmatum aliquid, obstrictum sibi, obtrectationem, occasionē, occultū aliquid, occupatū animum, otium ad potandum, oculos suos in oculis alterius, odio aliquem, odium in aliquem, offensionem, officia alicuius in aduersis & secundis, omnia, opinionem alicuius & de aliquo, opportunitatem, opionem, opus consilio, uel opera alterius, orationem ad aliquem uel cum aliquo, ordines.

Habere pac̄tam fororem filio, palmam, paratum aliquid parentem neminem, partem magnam, partes priores, partes in comedie, participem aliquem consilij, partitum aliquid inter se, patrem aliquem, pensum, p̄sū quicquam uel nibil, perceptum aliquid, persiguum ullum, perfectum rebus maximis, persussum sibi polliceri, pondus, positum, prebendum aliquid, praede aliquid, praepositum aliquem amori suo, precari, prebensionem, pretium sumnum, prima que suavia in presentia essent, principatum, principia probro, processum, progressum in literis, promissa omnia diuina & humana, promissum alicui, propitium aliquē propositum iudicij metum, propositum reprehendendi, tuendi aliquem, prouinciam, proximum aliquem, pudicitiam, pudorem.

Habere quæstionem de aliquo & in aliquem, quæstorem aliquem, quæstui aliquid, quartanam, querelan apud aliquem de aliquo, querimoniam de crudelitate alterius.

Habere rationem alicuius, aliorum, absentis rationem accepti & exp̄si, rationem dicendi, dignitatis, salutis, sui, suorum, ualeitudinis, rationem cum massis, cum terra in rebus omnibus, rationis aliquid, receptum aliquem in his partibus, recordationem littera-

OBSERVATIONES.

literum, regnum in cœlo, relatum nomen in codice accepti & exp̄si, religioni contrarium aliquid, reliquum, rem omnem, rem pac̄tam, Rem publicam, res solutas sibi recte, rem cum aliquo, reprehensionem tribunatus, requitem, residuo, respectum ad bonos, ad senatum, respectum rebus maximis, responsum sibi, robur, rogationes ambitiones, necessaries.

Habere: salē, scelus, scholas, scientiā, scribere ad aliquem, scriptum, se bene, caste, ita, parcē, sic secundū aliquem in civilitate, eloquentia, eruditione, familiarietate, integritate, mansuetudine, pietate, possessione: sedem, segregatum aliquē à se, senatum, senectutem, sensum in rebus, sensum oculorum uera cernentem, sententiam eandem, sermonem apud amicos, apud populum, de agricultura, priuatim, publicē, inter aliquos: sibi aliquem, signum ex arte, simile quicquam hominum, socium, sollicitudinem, sollicitum aliquem, solutas res recte, somnum, fororem, sp̄atum, sp̄eciem glorie, speciem honesti, spectatam fidem, sp̄em sumnam uiris electissimis ciuitatis, sp̄em de aliquo, sp̄em positam in uno homine, splendorem in uocem magnum, statutum cum animo, stipendiarias ciuitates, studia, studio, studiosum sui aliquem, suaderē suasionem in se, suauitatem, sumptus cum aliquo, susceptum bellum cum aliquo, suspectum, suspensas rationes, susptionem luxuriae.

Habere tantum aliquid secum, laurum, tempus, temporis nibilacum, testimonium uocis, testimoniū, testes ad eamrem, totum aliquem, tuendum aliquid, turmas equitum ab aliquo, turpitudinem.

Habere uacationē militiae, uectigales socios, utralia bona

LATINI SERMONIS

Bona, uenalem iurisdictionem, uerbum, uerecundiā, uiā ad aliquem, uictoriā, uigilias, uim, uim aper-tam, uirtutem in manibus, in se uitium, uocationem, uoluntatem alicuius, erga aliquem, uoluptatem, uoluptati, uota, urbē, usum membrorum, verū uel ex rebus utilitatem, uultum in manu, uxorem.

Habere à Cæsare conditionem, à disciplina ueterē ue-recundiā, à patre nomen, à seruis se castè, à se segregatum aliquem.

Habere ab aliquo gratiam, licentiam, literas, manda-tum, turmas equitum, satis.

Habere ad aliquem aditum, literas, uiā: ad bonos respectum, ad Cappadociam caſtre, ad imitandum exemplum, ad iniuriam cauſam, ad manum seruum, ad nuptias animum, ad omnia, ad porandum otium, ad præturam gerendam annum plenum & integrū, ad primā epistolā, ad rem aliquā testes, ad rem eas faciem omnem, ad Rēpub. euertendam, annum plenum & integrum, ad senatum respectum.

Habere aduersum aliquem, gratum aliquid.

Habere apud aliquem depositum aliquid, apud aliquem querelam de aliquo, apud amicos sermonem, apud populum sermonem.

Habere cum aliquo bellum suscepturn, rem, sermonem, sumptus: cū administratione prouincie dissimilitu-dinem, cum animo statutum ac deliberatū: cum cauſa coniunctum aliquid, cum Musis rationem, cum re-rum natura cognitionem, cum terra rationem, cum uirtute commertium, cum uirtute coniunctum ali- quid.

Habere de aliquo fundum conductum, de aliquo que-rebas apud alterum, de aliquo sic, de aliquo ibem, de agri-

OBSERVATIONES.

agricultura sermonem, de crudelitate alicius que- rimoniam, de Rēpub. consilium, de uilla sermonem, erga aliquem uoluntatem.

Habere ex alio, ex aliquo filium, ex arce signum, ex belua usum, ex ingenio proprio, ex sc̄.

Habere extra cathecas aliquem.

Habere in aliquem dominationem nimis magnam.

Habere in aliquem questiones.

Habere in aliquo dignitatem summam.

Habere in amicis aliquem, in amore aliquem.

Habere in animo, in animo consolationem, in animo pe-tere, proficiisci.

Habere in auribus, in audiendo uoluptatem.

Habere in beluas imperium, in carcere, in catheca-aliquem, in capite suo discrimin, in cauſa & quum & bonum, in codice accepti & expensi nomen, in cœlo regnum, in complexu artes, in consilio, in conspectu artes, in custodijs liberis aliquē, in delitijs simiam, in decemuiris aliquem, in eloquentia laudem, in grati-a, in homine uno ſpes poſitas, in itinere sermonem apud amicos, in iudicijs legitimis defensionem contra crimen, in literis proceſſum, in uxor̄is loco ami-cam, in ludo gladiatores, in manibus opus magnum, uirtutes, in manu uuln, in matrimonio confobri-nari, in memoriam, in motu summa dignitatem, in nominibus aliquid, in numerato, in numero neceſſa-riorum ſuorum, in numero ſapientum, in numero ſuo rum, in oculis aliquem, in oratione fabricationem, in ordine omnia, in ore aliquem, consolationem, uer-sus Græcos, in parato, in populo iactationem, in po-testate aliquid, in praefectis aliquem, in promptu, in propatulo, in profeſſu, in re aliqua progreſſu, in

HH 3 rebus

LATINI SERMONIS

rebus omnibus rationem, in rebus omnibus sensum quandam, in ridiculo aliquem, in se laudem ueran. principatum, uirtutes, in se bona omnia, in Tusculano disputationem, in uerbo fabricatione, in uerbis leporem, in uerbis pingendis pondus, in uinculis aliquem, in uiris aliquem, in uoce magnu. splendorem, in usu, inter se partita et divisa momenta.

Habere pro amico, pro ancilla, pro certis incerta, pro certo, pro derelicto, pro exemplo, pro explorato, pro factis uota, pro filio, pro fratre, pro hoste, pro literis, pro oraculo delphico, pro patre, pro stercore, bona sua pro suo, pro Sybille folijs, pro ueris false, pro uxore.

Habere sub manu, sub signo uolumen epistolaru. subter se omnia.

Habere egrè, angustè se, arctè contente aliquem, bene etatem suam, bene et pudicè aliquem, bene rem, belle, castè se, clam, comiter, duriter se, frusta gratis, humaniter, impunè, ita luculentè diem aliquem, male, multum studij, munditer se palam, parce se, pudicè, rectè, sat, satis, satis acuminis, satis compertum, satis orationis, secum tacitum aliquid, sic: susq; deq; uulgò.

Habere casas humiles, triginta millibus, Miletii, Rhodi, uicina proxime, apud aliquem, in ecdibus, in bonis, in foro, in oculis, in platea hac, in rebus, in rostris, in uita beatam eternam summi mali, in uultu occ.

Habitare bene, laxè, et magnificè. (los.

Ahibere animum suum, animum fortē, arbitros, artē rei alicui, aures, autoritatē, autoritatem ad monendum, calcaria alicui, calumniam, cau-

tionem

OBSERVATIONES.

tionem rebus suis propter infirmitatem bonorum et iniquitatem malorum, celeritatem, cibum et potionem, consolationem, contentionem, cultum diis immortalibus, curam de reditu, de salute, de sacerdotio, curationem omnibus, delectum, desperationem in consilium cogitationum suarum, diligentiam in omni munere fungendo, doctrinam, dolorem animi in consolando aliquem, dolum, frandem, frenum alicui, fugam pugnac similem, gratiam, grauitatem in summo dolore, honores alicui, iudicium, laudatores è claris uiris, lectionem ad aliquid, lumen rebus, macinas omnes ad tenendum adolescentem, magnitudinem animi, manum uectigalibus alterius, medicinam alicui, memoriam rebus, metum sibi comitem, moderationem, misericordiam in hominis fortunis, moderationem summatam in rebus, modum rebus, modum sumptibus, mundiciem, neruos, officium erga aliquem, parsimoniam, patronum, pompa in dicendo, preparationem diligentem, preces diis immortalibus, principem in causis, rationem, religionem, reverentiam aduersus homines, sapientiam in Reipub. salute, se in consilium, sermonem ad uoluptatem, sermonem in foculis, solatia alicui, Speciem quandam in dicendo, studium ad discendum, et ad omnes rerum bonarum disciplinas suavitatem, testem deum, testes è claris utris, tormenta, tympanum, uenitatem orationis, uitam alicui, ueritati: uires, uocem, uirtutem in summo dolore, usum.

Ahibere ad aliquid lectionē, ad causas maiores aliquem, ad dicendum et ad omnes rerum bonarum disciplinas studium, ad mouendum autoritatem, ad

LATINI SERMONIS

ornatum corporis aliquid. Aduersus homines reverentiam. De sacerdotio alicuius curam. E claris viris laudatores, estes. Erga aliquem officium, in causis principem, in consilium cogitationum suarum desperationem, in consilium se, in dicendo speciem atque pompa quondam, in dolore summo gravitatem virtutem, in hominis fortunis misericordiam, in omni munere fungendo summam diligentiam. In Rei publica salute sapientiam.

Adhibere celeriter, liberaliter aliquem.

CO Hiberæ aerarium severitate: aurum, manus, oculos à sociorum coniugibus ac liberis, ab auro gaudia que regia conatus crudelissimos alterius filium, impetrum furentem alterius, libidines suas à coniugibus alienis, manus ab alieno, oculos, os, se à pecunijs sociorum, se intra lumen, semen.

EX Hiberæ aliquem, affectum patris alicui, argumentas alteri, inter patinas fidem, horam nullam incue liberando, imperium, iustitiam, molestiam, negotium, promissum librum alteri, rationes, rem saluam, se amicam, se iudicij hominum; se tormentis.

IN Hiberæ imperium, nauem retro, remiges, se rationibus, scrupulum, pitem, legibus supplicium alicui.

PERhibere, dicere, ueldare.

Perhibere aurum, cibum, ea quibus est usus homini, locum alicui apud se, testimonium, uerba.

POSThabere res omnes sibi.

PRohibere aditu operis, calamitate magnū ciuium numerū, commeatu exercitū, corpore suo aliquē discessiōnem, domo aliquē, fame, frumentatione Romanos, hospitio arenae, hostem a pugna, ignes infandos à nauibus, incendium tectis, incuriam, infamiam, iniuriam

OBSERVATIONES.

iuria tenuiores, linguam à dolo, à mendacio, manum ab iniuria, nimis, morbum capiti, cruci, oculis; pabulatione Romanos, parentes alicui, prospectum, regione aliquem, uim à se, uxorem alicui.

Prohibere à dolo, à mendacio linguam, à periculo Republicā, à pugna hostem, à se uim, ab edibus aliquem aqua, fuste, lotio: ab iniuria aliquem.

Prohibere cum infinitivo: ut, Prohibet abire, adire, cognoscere, discere, docere, fari, iurare, resumere uires, uidere. Quod dij prohibeant. Iste hæc dij prohibeant.

HÆREO.

Hærere alicui aquam, clavu nauis, crimen, culpam in aliquo; famam alicuius ad metas, flumina, fontibus, incepto, linguam metu, loco aliquo, osibus, peccatum alicui, pedem pede, pugnum in mala, puteis, rem, scatas parietibus, sedibus, tela, icla in scuto, terminum alicubi, turpitudinem alicui, uiro uirum, uocem fauibus, uultu immoto, uultum.

Hærere ad metas famam alicuius, apud aliquam, in aliquo culpam, crimen: in edibus sumptuosis, in aqua, in bonis, in causa, in corpore totum, in faucibus, in gradu, in iure, in luto, in mala pugnum, in mercibus uenalibus, in oculis, in parte aliqua apud aliquem, in pennis, in Repub. religionem, in salebra, in scopulis, in scuto tela, in medie flumina, in tabulis publicis reum, in thesauris, in uedo, in uestigio, in uirgine, in uultu alicuius.

Hærere alicui.

HÆsitare lingua, in institutis maiorum, in luto.

Adherere alicui aliquid, ad turrim, ad uentre, infimum famem.

LATINI SERMONIS

ADHæscere ad columnam, ad fundas, ad saxa, in
materiem seditionis.

CONHæcerere alicui nuptias, orationem.

INhæcerere cervicibus patris, matri, oculis, memoriæ
H A L O. (imaginis, rē animo.

ANHælare crudelitatem ex infimo pectore, malum,
minarum genus triflissimum, scelus.

EXHælare crapulam, coniuīj crapulam, uinum.

INHælare popinam teterrimam ore foetido.

H A V R I O.

H A V rire animum, animo, auribus uocem alterius,
calamitates incredibiles, cœlum, cupiditates, dolo-
rem acerbissimum in uita, fontes, incendium, longi
temporis opus, latus apertū, lucidū, paterā ſhumat-
tem, paurorem, corda exultantia, rororem, ſolem, mediū
orbem, supplicia, voluptates affluentius.

EXHaurire ærariū alicuius, amorem iniuria, bella,
domum alterius, fontem benignitatis, boës ſumpū,
labores, laudem alicuius, legatis aliquem, mala, ſer-
mone unius ambulationis, merita alicuius, pecuni-
am omnem ex ærario, prædam maximam ex agris,
fortunis, urbisq; ſociorum ſpiritum, terram ma-
nibus sagulisq; uigilias fruſtra, uinum, uires.

H I O.

HIARE, aperiri, deduciri mis.

Hiare æſlu, ariditate, domus, flores, humus dicuntur.

ENHIare aurum, bona, hæreditatem, quod nusq; est.

ELIscere, aperire os ad loquendum. Plaut. Ne biſcere
quidem audet. Plin. Quis hiſcere audebat.

Hiſcere ades, terra dicuntur. i. aperiri.

DEhiſcit terra. Aeneid. 4. Sed mihi uel tellus optem
prius in te debifcat. Dehiſcit uterus. i. aperitur.

H O N E.

OBSERVATIONES.

HONESTO.

Honestare aliquem honore, uno bæſiliè ſpacio, duo-
bus ſpacij tribus ueſtis: domum domino, mortem
alicuius. Hinc cohonesto, de honesto.

H O R R E O.

Horrere aliquem, crimen ingratia animi, furem, incur-
ſus luporum.

Horret corpus, ager, terra sub hyeme, tempore hye-
Horrendum monſtrum. (mali.

HORrefecunt campi, ſegetes. (pilo.

Horrefecere morbus futuros. Hinc horrifico, horri-

Abhorrire aliquē, diſtortos & punilos ut ludibriæ
naturæ malisq; omnis: famam ampliatam, bilisitu-

Abhorrire à charitate uulgi, à nuptijs ani- (dine).

mum, à ſuſpitione orationem, à ueritate.

Abhorrire ab aliquo rationem, ſententiam, uoluntate
ab auribus uulgi, ab ipſa cauſa, ab officio ſuo,
ab utilitate eorum qui audiunt orationem: ab urbe
relinquenda, ab uxoria re.

Exborrere uult accuſarium. Inde exborresco.

H O R T O R.

Hortari aliquem. In Hecyr. Te ſedulo & moneo &
hortor. Deductum ab ore.

Abhortari aliquem. In Hecau. Preterquam res te
abhortatur tua. In Eunuch. Abhortor proferent.

Qobortari inuicem, Sueton.

DEbortari aliquem, elizuid. In Phorm. Hic debo-
ratus eſt me, ne illam illi darem. In Capt. Si erit oc-
casio, haud debortor.

Debortari ab. Ad Heren. Si ab his debortabimur.

Debortari cuj; infinitivo. Gell. Multame debortare
ſunt huic prodire. Exbortari.

I A C E O.

LATINI SERMONIS

I A C E O.

Iacere animum, campos, carmen, cineres, conclusio-
nem rotam, contemptum, delectum, humi, iudicia, ne-
glectum, orationem, pecuniam, pretiae prædiorum,
rationes, relictum, Rempublicam, somno, studia, sti-
lum, testibus, virtutes.

Iacere ad pedes alteri, ante ædes, extra ordinem, in
aduersarijs nomen, in aqua carnes, in limine, in lu-
stra, in medio, in neruo, in obliuione, in occulto, in
pace, in perpetuum, in ruinis Reipub. tempora, insi-
lentio, sub arbore.

Iacere grauiter, passim.

Subiacere alicui, subditum esse.

I A C I O.

Iacere adulteria alicui, aggerem, aleam, anchoram,
caput suum in median contentionem, concumeliam
in aliquem, fulmen in medium mare, fundamenta pa-
cis, salutis, globum, gradum ad alia, igniculos quo-
dam uiriles, iniuriam nefariam in aliquem, incenia,
muros, salutem in hac arte, scyphum de manu in ali-
quem, significaciones nec dubias, suspicionem alicui,
talos, telum, terrores non mediocres, uocem iracun-
dice et doloris.

Iacere in aliquem dicta, contumeliam, fulmen, iniuria,
scommata, scyphum. Iacere obscurè aiquid.

IACTARE aliquem, ceruiculam in hoc crimen,
clamore, conuitio aliquem, curas pectore, lapides in
orbem uacuum, minas, numnum, odorem latè, se de
iñis pescinarum tritonibus, se in caufis, se magnifi-
centius, terra mariq; terrorem, uerba, uocem ad sy-
dera, in iudicijs rem, in opere declamatorio.

Iactare uulgò aiquid.

I A C T I.

OBSERVATIONES.

I ACTitare aliquem.

ABijcere aliquem, edificationem, amorem, animum,
authoritatem senatus, cogitationem de dicenda in
senatu sentētia, cogitationes suas omnes in rem tam
bumilem atq; contemptam, commentationem caufa-
rum, cunctationem omnem, consilium belli faciundi,
curam omnem de Repub. dolorem omnem, gloriam
totam, hastā, intercessorem, obedientiā, onus officij
propter perfidiam, onus, pondus humeris, segnitiem,
socordiā a se, superbiā, togā, ad pedes alicuius se.
Abijcere à, ad, de, in, propter, patent in superioribus
exemplis.

ADijcere alicui, animū ad uirginem, auth-
oritatem uoluminibus, calculum album, conuitia factō,
dies super dies, gloriam ingenij & doctrinæ, ad lau-
dem aliquam, imprudentiam oculorum aliquo, latius
alicui, mentē dictis, naues apertas ad minores, noui
aliquid, oculū bæreditati, oculum puellæ, oculos cu-
piditatis ad omnia, oculos in aliquem, oleum in flam-
mas, pulchritudinē alicui rei, sententiam suam.

Adijcere ad, in, super phrasibus dictis reperies.

Conijcere cetera, ignes, lapides, pila.

Conijcere è loco superiore tela, ex area lapides.

Conijcere in aliquem oculos, in aliquem spem, in amo-
rem aliquem, in carcерem, in cajtra aduersariorum
se, in collum palliolum, in diligentiam nimiam seruit
crimina, in equuleum, in familiam alienam maximā
se, in fugam hostes, se in gregem locupletium, in te-
nues similitatū caufas, in hostes tela è superiore lo-
co, in ignem aliquem, in intimum se, in læritiam ali-
quem, in latebrum mirificā se, in lautumias, in librū
aliquid, in malū se, in metum, in morbum aliquem, in
muletum-

LATINI SERMONIS

multitudinem culpā rei, in noctē aliquid, in nuptiis aliquid, in ordinem aliquem, in pedes se, in perturbationem Rēpub. in plagas aliquem, in prouinciam ultimam se, in saginam se, in tempus breue aliquem, in terrorem animos tyronum, in tricas aliquem, in turbam se, in uincula aliquem. Conīcere se intro.

CONiectare aliquid, male.

DEiūcere aliquem ceditate, autoritate, cōsulatu, loco, principatu. Deiūci animo, spe.

Deiūcere aluum, columnis operis aranearum, hostem telo, libellos, metum per uirtutem, oculos, sortes.

Deiūcere à capitolio, à corpore cruciatū, à gubernaculis senatum, à Rēpub. oculos. Ab cēdibus, ab arbore arcem, ab equo hostem. De custodia ciuitatis Imperatorem, de foribus araneas, de gradu aliquē, de honore aliquem pecunijs, de pariete araneas, de ponte sexagenerios, de ponte minore annis sexaginta cōtra morem maiorū, de possessione fundi absentem, de præsidio urbis Imperatorē, de sententia aliquem, de statu omni aduersarios, de uia, è fundo aliquē, ex aëre gruem, ex capitolio, ex defensione alicuius propugnaculū, ex proximi uicini fundo, ex interiore parte cēdium, ex possessione Rēpub. in caput securim elatam, in carcere aliquem, in bumum oculos, in locum, inferiorem, in uincula aliquem.

DISiūcere manum, medium aliquem, rates.

Eliūcere aliquem cēdibus, ciuitate domo, nudum oppido, senatu.

Eiūcere amorem ex animo, animū patris de filio, crepitū ex aliquo, lingua, molliciem animi, nauem aliquod, ruborem alicui.

Eiūcere ad littus, apud Andruin, de filio animum patris

OBSERVATIONES.

tris, è mari, c prædio, ex aliquo crepitum, ex animo amore, ex oppido aliquem, in terram nauem.

INiūcere amēciam satellitibus, capistrū equo, catēnas hominibus misericōdib⁹, cauſam alicui deliberandi & iudicandi, iustam moram & religiōnem, cogitationem alicui de triūpho, cupiditatē hominibus, cuxam alicui, deferationem Rēpub. dubitationē hominibus, formidinem miseris, frenia intemperantia, ira, luxuria, frustrationem maximam infamilia alicuius, fugā inimicis, ignes sedibus capitoliniis, lora canibus, maculam libro, manum, mentē, metum alicui, & in peccus alicuius, notam libro, pérículum mortis, pilum alicui, plagiā petitioni alicuius, pontes nouos fluminibus, securim petitioni alicuius, scrupulum, spem alicui, studium magnum hominibus, timorem bonis omnibus, trigulam in scena, uerba alicui, uincula.

Inieccus ad incredibile crimen.

Iniūcere in aliquem manus, telum. Iniūcere in fraudem malam & prēmium aliquem. In ignem se, in sermone aliquid alicui.

INteriūcere aliquem alijs, baculū canibus, dies pœcos, medium aliquem etatibus fratrib⁹, sagittarios equestris prælio, sententiam orationi, se pugnae, spaditum, ualles collibus.

OBijūcere argensum alicui, Asiam alicui, cines suos seruis armatis, crimē, dedecus, errorem alicui, facinora puerilia, istib⁹ etatis homini, florē uini naribus alicuius, fomes acerba populo Thebano, furorem alicui, gaudium, ignobilitem Cæsaris filio, ingratitudinem alicui, iumenta machine, lactitiam, nec opinanti alicui labore, lucrum alicui, mactheros

LATINI SERMONIS

macheræ aliquem malitiam, malum, moram, negotium alicui, pabulum aibus, præpedimentū fallacie alicui, prævaricationem, probrrū, religionē alicui, se periculis, signum religioni, solicitudinem, uitam morti, periculo, telis hostium.

Obijcere de morte alicius alicui.

OBiectare caput periculis, possessiones alicui ex bonis prescriptorum.

Porrificere, procul iacere, sacrificantium vox est.
Aeneid. 5. Extra & falsos Porrificationis in fluctus.

PROijcere aliquem, ampullas & sesquipedalia uerba, audaciam, pedem, pudorem, se in gramina, in antro viridi, in miseras, se in pedes.

REijcere aliquem, caussam, hostem, iudices, manus ad tergum, negotium, nihil hic, onus, pecora, quod excedit rationem, rem, Romam aliquem, sanguinem se in aliud familiariter.

REijcere ad epistolam ipsam aliquem, ad leges se, ad senatum omnia, ad tergum manus, ex senatu aliquem, in aduentum Cæsaris aliquid, in aliud se, in annun alterum comitia, in mensum aliud, in Galliam causam, rem.

SVBijcere animum uitij, ceruicem imperio, iugo, oneri, securi: integros uulneratis defensisq, lapsus alicui rei, materia, pigritiam, præconi publico aliquem, pudorem sub metum quod dictum est, rem fortune, rem oculis, rotas, scelus, fraudemq nocentis odio ciuitum, scientiam, sententiā, se legibus alterius, terrorē, testamentū, timorem, uerba alicius, ueritatem, subijcere sub affectum, sub metū, pigritiam, pudore, terrorem, timorem.

TRaijcer aliquem basla, iaculo, telo. Trajicer equor

OBSERVATIONES.

æquor, brachium alicui, trajicere classe in Italianam, classem in Apfricanam, copias Iberum.

Trajicere cælum aues, sol dicitur, trajicere Rhodanum exercitum, flumen, humerum rompeba, mare, murum iaculo, se flumen, uerbum.

IGNORO.

Ignorare aliquē, aliquid, ius, nomine suum, patrē suum.

IMBVO.

Imbuere animum tenerum opinionibus, aram agnis, farinam fermento, gladium sanguine, gladiū scelere, ingenium artibus, lanam liquoribus, mentem hominis deorum opinionibus, testam odore.

Imbui artibus, crudelitate, errorib. uarijs, flagitijs, literis bonis, malis moribus, opinionibus, parentum præceptis, se studijs ab inenite etate stipendijs castrenibus, usu.

IMITOR.

Imitari aliquem, aliquid, Auidenum, id est, aurum & parcum. imitari cbirographum alterius, Epicurum magisterū, maiores: imitari patrē, poetas, proæ nos, senes: imitari sonitus olympi, Stoicos, ueteres.

INCHOOO.

Inchoare aleum aliquid, bellum, conuentum, libros.

INDVLGEO.

Indulgere ab algeo in lirera A, ponere negleximus. Indulgere alicui affectibus suis, amicis nouis, animo suo, Baccho, desiderio alicius dolori, ebrietati, ignacio, genio, gula, gymnefij, hōbito, inertie, luxurie, peccatis, pœnitis, precibus, sibi, somno, suffragio, ualeitudini, uesperitu, uino.

INDVO, BXFO & No

Induere amicum, animum ferocem, micem, muliebre,

II pueri-

LATINI SERMONIS

puerilem, uirilem, annulum aureum in digito, bardo cucullam, cognomen alterius sibi, coronā, craterem coronā, ensem humeris, exuuium leonis, fortitudinē, galeam, boninem, imaginem mortis, indusium lineū aut lanceum, ingenium sibi, insignia Bacchi, iudicē, lugubria, monachum, mulierem, parasitum, personam amici aut iudicis, pharetrā bumeris, pileum, regem, sacerdotem, scalam, se uallis acutissimis, se usque, uuis uineas, se in florem, se in idipsum, se in laqueos multos, se in uultus uarios, scutum, talaria, Thereten, togam uirilem, torquem alterius sibi, tunnicam alicui, tyrrannum, uestem sibi, uultum pueri, regis, senis, uirginis.

Induī confessione sua, induit pice postes, induit segētibus terra.

Induere in, habes inter dictas phrases.

Induere in mentes animos' que bonum cum audiendi quadam illecebra res utiles, Gellius.

Exuere aliquem anima, armis, opibus, regno, ensem humero, ferocitatem, frontē, hominem, humanitatiē, gratiam nouitatis, manus uinculis, mare pulcherrima classe, mentem istā, metu mulierem, ossa magna, pedes uinculis, pharetrā bumeris, pudorem, puerum, se, se agro paterno, se patrimonio, se pellibus, se sarcina, se tunica, timorem, uercundiam, uirum. Exui conscientiamala, corpore, gloria, imperio, iure, metu.

INITIOR.

Initiari Dō alicui, ministerijs, misterijs.

Initiatur puer, In Phor. Vel sic: Initiatur puer Christiana fidei in baptismo.

INQVINO.

Inqur

OBSERVATIONES.

Inquinare agros crepos Reip. turpis tenis possessori bus, amicitiam nomine criminoso.

Inquinatus ore, lingua, manu, uita omni.

Inquinata uita flagitijs omnibus.

INSANIO.

Insanire sponte sua, ad exemplū alicuius, cū ratione.

INSINVO.

Insinuare aliquem animo alterius, se, se ad amicam alterius, se ad caussam, se in amicitiā alicuius uel cū aliquo, se in coniugitudinem, se in familiaritatē alicuius munieribus, se in philosophiā antiquā, se in sermonē alicuius familiariter, se inter equitum turmas.

INSTAVRO.

Instaurare animum, bellum, cedem, censum, diem festū, dolorem, domū, epulas, funus, gaudia, incendia, mensas, musas, poenas, proscriptionem, rapinas, reliquias belli, Remp. labefactatam, sacrificium, scelus, scabias, bona, studia.

Integrascit hoc malum.

Integratur animus admiratione.

Redintegrare animum, bellum, coniurationem, cpias, latitatem, orationem, praelium, spem, uictoriae uires.

INTERPRETOR.

Interpretari memorie alicuius monstrum, herba alterius, uirtutem ex consuetudine uite sermonisq; de liberalitate alterius.

IVBE O.

Iubere aliquē, aliquid, legē. Iubet populus, i. decernit.

Iubere ut. Iubere cum infinitivo: Iubeo te dare, bene animo esse, gaudere, saluere, beneficerare.

IVGVLO.

II 2 Iugur

LATINI SERMONIS

Tugulare aliquem gladio, præiudicio, uerbis.

IVNGO.

Iungere aliquem sibi, uel cum aliquo, agmina, affinitatem, amicitias, amicos sibi una opera, charitatem inter paucos, currum equis, dextram dextræ, dextras, equos currui, exercitum, familiaritatem, foedera, opes: se alicui affinitate, amicitia singulari, amore, cognatione, familiaritate, foedere, hospitio, matrimonio, moribus, officijs, sodalitio, bonarum artium studijs, uinculo æctissimo: se lateri alicuius, uirginem connubio, uirginem uiro, uulpes.

ADIVngere aliquem alicui, aliquem comitem fugæ, aliquem sibi amicitia, beneficio, comitate, familiaritate: aliquæ ad amicitiam, aliquæ ad sermones suos, animum aliquò, accessionem cœdibus, animum ad flum aliquod, autoritatē rebus, auxilium sibi, beneficio aliquem sibi, bencuolentiam lenitate audienti, Ciliciam ad Imperium Pop. Rom. comitem aliquæ fugæ, decus, dignitatem, diligentiam suam alicui, fidem commentitij rebus, fortunam quandam summis uiris ad amplitudinē, ad gloriam, & ad res magnas bene gerendas, fratrem suum alteri, imperium sibi amicitia, metum ad gratiā, opportunitatem ad summas utilitates, prouincias ad Imperium: se alicui & ad aliquem, se ad cauſam eorum, se ad probos prepinquitate, se ad proles, se ad rationes alterius, se rebus summis, socium aliquem alicui, socium sibi ad rem malam, uectigalia.

ADIungere ad, obserua in prædictis formulis.

CONIungere amicitiam, bellum, necessitudinem, sentias.

Coniungere cum aliquo aliquem beneficij, cum cauſa alterius

OBSERVATIONES.

alterius cauſam suam, cum collega, cum consilio alterius consilium suum, cum epistola epistolam, cum laude deorum immortalium aliquem, cum probro priuato dedecus Imperij, cum salute communis salutis suam.

DISIVNgere equos, ab aliquo aliquem, ab orationibus se ad mansuetiores Musas.

Disiungere regnis, tetrarchijs, ab Imperio aliorum.

INIVNgere amicitia cum aliquo, detrimentum Reipublicæ, moram rei alicui, munas præsidēdi amicis aut magistratibus, necessitudinem rei alicui, onus, expeditionem legionibus.

SEIVNgere, satis notum.

SVBIVNgere nationes, liberos populos, prouinciam, urbes sub imperium, ditionem pop. Rom. sub ius, iurisdictionem, potestatem alterius.

IV R O.

Iurare calumniam, cœlum, mare, sydera, terram, Deo, falso, morbo, numen alicuius Dei, uerbis conceptis. Iurare ex legibus, ex animi sententia.

Iurare in commodum alicuius, iurare in damnum alicuius, in Deo, in facinus, in legem, in leges alterius, in mortem alterius, in scelus, in uerba alicuius, in uocum, per louem.

Iurare sanctè. Iurari deponent aliter, apud Plaut.

ABIVnare aliquid, creditum, id est, iure iurando negare.

ADIVnare alicui per deos, sanctè, periculu non esse.

CONIVnare conceptis uerbis, contra R. empib. inter se, amicè.

DEIErare falso pro re cauſa alterius: deierare perfiditè.

LATINI SERMONIS

EIVrare aliquem iniquum, bonam copiam alicui, formis iniquum, prouinciam suam totam sibi inquam.

PErire uerbis conceptis.

IVVO.

Iuuare aliquem consolando consilio, consilio bono, ope-
ra, re.

Iuuat me, id est, delectat.

Iuuat me quod uigent studia. Id demum iuuat. Iuuabit
hoc te. Iuuat arua uidere. Non ocs arbusta iuuant.

Adiuare aliquem, auxilio, consilio, opera. Adiuare
delectum, forres fortuna adiuat. Adiuare here-
dem, insaniam alterius, macrorem lacrymis, uolun-
tates amicorum. Id sfero adiuturos deos. Adiuas
me in hac re. Adiutus es ab ijs de monumentis meis.

Vt omnes Di j adiuent. Adiuare comiter aliquem.
Adiutare aliquem, fuisse, onus alicui.

L A B O R .

Labere, corrueare. Transfertur etiam, In Orati. Cum
ei labare M. Antonius uideretur.

LAbascere, moueri incipere. In Eunu. Labascit, ui-
ctus uno uerbo.

Labi, sensim descendere. Labuntur angues, atas, an-
ni, aues, flumina, horae, mores ad mollitem, tem-
pora. Labi inopia uerbi, opinione, tempore exiguo, uer-
bis. Labi è memoria, è pectore, labi paulatim.

Labefacere dentes alicui, Terent. in Adelph.

Labefactare caussam, dignitatem alicuius, fidem a-
licuius pretio, iure, leges, orationem alicuius inui-
dia uerbi, rem iudicatam, Remp.

Allabi, nauticum est.

COLLabi, edificia dicuntur.

DELA-

O B S E R V A T I O N E S.

DElabi aliquid capite, cocco, olymbo, orationem ali-
cuius ad amicitias uulgares, rem familiarem, ad ex-
quitatem, ad rerum naturam, de cocco ex aere, in in-
sidias.

Dlabi male.

ELabo alicui, hostibus, latronibus, periculis, paenit, suscep-
tione omni, de cede, è manibus, è memoria.

Illabi animos uel animis. In Phil. Sensim pernici-
es illa ciuium animos. Vergil. Animis illabere na-
stris, illi memorie, in medios hostes.

PRobabi cupiditate.

L A B O R O.

Laborare, morbi genera in ablativo regit: Membra
ipsa in ablativo modò cù præpositione de, è, ex: ma-
do sine ea, idz rarius.

Laborare ambitione, calculo, chiragra, crudelitate,
cupiditate honoris, dysenteria, fama, fame, febri, ho-
stibus domesticis, hostibus externis, hydropisi, lip-
pitudine, malis alienis, morbo, obstopatione, poda-
gra, regio morbo, scabie, ualitudine aduersa, uerti-
gine capitis, uitio avaritiae, ignorantiae, inuidiae, lu-
xuriae, odij.

Laborare de capite, de exstimatione alicuius, de glo-
ria, de uiro aliquo, de uita sua, è dolore, ex aliquo,
ex aere alieno, ex amore, ex capite, ex cerebro, ex
ceruice, ex collo, ex dentibus, ex desiderio, ex dor-
so, ex gutture, ex intestinis, ex manibus, ex oculis,
ex pectore, ex pedibus, ex stomacho, ex uentre.

Laborare crure, pedibus, utero.

Laborare in re aliqua, sollicitum esse, Cic.

Laborent artes alicuius. Laborat luna. (bis seruit.

Laborare alicui. In Oratio. Qui uobis laborant, no-

11 4 Labo-

LATINI SERMONIS

*Laborare, cum accusatio. In Fam. Non tam id labo-
ro, ut si qui mibi obtrectent, atque refutentur.*

*Laborare idem. Att. Quo etiam magis labore idem
quod tu.*

*Laborare res Romanas. Attic. Ad quid laboramus
res Romanas? Vbi transiit possum est.*

*Laboxiri, passuere. In Famili. Illa ipsa propter qua ha-
leborantur. Alij legunt, elaboratur.*

ELaborare aliquid dignum auribus, dignum chartis,

*Elaborare. In oratione. Quod est tam asperum, fati-
um, in quo agricolarum cultus non elaboret, id est,
quod non exerceat.*

Elaboratur in hoc a me. Art.

*Elaborare in singulis permagnum est, id est, excelle-
re, in Orato.*

Elaborata à Græcis dicendi uis atque copia, in Orato.

Ilaboratum, quod sine labore factum uidetur.

Inelaboratum, quod non artificio satis excutum est.

LACERO.

*Lacerare contumelij uerborum aliquem, lacerare
diem, lacerare Rempub. largitionibus, lacerari am-
mi cupidine.*

LACESSO.

*Laceſſere aliquem ære ſuo, aliquem bello, per alium,
epiſtolis, iurgio, prelio, ſcripto, ſtimulo, uoce.*

Laceſſere sermones.

Laceſſitus ab aliquo epiſtolis ad ſcribendum.

[LACIO.]

*ALLicere amicitiam & gratiam in domum suam, li-
neuolentiam officijs, lectorum delectatione aliique-
mentes hominum ad ſe aliquem, ad ſe aliquid, ad mi-
fericordiam opes. Hinc alleſto.*

ELI

OBSERVATIONES.

*ELicere cauſas praefentiarum, epiſtolas ab aliquo,
ferrum è terra caueris, fontem, ignem lapidum con-
flictu atque attritu, lachrymas alicui, libellos alicui,
libellos alicui blanditijs, querelas, ſanguinem, ſen-
tentiam alicuius, ſonos neruorum & tibiarum, uer-
bum ex aliquo de uia acratione dicendi, uerum, uoces
ex infantium ingenij.*

Elicere ad colloquia aliquem, ad pugnam, in infidias.

*ILLicere aliquem fraude intro, ad bellum, ſpes rapi-
narium, aut nouarum rerum ſtudium.*

Ilicere adolescentulos in fraudem.

PELLExit ſenſum per epiſtolam.

LACcare amantem, animum alicuius pollicitando.

ABLactare infantem, lac subducere.

DELECTare aliquem literæ, nudi, tibicines.

Delectare oculos ſuos munditijs meretricijs.

*Delectare ſe amore, libris, delectare ſe uiuo, uoluptate,
delectare cum Muſis, delectare ſe de re aliqua, ſe
in literis.*

Delectant uites quemuis cum admiratione.

*Delectari in aliquo, in Repub. perditæ, in hac roga-
tiuncula aliquem.*

*OBLECTare aliquem falſo gaudio. Oblectat animum
ſpes reliquiarum. Oblectant cufodem per ioculum
& ludum.*

Oblectare otium temporis inter coenam.

*Oblectare ſe, ſe agricolatione, ſe opinione, ſe cum ali-
quo, ſe in aliquo. Oblectant ſeneclutem liberū.*

Oblectat uitam ſordido pane.

LÆDO.

*Lædere aliquem dicto, ſatio, iniuria, ludibrio, ſcom-
mate, verbis. Lædere famam. Lædit me frigus.*

II 5 Læde-

LATINI SERMONIS

*Lædere os alicui, lædere ad lapidem crus, pedem.
Lædere in aliquo aliquem, lædi ab aliquo.*

Allidere caput ad parietem.

COLlidere ære duo corpora. Elidere. Illidere.

LAMENTOR.

Lamentari cæcitatem, uitam.

LANGUEO.

Languet solitudo, languere otio, languere uia, id est, fessum esse. Languescit cupidio rerum omnium flos, in duſtria, orator senectute. Elanguere delitijs.

Elanguescit omnis uigor animi, corporisq; in uarijs queſtibus.

LARGIOR.

*Largiri caenā, letitiam, libertatem, mores, se ultro.
Largiri de ſe, de ſuo, ex crumena ſua.*

LATEO.

Latet aliquem uel alicui aliquid. Aeneid. i. Nec latuere dolis fratrem Iunonis Ciræ. In Oratio. Nihil moliris, quod mibi latere ualeat in tempore.

*Latere teſto, in herba, inter labra atq; dentes, ſub ar-
DEliteo in ulua, Aeneid. i. (cis.)*

[LATO.]

*Dilatare conclusionem, locum, imperium. i. latum em-
plumq; reddere.*

*PROlatare consultationes, dies, eſt differre. Prola-
tare imperium pernicie alterius. i. augere.*

LAUDO.

(ptione.

Laudare aliquē laudibus, ore pleno, ſcripto, cū exce-

Laudare conſiliū, iuſtituta alicuius, partē centefimā.

Collaudare filiū, herum, ſecundū facta & uirtutes.

Dilaudare librum, id eſt, uelde laudare.

LAVO.

Lauſre

OBSERVATIONES.

Leuare uel lauare, aqua purgare, uel balneare.

*Leuare acorem malorum, Aethiopem, baueis, late-
rem, peccatum precibus, ſe, tabellas precibus.*

*ABluere, crudelitatem inimicorū ſuo ſanguine, deli-
ctum, maculam, peccatum, eſt expiare, purgare.*

ALuit montem leniter præteriens annis. i. afflit.

Alliuntur à mari moenia, in Orationib.

*Diluere atramentum, cauſam, crimen, molestias om-
nes, obiecta, res leues, uinum aqua.*

*ELuere argentum, maculam, predicationem crudeli-
tatis, ſanguinem profuſum, fordes.*

*Polluere cæremonias, dapes ore, iura omnia diuina
atq; humana, ſcelere nefario, religionem omni ſtele-
re. Polluta licentia. Pollutus uirgis ſeruus.*

PROlucere cloacam, terram, labra, fonte caballino.

*SVBlucabant duo flumina collis radices duebas ex
partibus, id eſt, allucabant. Cœſ.*

LAXO.

*Laxare aliquem, animum corپre, animum ex priſi-
no ſermone, aliquem curis, moleſtijs, clauſta, ſe occu-
patione, Laxatus à libidinum uinculis.*

*RELaxare animum, aliquid à contentionibus, ſe oc-
cupatione.*

LEGARE.

*Legare aliquē alicui, pro publicis magnisq; negotijs
Legare negotium alicui, committere. (mittere.*

Legare pecunia alicui, hereditario iure relinquere.

Ablegare aliquem aliquò, procul mittere.

*Allegare aliquē alicui, pro paruis priuatissq; cauſis
mittere.*

*Allegare argumenta, Aſcon. Vbi pro citare capi ui-
detur, id quo d dici negat Gardin.*

DEle-

LATINI SERMONIS

DElegere aliquem alicui, negotium, officium, prouinciam alicui, aliquem ad regem.

RElegere aliquem ab hominibus, ad autores, in praediaristica, in quinquennium.

LEGERE.

Legere carmina, conditiones, Epiranum, epistolam primo, facta parentis, familiam, filia, flores, historias, indices, laudes herorum, liberos, locum ex sorte, magistratum suffragio, mala mente, oram Italie, orationes, poetas, poma ex arbore, sacra, sermonem alterius, spicas, tacitus, uacinia nigra, uela, uersus, uestigia. *Lectus à uiro uir.*

Legere à primo epistolam, ex arbore poma, ex sorte locum, in curiam seruos, in Senatum aliquem.

Legere commodè, intentius, male, malignè, remissib, studiosius.

PRAEponere aliquem clasī, prouincia, lucrum so-
pori & quieti, se alijs.

PR. Oponere aliquid alicui ad scribendum, condi-
tionē belli, disceptatiōis, contumeliam, dignitatē, ex-
emplum alicuius sibi, impunitatē, laudē rectē fa-
cto exigua, legem, libertatē, licentiam, mercedem,
minas, occultationem, ora ipsa oculis uestrīs, peri-
culum ante oculos, poenam improbis, præmia uel
ad gratiam, uel ad opes, uel ad dignitatem, saxum
adulteris, spem, ueniam nullam errato, uexillum.

Reponere as, cerevisiam, cibos, res domesticas, u-
na, est in usum conseruare.

Reponere aram, dapes, mensam, iterum ponere.

Reponere artēm, revium, est ab eius usu ceſſare.

O. O. Repon-

LATINI SERMONIS

Reponere fabulas, fidem suam in aliquo,
Reponam ego idem tibi. i. repetam.
Reponam tibi nummos continuo. i. reddam.
Reponere homines iam morte deletos in deos.
Reponere se in cubitum, se in locum alterius.
Reponere in gradum, est deiectum restituere.
Reponere in numero eloquentium aliquem: i. colloca
re. Hunc in numero non repono. i. non numero.
Reponere aliquem maxime in suis. i. habere unum ex
suis intimis.

Vpponere aliquem meliorem alicui, dolores alienos
sibi, fidem amicorum opera sua, iudices, persona,
puerum, testamenta, falsa, se se sub cratim.

P O R T O.

Portamus tam bona quam mala, neq; solum corpore,
sed etiam animo.

Portare auxilia socijs, boni qd, exercitū in Apri-
cā, fallaciā alicui, iurgiū ad uxorē, peccati quid.

Aportare aduentum, bonum, dannum, diuitias ma-
gnas domum, matum, noui quid, nouam rem, nuti-
um. Quidnam aportas? Multa undiq; aportas,
Et que usui ad armandas naues ex Hispania qd
portare iubet. Que non ab hostibus uictis capta
sunt aportata sit.

CO Mportare. Attic. Frumentum ex agris inlo-
catuta comportatur.

Deportare. Cice. Te non cognomen solum Athenis
deportasse, sed humanitatem & prudentiam in-
telligo. Idē: Nihil ex ista provincia potes quod
iucundius sit deportare.

Exportare manus grauidas foras.

Importare calamitatem defensoribus suis, cōmeatum
auspi-

OBSERVATIONES.

auspicio suo in Coloniā, detrimenta plura publicis
rebus qd adiumenta per homines eloquētissimos, fra-
mentum, sollicitudines. Importare in Coloniā.
Reportare nibil aliud de hac quincianisti illius be-
nevolentiam, exercitum Britannia, gloriam ex
qd consulatu Asiae, nibil præter laudem a socijs,
in signia uictoria ab aliquo, uictoriā. Hæc tri-
stia dicta reportat.

P O S C O.

Poscere, rem debitam petere, (in p̄rælia.
Poscere aliquem clamore, ludo, p̄culis, in certamē,
Poscere aliquid Milesios, nauem poposcit. Et paren-
tes pretium qd sepultura liberum posceret. Talos
poscit in manus.

Poscere cū duob. accusatiis. In Curcu. Me poscit
qd illa trīginta minas. In Aulu. Posceret eam sibi
uxorē. Itē cū genitio. Tāti quāti poscit. In Mer.
AD poscere, quid aliud poscere præter id quod da-
rum est. Terent. Talenta dōtis adposcent duo.

DE Poscere. Colus. Canabis solum pingue depositus.
EX poscere. Liu. Pacem precibusq; exposcit. Aen. 3.
Sed uotis p̄cibusq; iubent exposcere pacem.

RE Poscere. Aulam auriz e posco. Eandem nunc
repositis. Quam uirginem me reposcis? Ab hac
puerum reposcam. Abs te rationem reposcere.
Ab altero rationem uitæ reposcunt.

P O S T V L O.

Postulare, rem honestam, & conuenientem exigere,
uel querelam dicere de altero apud alterum.
Postulat caussa, grauitas astatis, locus impij, prudē-
tia, res, tēpus. Aquā cū pumice postulare. Me iam
præsentē aduocatū postulauerūt. Sunū ius postulat.
O O 2 Hac

LATINI SERMONIS

Fiecc dies alios mores postulat. Ille noctem sibi postulauit. Nihil nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit. Longior enim orationem causam forsitan postulabit.
Postulare petitionis aliquæ. Maximè abs te postulo.
Postulatus à repulsa, à Gallis duobus. i. statim post repulsam accusatus. Postulatus est de ambitu, de sodalitijs, de ui.
Postulare aliquem de maiestate, de repetundis.
Postulari in questionem, est interrogari.
Postulare in uerba aliquid.
Postulare quælla gaudet infinitu. Terent. Etiam nunc me subducere istis dictis postulas.
Expostulant aures meæ auxilium. i. ualde cupiunt.
Expostulare est etià apud eum, qui nos iniuria afficerit, conqueri. In Adel. In iuriam, ultrò si quam feceré, ipsi ex postulat & ultrò accusant. In And. Cum eo iniuriam hanc ex postulem. In Famil. Locus uidetur esse tecum ex postulandi. Item: De qua alienum tempus est mibi tecum ex postulandi. Item: Qui nihil tecum de ijs ipsis rebus ex postulem. In Mil. Obstetrix ex postulauit mibi parum missum sibi. Alij legunt necum.

POTIOR.

Potiri bello, bonum, commoda patria, exercitus suorum, gaudia, hostibus uiuis, hostiū uiuorū. i. capere uiuos; laborē, legiones, oppidum, pacem, prestatibus, priuicia, rerum. Rex meus potitus est hostiū. i. in manus hostium peruenit, pax iuē.

PRAECEO.

Prabere ab babeo, idem quod adhibere, tradere.
Prabere ancillas, aquam, cures, aurū, cibum, domū,

OBSERVATIONES.

exemplum, fidem alicui, hospitium, iusserandum, lechrymas doloris suo, lanam, ludos alicui, materiam ad ornatum, operam, opinionem timoris, orationem aliciam nunc atq; olim, orationē modestè, os suum, pennum, purpuram, se credulum, se dignum maioribus suis, se seruum haud illiberalē, se strenuū hominē, speciem pugnantium, sponsalia alicui, uestem.

PRECOR.

Precari aliquem, alicui bene, male. Hoc unum abs te precor.

COMPRECARI DEOS. IN ADEL.

DEPrecari aliquem, ab altero aliquem, aliquid ab aliquo, alicui ærumnas, bella, calamitatem absese, cruciatus corporis, imperium inimici, iniuriam, inuidiam, malevolentiam, morbos, mortem, pœnam, querimoniam.

IMPRECARI DEBILITATEM, MORBOS, NAUFRAGIA.

PРЕХЕНО.

Prehendere manum, principium, stylum.

Prehendit suspirio aliquem.

PREhensabant maximè petidores, quum ambilat.

Apprehendere aliud, id est, sequi. Apprehendere Hispanias.

COMprehendere aliquæ, animo aliquid, arma, cogitatione aliquid, humanitate aliquid, igne, memorie aliquid, mete aliquid, scientiam plurimarū rerum.

DEPrehendere exultationem, ferrum, gaudium, sermones, uenenum manifesto. In adulterio uxorem.

Deprehendi in furto, in uitio, pro mœcho. Alij ex coirnitio deprehensi terrent. Si deprehensi forent.

REprehendere aliquem, locum, se, uitia omnia in uno homine, in uitio alterum.

LATINI SERMONIS

P R E M O.

Premere aliquem, alas cantu plausuq; anguem sentibus, arma pelago sonati, apes, bello urbē, canicem galea, caseum, clamore aliquē, clamorē, corde alto dolorem, crines fronde, corona, curas, currum, cuius aliquem, ditione aliquem, fame urbem, fata premūt me, premere flammis aliquem, fraude, fuste, aliquem gemitum sub imō pectore, gradū aut gressu, ignavia, ignorantia premit hominem.

Premere imperio aliquem, iugo iugulum, lapide aliquē, librum, lumen, mala pressunt me, obliuio, obscuritas premit aliquē, premo obfidence urbē, oculos, odium, ore quicquam, paupertas premit aliquem.

Premere pede aliquem, pedem pede, pessem aliquem, suis p̄ factis pessimis, pharetram pictam, pollicē, propositum, pupillos,

Premit quies dulcis & alta aliquem, premere remis aliquem, saltum, scannum, seruitio, telis aliquē, terras aratro, uenenum, uerba, ueſtigia, uirgulta per agros, umbram ruris opacū falce, uocē premit uox aliquem, premere ab ædibus aliquem.

Premiære alieno, ditiœ, fama, fauibus, ignoratia, imperio, incommodis, inædia, inopia, iugo, malis suis, nocte, nuditate, obliuione, seruitio, somno.

Premitur ab equitatu agmen nouissimum.

P R E S s a r e . Verg. Pressabimus ubera palmis.

C O M p r i m e r e aliquem, amorem edendi, animā, adiaciam alicuius, conatum furentis hominis, cupiditatē alicuius incensam, famem, ferociam. Frumentum compressum haberem.

Comprimere furores tribunitios.

Comprimere gressum, impetu gladiatoris, improbitatem,

OBSERVATIONES.

vatem, iram, libidines, linguam, manus, mulierē, oddum, orationem, os, palmam, se, sitim, timorē, uerba, uirginem, uocem, uotum, uix comprimor quin inueniem illi in capillis.

Compreßis manibus sedere. i. otioſe.

D E p r i m e r e classem magnam & ornatam.

Deprimere naues quinqueremes.

Depressus humi. In altitudinem mirandam.

Deprefa uoce uti. i. humili.

E x p r i m e r e aliquem ab aliquo, animos omnium uoce, crines madantes, faciem, fons uenis pluribus exprimitur.

E x p r i m e r e imaginem in cera, ius ferro, lachrymulae falsam ui, liberalitatem nō modo re, sed etiā uerbis & uultu, literas alterius, mella, naturam alicuius, Nihil ab egentibus. Nummulorum aliquid ab aliquo blanditijs suis. Pecuniam ui statuarū nomine, sensus omniū, similitudinem oratiōis. Socratē, turres, uerbum de uerbo, uerba alterius, uim, uitium, uitam alicuius, uocem, uultum, uias, ad exemplar.

E x p r e s s o opus. E x p r i m e r e non possum quanto sumus gaudio affectus. i. eloqui.

I M p r i m e r e animum, ceram tabellis, dedecus R e ipu. Ferrum corpori imprimitur ictu.

I m p r i m e r e librū, memorā tabellis publicis, notitias rerū, opa Vergili. Oratio aīo imprimitur moxa.

I m p r i m e r e sigillū ceræ, ueſtigia alicuius in aliquo.

O p r i m e r e aliquē, aras sacrorum amentia, classem: Imprudentem dege aliquę, iudicium, ius, metem, occasionem, orationem alicuius, pauperem, pestē, querelas hominum, quod ipsus dixit R emp. uirginem, in ipso articulo aliquem.

OO 4 Oppri-

LATINI SERMONIS

Opprimunt me mala diuersa.
Opprimit me mors, nox, somnus.
Opprimi aquis, calamitatibus, miserijs.
Oppressa classe a predonibus.
REprimere cades multas, conditum alicuius, copias ducis, famam, fugam, gressum, iram, iracundiam, iter, labra, pedens cum uoce, se, sermones multos, stultiloquium, uocem.
SVpprimere iter, pecuniam, sexcenta millia nummum. HS. D. D. millia, uocem.

P R O B O.

Probare magis est quam laudare.
Probare aliquid alicui, caussam suā alteri, cōmēdationes suas alicui uerbis & re, diē, experimēto, factis, ingeniū suum ex alienorū ingenio, memorem se esse alicui, se de celeri suo reditu alicui. In uulgus aliquid, p. Eunucho, pro magistro, pro uiro.
Approbare aliquem, aliquid, formam suam oculis alterius, mortem. Id fama approbat.

COMprobare. In And. P̄f̄stulo ut beneficium uerbis initum dudū nunc re comprobēs. In Poen. Le-

pidi more turpē ornatū facile factis cōprobat.

Comprobare uerba rebus.

IMprobare ingenium, testamentum.

REprobare, notum.

P R O F I C I S C O R.

Profectus est suppetias oppidis. Profectus Troia. Profici aliquid, obuiam alicui, profecta est illinc. Quō profectus sum. Profecta à natura. Quæ à me in te profecta sunt officia, ornamenta. Profectus à Theseo, ad Capuam, ad Catonem, in consilium, in possessiones.

P R O.

OBSERVATIONES.

P R O M O.

Promere cereuisiam, cibum, iram suam ex pectorē, libros, nūmos, omnia, se sentētiam ex iure, uetus latem suam alicui, uinum ad usum, in mediū. Verg. Lætiq; cæno se robore promunt.

DEpromere aliquid. Horat. Condo & compono, quæ mox depromere possum. Aeneid. 5. Depromuit tela pharētris.

Depromere cibum, dotem, genus commendationis mirificum ex intima arte sua, glādes bubus, ius ex media ratione, sententiam ex media philosophia, utilitatem iuris de libris. Quin depromuntur quæ mibi opus sunt?

Depromar ad flagrū cras è promptuaria cella. In Am. Ex promere aliquid pectorē, cōsilia pectorē, ingeniū benignū ex aliquo, occulta sua omnia apud aliquę partē cētesimam rei alicuius, perfidiam alicuius, uim eloquentiae, in urceum fœminas octo. Nūc opus est tua mihi ad hanc rē exprompta memoria.

P R O P A G O.

Propagare commeatum, fines imperij, gloriam, initium generis, laudem alicuius ad sempiternam memoriam, memoriam consulatus sui, nomen, posteritati aliquid, salutem urbis, sibolem, tempus miserrimum, uitam sibi uictu ferino, uires.

P R O P I N O, à nīv.

Propinare alicui cantharum, poculum, comedendū & deridendum aliquem alicui, salutem alicui plenis fauibus. Plaut. Manu candida cantharum dulciferum propinare mitifimam amicitiam.

P R U R I O.

Prurit caput, dorsum totum. Pruriunt dentes.

O O S P R.

LATINI SERMONIS

P V B L I C O.

Publicare aliquid, bona, corpus suū uulgo, neum, p̄
cunias aliorū, regnū tubē, sylūdē, ad usum neum.
P V D B T.

Pudet cum accusatio. Quem neq; pudet quiq; neque
metuit quenq;. Id quod pudet facilius fertur, quā
illud quod piget. Nos pudet quia cum catholis
sumus. Hunc pudet quod tibi p̄misit. Non te bec
pudent, ubi personale est.

Pudet cum genitio. Deūm herclē me atq; hominum
pudet. Neq; etatis, neq; honorū, neq; rerum gla-
rum pudet. Cuius nunc pudet me & miseret. En-
tris quidē me pudet pigetq;. Tui me uxor pigi.

Pudet cum infinitio. Pudet dicere me.

Pudet dicere hac præsente uerbum turpe.

DESpudet mihi sic data esse uerba. Aliam memorari,
qua illum facere uidi, dispudet.

Dispudet istam ueniam. Quos Veneris furtiq; dispu-
duisse ferunt.

P V G N O.

Pugnare aliquid, literis, pugnam, cum caussa de lo-
co, in hostem contra imperium.

DEpugnare possessionis caussa ueris gladijs, colla-
tis signis, apud Thermopylas, cū aio suo, cū fame.

Ex pugnare, pugnando uincere.

Expugnare & des, aurū alicui ab aliquo, carcerē, le-

gationem illam sibi, naues, oppidum, patriam ju-

am, pudicam uirginis.

IMpugnare aliquem.

OPpugnare aliquē, bona aliena, capiit alicuius, cō-
moda patriæ, cōsilia alicuius, existimationē flore-
tiſimi hominis in p̄uincia, os alicui, pecunia ali-

quem.

OBSERVATIONES.

quem, petitionem alicuius grauiſimis in ſenatu
ſententij, Rēpublicam, urbem.

OPpugnata eſt domus ferro, facibus, exercitu.
PRO Pugnare pro ſuo partu, p̄ salute alterius a-
cerrimē.

REPugnare amicitia, Cicero.

P V N G O.

Pungit illa cor meum. Pungit dolor. Meum ille pe-
ctus pungit aculeus.

EXPungere aliquem, gloriam partam, nomen debē-
toris, rationes.

P V N I O.

Punire aliquem, capite.

Puniri deponēt aliter. De Off. Qui punitur aliquē,
In Philo. Multi inimicos & mortuos puniūtur. In
Oratio. Cuius tu inimicissimum multò crudelius eti-
am punitus es, q; erat humanitatis meæ poſtulare.

P V R G O.

Purgare purū reddere. Purgare aliquē, aliquid, at
uum, familias, forum, forumē cauatum, locū, p̄ſces,

ſe, ſe apud aliquem, ſe alicui, ſe alicui de altero, de

EX Purgare ſe, sermonem ſuum. (luxuria).

PER Purgare alium. Per purgatis auribus dare
operam alicui.

REPurgare ſe a ſordibus.

P V T O.

Putare arborem, netiōem cum argentario, cū publī
canis, ſecum, rem ipsam, uitā argumentis cum alā
quo, de lucro id eſſe putato, dum hec puto.

Putauit eos p̄nibilo. Putat me ſibi p̄ ridiculo ac de
lectamento. A me memini putabantur. Putatur
prudēs eſſe in ture ciuili. Benē putas, recte putas.

Ampu-

LATINI SERMONIS

AMputare arborem, uineam fasse.

CO Mputare, numerare. Iuuena. Facies tua compu-
rat annos. Si computet annos, exiguum tempus.
Computat rationem digitis. In summa computabā. i.
meum cestimabam.

DEputare. In Pseud. Satis id dictū uobis puto iam,
atq; deputo. In Amphit. Lucri est quod miseriam
deputat. In Hecy. Meam herus esse operam depu-
tat; parui precij. In Heaut. Male quidē me dignū
quouis deputem, si id faciam. In Phorm. Quicquid
præter spē eueniat, omne id deputare esse in lucro.
In Trin. Vide si hoc in rem deputas. In Adelph.
Frustre egomet mecum has rationes deputo.

DISputare, est in diuersum putare, aut diuersas pu-
gnantes & sententias conferre. In Mostel. Eam rem
uoluntati & diu disputationi. In Menede. Ut hanc rem
examīsim uobis disputationi. aperiam.

Disputatione est ratio cum argentario.

Disputatione apud se, secum, aut apud animū suum, est
dubitare. Atq; in eo disputatione.

Disputatione in utrāq; partem, bārb. & contrā. In
Oratio. Neḡ ego in ullam partem disporto. In Ora-
to. Neḡ hæc in eam sententiam disporto, ut, &c.

IMputare crimen alicui. Imputat sibi pecunias pu-
blicas datas.

POStputare posthabere. In Adelp. Qui omnia si-
bi postputarit præ meo commodo. Itē: Cūm post-
putasse omnes res te præ parente intelligo.

REputare, secum uoluere. Dum hæc mecum reputo.
Eam secū rē recta reputabit uia. Qui sis, nō undic-
natus sis, reputa. Horū nihil unquam reputasse cer-
eo scio. Sūptus litis tutor reputabit. i. cōputabit.

S V P.

OBSERVATIONES.

SVpputare, parum a predictis differt.

QVADR O.

QV Adnat aliquid alicui, ad multa, in istam partē,
aptē. Quomodo eodem modo quadrārint.

QAER O.

QV AERere aliquem, aliquid, affinem sibi, alas lupi,
an̄am calumniandi, inuehendi in aliquē, scribendi li-
teres, aquas in aquis, aquilā scarbaeus querit, qua-
rere argentum in focenus, argentum mutuo, cauſam
quamobrem, cauſam cædis & incendiorum ex fune-
re, consilium, crimen alicui, cuneum malum mali no-
do, dignitatē ex domo, diuitias filio, doceri ne qua-
re, querere dotem sanguine, eruditioñem cura, exer-
citatione, industria, labore, studijs, uigilia: excusa-
tionem, exemplum, famam egregijs factis, cruditię,
integritate, rebus bellicis, literarū studijs, uigilia,
uirrute: querere fugam, generum sibi, gloriā uita,
beredem in regnum, ignem. Inixicitias, inuidia sua
ratione, laudem sibi in uita, liberos, litem, malum, mo-
rum, munimenta pauca, nodum in scyrpo, occasionem
calumniandi, opes cura, exercitacione, industria, la-
bore, studijs, uigilia: parentes, pulmentum, rē, iu-
reirando, malo, labore, repetundarum querrebatur
Catilina, querere salutem malo alicui, se extra semi-
tem, sermonem, similem sibi, sitim, socerum sibi, ui-
dū ab aliquo, de aliquo, de morte patris, ex aliquo,
in aliquem, queris id quod babes.

QE AERitare aliquem, locū à muscis, uictū landa, ac

Acquirere aliqd, q̄ spectet ad benē beatq; (cela.
uiuendū, eruditioñe literarum studijs, experientia
rerum multis regionibus peregratis: famā belli-
ea industria, morū integritate, honestis studijs, uir-
tute

LATINI SERMONIS

tute, gratias inimicitiis sibi, moram ad condemnandum, opes, salutem.

CONquirere.

DISquirere, ex diuersis querere.

Disquirere consilium, eructione, experientiam, opes.

Exquirere, ab alijs querere. In Aula. Exquire, si ne ita ut ego predico. In And. Nunc ea me exquirere iniqui patris est. Exquirere faciem hominis.

Exquirere facta ad antiquae religionis rationem.

Exquirere cursum, honores. Est quod uolo exquirere a te. Quod si exquiratur usq; ad stirpe auctoritas. Ex uxore pergam banc rem exquirere. Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire.

Exquisitum uenire. Exquisito opus est. Exquisite adbortationes. Exquisita forma. Exquisita ingenia. Exquisita supplicia.

Inquirere in opes alterius, in se, in secreta alicuius in uitam alicuius. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Inquirendi diem postulare.

PERquirere. Quid sit futurū noli p̄quirere fortè. Requirere aliquem, aliquid, ad sumptu, coniugē, epistles, fata alicuius, liberos, literas, manum, mente aliquem, officium alicuius, parētes, prudentiam iaurorum suorū, qui c̄ ab alio signū, uocibus aliquem. Quādo quid sit mihi faciendum. Abs te quācum tua fert uoluntas, p̄te quāsu.

QVATIO.

Quatere catenas manib. moenia ariete, oppida bello. Quassare caput. Quassanti capite incedere. Quassando chlamidem undantem facere. Homo quatetur certe cum dono foras.

Concudere templa summo coeli sonitu. Oscus a homi

OBSERVATIONES.

num licentia. Concessus orbis terrarum bellis.

CONquassata maximis terræ motibus Apulia.

DECutere summa papaverum capita baculo. Decutio argentitatum, quantum mibi lubet ex occluso atq; obstinato armario.

DECussare in longitudinē aliquid, aquis partibus discindere.

Discutere aduocationem eorum manibus, ferro, lapidibus: cunctationem. Discorsi sunt ludi. Discisse niue in sex pedum altitudinem. Discutitur lanquor & nauca. Discutiuntur tubercula. i. disoluuntur.

EXcutere aliquem, blanditias populares, cerebrū alicui, clavū lapide, culcitra, feras cubilib. intelligentiam alicuius, iugum, iuuentutem ex tota Italia, lachrymas alicui, mētem alicui, nauim mallo, pallium, rationem alarum, & cohortium, se, stragula, tutores, uerbum, uiires, uomitum alicui.

Excusi orationis mea aculei.

Excusum aliquem dimittere. i. dissoliatum.

INCutere dolorem alicui, morbum grauem omnibus, pellorem, uim uentis.

PERcutere aliquem, animum, cogitationē inani alicui, foedus, fossam, securi aliquem, stratagēte alto hominem.

Percussus est literis acrociſmis.

Percusse de coelo turres in Capitolio.

Q V E R O R.

Queri alicui aliquid, calamitatē suam & temporū fortunas suas, iniuria alicuius p̄ literes. Illud non obscurē queruntur in meis sententijs. Mibi cum illo ne querendi quidem locum futurum puto.

Querē

LATINI SERMONIS

*Querit apud populum de avaritia alicuius, de mora,
de occupatioib. de sententia alicuius, multa alicui.
De natura sua falso queritur genus humanum.
CONqueri fortunas suas cum aliquo, pauperem
- suam, uicem suam.
Conqueritur libello quodā ob hāc eandē ualitudinē.
Conqueri per epistolam de eadem re.
Conquestus est graniter.*

QUIESCENS

*Quiescere, cessare à re laboriosa. In And. Ut qui-
scant porrò moneo, & desinat maledicere. Quis si
banc rem modo petere. Nunquam per Marcū An-
tonium quietus fui. Quiescas cætera, transiri in la-
Mili. Itē. Quiesce hunc tumultum qui est ante os-
um. Quietus esto inquam. De isthac quietus esto.
Quietum aliquem reddere.
ACQuiescere morte alicuius, in bonis alterius. In
adolescentiū charitate. In libris. Nulla in re alia.
In nomine alicuius. In oculis, ore, uultu alicuius.
Acquiescere absolute ponitur sapientis. Cice. Letis-
tuis literis aliquantulum acquieui.
CONquiescere a posteriorum execrationibus, in-
mici mutua benevolentia. Tu nisi perfecta rede-
me non conquiesci.*

Conquiescit mercatorum nauigatio.

Conquiescunt uectigalia.

*REQuiescere cum aliquo, in sermone alicuius, sub-
um bra Fronde super uiridi.*

*Requiescere transire, Verg. Et mutata suos requi-
erunt flumina cursus.*

RADI

Radere harvā, caput, guttur, malas, terrā pedibus

OBSERVATIONES.

*ABradere aliquid acuta dolabra, aliquid de bonis
alterius, aliquid de aliquo.
CORradere aliqd, minas, munus. Ei credo munus hoc
corraditur. Corrasī omnia.
DEradere. Plin. Quod densum est teritur & cri-
ERadere surculos. (bratur.*

RADI CO.

*Radicare, radicem capere. Plin. Frumenta multa
radicantur fibris.
ERadicare aures bovinum pugnis memorandis. Dij-
te eradicent.*

RADIO,

*Rapere aliquem, ansam, bona, fugam, occasionem, o-
pes, pudorem, præcipitem aliquem, puellam, subli-
men aliquem, uirginem.*

*Rapere aliquem ad præterem, ad spem immortalita-
tis, rē in abusum, in aduersum, in barbariem, in ca-
lumniū, in ius, in micerorem, in partem contrariā,
in partē peiorē, in partes uerias animū. Furor ne-
cacus an rapit uis acriorē. Furor rapit homines in
omne scelus. Quæ rapit hora diem. I pedes quo te ru-
piunt & aura. Admotas rapiunt, uiuacia sulphure
flamas, Rapi amore uirginis, furore, in diuersa.
ABripiere puellam, se se repente. Qui abripiunt ab
alijs ut alijs largiantur. Abreptus ab coniuge.
Abripi in cruciatum.*

*ARripere ansam, auxilium ad rem aliquā, barba
aliquem, cognomen sibi ex aliorum imaginibus, cō-
ditionem, gladium, literas audē, maledictū ex tri-
uio, aut ex scurrarum aliquo conuicio. Manū mor-
dicūs, occasionem, opem ad rem aliquam, se foras,
sermonem. ARripi intro.*

P COR

LATINI SERMONIS

Corripere arcum manu, celeresq; sagittas, gradum
sej; ad aliquem, se indè, se intrò, se è strato, uia
in neruun aliquem.

Corripi dolore pedum, metu, mörbo, somno.

Diripi pere oppidum, diripiendum aliquem ad alium
adducere.

ERipere aliquē alicui, agnum lupo, ancillas alicui
inuitio, animam alicui, argētum alicui, bolum è fu
cibus alicui, bona uiuis, domo aliquem, errore būc
alicui, flammis, fugam, ius omnibus, libertatem all
e cui, lucem, malis aliquē, nuptias, oculos alicui, or
ationem ex ore alicui, prospectum oculis, responsio
nes omnes hoc uerbo, s̄hem omnem nuptiarum, tor
mento aliquem, ni puellam ab aliquo, uocem ab au
ribus, uocem ab ore, uoluntatem mortuis, à lenone
mulierem, à fauibus lupi, ex crimine aliquem.

Præripere hostium consilia, pulmentum, s̄ponsum
alicuius. Præripiam quod placeat pot iſimū. Di
mosthenes tibi præripuit ne eſſe prior orator.

Præreptus immatura morte.

PROripere se aliquò, se è conspectu alterius, se è
manibus sacrificatiū, se ex ædibus foras, se ex
curia domum,

SVBripere operam alicui, pallam uxori, se alicui
Huic subrepta est non tibi.

RE GO.

Regere agmen, animum alicuius, caput, clavum, cur
rum, equos, filium disciplina, imperium, ingenuū
alicuius. Regit manus baculum.

Regere nauim, populum imperio, pubem.

Arrigere aliquem, animos, aures: Suo mili bic fer
mone arrexit aures. Arrige aures. Vetus certa
men

OBSERVATIONES:

men animos eorum arrexit. Eos non paulum oræ
tione sue Marius arreverat.

Corrigere aliquem, arte aliquid, ciuitatem, exerci
tum, gnatum, institutum, orationem, que uiden
tur emendada, sententiam, tarditatem cursu, uo
tum, ad frugem aliquem.

Corrigitur impsonale. In And. At si corrigitur.

DIrigere aliquem ad opinionem suam, aciē, animū,
arrem ad similitudinem alterius, artes suas ad uo
luptatem, currum, cursum, equum, gressum, honesta
et est dirigenda utilitas, iter, manum ad similitu
dinem alterius, norma aliquid, oculos in uariis par
tes, officium utilitate magis quam humanitate,
sententiam, sermonem, tela arcu, uitam ad certam
rationis normam, uoluptate omnia.

ERigere aliquem, abieciū, aliquem, animos, aures
suas, aures alicui, crislas, cupiditates omium, ex
pectationem alicuius, mentes, oculos, R. compubli
cam, se, statuas, supplicē. Erecto capillo. Erectos
ad libertatem recuperandos adhortabār.

Pergere cum infinituo.

Pergo aduenire, cōponere, dicere, dijudicare, facere,
interire, ire, ledere, legere, obloqui, p̄gere, p̄ce
ri, recitare, resistere, tēdere. Pergit huc, horsū, re
cta ad anū, ad icunabula, ī mōtes patrios, in uirū.
Pergā quō cepi hoc iter. Pergo præterite. Perga

Porrigitur brachiu, dexterā alicui, mā (reliquia
nū, manus auxiliares, manū ī mēsam. Porrigitur
uinec. I orrigi in lōgitudinē. Exporrigere frōtē.
SVrgit dies, infans, lucifer, luna, pugna, sphaera, sen
tentia animo, sol, Surgunt aquora magna, crislae,
iræ seu alicui, moenia, penna, olorinæ de vertice

PP 2 alicuius.

LATINI SERMONIS

alicuius, penna pavoni, pleiades, stelle, syderi, uenti. Surgere cubitu, sella, è lecto, è strato, in se ram, in hostem. Surgere serius.

Asurgere alicui, est aliquē surgendi honore pse qui. Iuuen. Credebant hoc grande nefas & morte p andum, Si iuuenis uctulo non aſſurrexit.

CONsurgere. Cæſ. Subito illi ex cōſilijs cōſurre. **E**xurgere. Cic. Autoritate uestra (xerunt.

Reſpub. ſurget. i. emerges ex his malis.

Insurgimus hosti. i. inſilimus.

Insurgere remis. i. obnix è remigare.

Refurgūt olim deſtructa. Horat. Ter ſi reſurgat murus Abæneus. Verg. Illic fas regna reſurge re Troie. Surrigere aures, leuare.

R I D E O.

Ridere aliquem alicui, amentiam, niuem atram.

ARridere alicui. Quod ualde mihi arriferat.

Aediles id arriferant.

IRridere aliquem. Irrides in re tanta. Irridendi ſui facultatem dedit. Irrides, nibil me fallis.

SVridere alicui.

R I G E O.

Rigere frigore, gelu. Rigētes ſenſus cōmulcere. **O**Brigere hyberno frigore. Obrigit lapis.

R I G O.

IRrigare agros, etatē. Irrigatus plagis homo.

[R I V O.]

DERiuare aquā, cogitatiōis & curae ſue partē ali quo, crime, culpam ſuā in aliquem, humorem oīm in cloacas, iram alicuius in ſe, reſponſionem alio.

R O G O,

Rogare aliquem, aquam, leges, populum, ſententia, rogatus

OBSERVATIONES.

rogatas leges rumpere. Rogare unum te uolo.

Rogare aliquem ad ſignandum reſtamētum, de iſt hoc rogarē omitto. De proximo aquam rogarē.

De Cæſaris nomine rogarē aliquid. Ex animo n̄ bil rogarē possem.

Rogare aliquem in aduocatiōem, in consiliū. Que ſit rogo. Roget quis. i. si aliquis me interroget.

Emere malō quād rogarē.

Rogitare aliquē, pſſces. Rogitat ut ſui mifereatur.

Multa ſup Priamo rogitās, ſup Hectore multa.

Abrogare aliquid, ſacka alicuius, fidem iuriſiuren di, fidem orationi, imperium collega ſuo. Legē, legi magiſtratum per ſeditionem. (ſtatē.

ARrogare ſibi aliena, eloquētiam, ius, locū, potē.

COrrogare carbunculos, pueros, uasa, ueftimēta.

DErogare fidem alicui, legem. Non mihi tātū de rogo.

ERrogare numnum in ac alienum, pecuniam publicam ex æario, pecuniam in oleum.

Interrogamus nocēdi cauſa. Interrogare aliquē.

IRrogare culpam, leges, multam, ſupplicia, tributum tolerabile, uectigalia regia.

OBrogare legem ſine fraude, eſt legis prioris infir mandae cauſa aliam legem ferre.

PRrogare aliquid, annum ad ſalutem alicuius, bellum, diem alicui, ſamā uitiori nominis ſupremis titulis. Imperium, potestatē fortune in aliquem ſpem alicui in aliū dicim, tempus alicui ad aliquid, uitam alicui,

SProrogare aliquem in locum alterius. Subrogantur Aediles.

R F M P O.

PP ; R um-

LATINI SERMONIS

Rumpere ambulādo aliquem, edicēta Iulia, filum, fœdus, gaudium, licentia audaciam rumpi.

Rumpere moras, questus seu querelas ē pectore, rogatiōes rogatas, se currendo, silentium, somnū, te flamentum alicuius, uiam per hostes, vincula alicius, uocem pectore. Cantando rumpitur anguis.

Ab rumpere inchoatum aliquid, otium, nemos, somnum, uitam.

Abrupta loca, i. diuisa. Abruptis omnibus inter uictoriā mortem certa desperatione.

Corrumpere animum alicuius, arbores, consilium, dentibus unguis immeritos, diū alicui, domū igni, exercitum, fontes aquarū, frumentū flumine & incendio, gratiā, iudicē, iudicium, iuuentutē, lacrymis ocellos, literas publicas, manus, mores, mulieres, muneribus seruos, nobilitatē, nomē, oculos, opportunityes magnas dubitādo & dies platando, organum, pabulum, pecunia aliquem, pecunia, corruptis præda omnis à perfidis.

Corru[m]pere Rempub[lic]a, scipsum se igni.

Corru[m]pere tabulas publicas, uias, uineas igni, gladiis, uirginem. Corrupta iudicia.

Corrumpitur facile aque conclusa.

Corrupta sum atq[ue] absumptra.

Corruptus herilis filius ex adolescentē optima.

Corrumpitur cena, prandium. Corru[m]puntur pisces.

Corrumpit feruore solis, igni, labe, macie, situ, superbia, uetus state.

Dirumpere, uel Disrumpere se in iudicio. Ne dirū patis queso.

Dirumpor dolore. Dirumpit ar mediu[m].

Rumpit bellū in banc quinciam, color furor incredibilis

OBSERVATIONES.

dibilis, gaudium actiue, malum illud ad p[er]nitidem ciuitatis, risus repente, sanguis circa aures, per nar[es], uomica, uitia amicorum erumpunt.

Erumperet in actum, in consulatum. Ne in neruū eret pat isthac fortitudo.

Erumperet in nomen suum sermones iniuriorū sentire potui. Ne in me stomachum erumpant quum sint tibi inati. Transitiuē capitur. Quorsum eruptura sit borremus. Portis se foras erumpunt.

Interrumpere officium, orationem alicuius, pontē, sermonem.

Introrumpere in ædes uel in ædibus alicuius, in cubiculum alicuius.

Introrumpere in Veneris p[ro]banum.

Irrumpere Carthaginem, intrō, cū telis ad aliquē, in ædes, in Asiam, in hostes.

Errumpere agmen hostium, agmen militum, castra alicuius nocte, leges, paludem.

Proruptis ripis flumen, Cæsar.

Prorumpere munitiones hostium. Verg. Rursus in obliquo uerso prorumpit aratro.

R P O.

Rueret cladibus suis. Ruit alto à culmine Troiae.

Rueret ad focum, ad portum, ē domo, ē portis, ex tēplo, in aliquem, in ædes alicuius, in amplexus, in arma, in dicendo, in hostes, præcipitem in sententiam. Ruit omnis in unum Turba furens.

Rueret sine lege. Cæteros ruerēt. Quod si ccelū ruat.

Ruit emptor, i. decipitur. Ruit nox, Respubli, sol.

Ruit parietes, &c. Cumulosq[ue] ruit mille pinguis barene, i. euerget. Et ruit etnam Ad cœlum picea crassus caligine nubē, id est, extollit. Et cō

P P 4 suis

LATINI SERMONIS

Irruebant *Offa* *focis.* *i.* eruebant. Ne quidim prudens ruas. *i.* impræceps ferries. *Vnde* *ruunt* *te* *tidem* *uoces.* *i.* effunduntur. *Quò* *moriture* *ruis.* *i.* *te* *precipitas.*

Congruere, conuenire, concordare. *Cui tam* *sabitu* *tot* *congruerint* *commoda.* Non congruit bone doctrinæ mala uita. Congruunt extrema primis.

Congruit magis mulier mulieri. Congruunt omnes.

Congruit uix ratio temporum.

Congruit tibi sermo cum illa.

Congruit uir uiro magis. Aliquem nocti sumus cuius cum moribus & natura congruamus. Quamcumque cum sententia eius philosophi nullo modo cogrebat. Ne nos inter nos congruere sentiant.

Congruunt concorditer inter se. Vereor ut sit satis congruens.

CORruere risu, timore. Corruerunt Lacedæmoniorum opes. Ut multæ oppida corruerint. Quicunque urbs tanta corruit. Duo Romani sup alium alius uulneratis tribus alijs expirantes corruerunt. Huius uidenter in extremo actu corruisse.

DIRUERE. In Adel. Hæc in horto macer iube dirui. ERUERE curam. *i.* animo expellere. Eruenda est memoria non ex sermone hominum recenti, sed ex animalium uetusitate.

ERUERE oculos, opinionem. Erutæ ex abdito acute crebræ sententia.

INgruere. In Amph. Grebri hostes cadunt, nostri contra ingruunt. *i.* insurgunt. Verg. Ingruit Aeneas Italia. Ingruente byeme.

IRruere in aliquem, in cedes alienas, in odiū offendit. neq; Pop. Rom. Vide ne ille hoc prorsus se irruat.

Irrita-

OBSERVATIONES.

IRRitare aliquem, anum, crubrones, gulam, telis aliquem. Irritamenta gulae. Neq; magis irritatus Antonius regno Cæsaris.

Obruere al quem, ære alieno, ære circumforaneo, aqua, beneficijs, cereuifia, dextera, lapidib. locio, manu, obliuione, poculis, seruitio, uino, multis uoluptatibus dolorem unum.

Obruere decretum, fluctibus arua, foueam. Gubernatorem dormientem obruit tranquillitas. Id est am illa que laudanda sunt, obruit.

Obruere semina terra, thesaurum, uirginem.

Obrui ebrietate, loquacitate nimia, negotij magnitudine tanquam fluctu, numero, paurore, somno, splendore uirtutis & magnitudine, ui hostiū, ui no, undis. (quem.

PRObruere montes lapsu ingenti, se, uallum, in ali

S A C R O.

Sacrare soli. Plin. Sacra & leges. Sacra & sanctiones sunt. In Orat.

SAcrificare, quære apud facio.

CONsecrare aram, bona sua alicui, candelabrum, memoriam nominis sui amplissimis monumentis, spolia opima Ioui Pheretrio, statuam alicui, templum. Consecrata ars eius atq; utilitas deorum immortalium inuentioni. Consecratur caput eius. Consecratio homines. Consecrandos sempiternæ hominum memorie. Ingenij magnitudo Platoni memoria. Olieris consecrata est. Mens, pietas, uirtus, fides manus consecratur. Ad immortalitatem & religiosum, & memoriam consecrantur.

OBSecrare aliquem, ab aliquo. Tuam fidem obsecro.

Te per amicitiam & per amorem obsecro, primo

P P S cipio

LATINI SERMONIS

cipio ut ne ducas. Te obsecro ne facias. Obsecro te, ut eas intror. Obsecro aliquando idem quod tu mebo. In Eunuch. Item obsecro an is est.

S A L Y O.

Salire, saltare. Salit mihi cor. Saliendo se exercet. Saliunt oves, & id genus animantia bruta, quā res in eunt feminas. Verg. Læta salitur ovis. Col. Neq; pati oportet minores trimes quam saliri. **D**efilire. Verg. Defiluit Turnus bijugis. A templo Diana defiluit. Ex edito defiliens aqua. Defilunt in scapham, Exilire gaudio. Ad te exilui, puer citus ē cunis ext. **E**xultare crudelitate, noluptate. Hannibale (lit. iuueniliter exultantem. Exultatq; baurit cor da pauor. Exultantq; uada. Cymbri & Celtibri in prælijs exultant. **I**nfilire solo, uadis, maximum in malum, cruciatum in scapham. **I**nfulare alicui, bonos, calcibus fores, capitibus omnium. Cernis ut insultent Rutuli. **R**efilire. i. contrarium agi. Plin. Refilijt uulnus. **R**esultare. Verg. Pulsati colles clamore resultant. Resultantia uocibus tecta. **S**vbfilire. In Cura. Pessuli subfilite obsecro. Idem Tu subfultas, ego miser uix asto præformidine. In Casin. Ut subfultabat, postquam uicit uillucus. Transfilire muros, consulatum alicuius, per hortum transfiluit ad nos, stateram ne transfilias. **S**Altare & Saltare iam dicti simplicis frequentius sunt. Saltare cū accusacio dixit Cice. In Orat. Alterū penē Demosthenē saltat. i. imitatur Demosthenem. Salu-

OBSERVATIONES.

S A L V T O.

Salutare aliquem, deos poenates, nomine, uerbis aliis cuius aliquem. Tironem mēū saluta nostris uerbis, domus te tota nostra salutat. Quem inter se amicissimē consalutauissent.

S A N C I O.

Sancire capite aliquid, disciplinam imperij militaris dolore suo, fædus, ius, legem, necessitudinem, de aliquo aliquid. Sanciatur lex in amicitia.

S A N O.

Sanare ciuitatem, corpus, cupiditatem, incommodiū, purpuram, uoluntates nefarias, uulnera.

S A P I O.

Sapere alicui, adiunctionem. Ei cor sapit, sapiunt male miseri. Ei palatum non sapit.

Sapere patruos, est parentum aut ueterū mores imitari. Sapit illi pectus, sapit hic pleno pectore. Rectè ego rem meam sapio, sapit in uino, in rem suam. Nihil sapit, qui sibi uni sapit. Qui sapit & sibi non sapit, haud sapit ille profecto. Solus sapit, sapit multum ad genium.

Sapere docte, foris, male, perfecte, plus, recte, sat, sat, sero. Ultra peram sapere, est nimis sollicitum esse. Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Istuc est sapere non quod ante pedes modo est uide, sed etiam illa que futura sunt prospicere. Hic mihi quanto nunc plus sapit quam egomet mihi. Sero sapiunt Phryges.

DEsipere. Dulcē est desipere in loco. Desipiebam mētis. Quod nimio gaudio penē desiprem.

Esipiscere, ad sanam mentem redire. In Fleau. Te intelligo resipisse.

S A R -

LATINI SERMONIS

S A R C I O.

Sarcire aliquid, ades, damnum, detrimentum funes, infamiam, ruinam.

RE sarcire damnum, uestem.

S A T I O, S A T V R O.

Satiare ad animum: saturare magis ad corpus pertinet. Satiavit mentem oculosq; crudelissimi inimici sanguine & vulneribus suis. Satiari delectatio ne no possum. Expleri nec satiari ullo modo possum. Ad corpus refertur apud Colu. Satiatq; semidim cibi diebus singulis uicenos & centenos turturis. Saturari, ab expleri differt. Hoc est tantum modus plerum effe: Illud, supra modum.

Saturare crudelitatem nefariam, inimicitias, odium diuturnum. Saturari honoribus homines. Ne tu p pediem (ut istam rem video) iſtius ob saturaberis.

S C A N D O.

Scadere coelum, domum, domos superas, gradum, milum, murum.

Ascendere arborem, currum, equum, gradibus magistratus, gradum dignitatis unum ex honoribus continuis familie maiorumq; suorum, malum, murum, nauim, ad caelos, ad altiorem gradum, ad hores, in concionem, in currum, in equum, in tantum norem ascendit eloquentia, gradatim ascendetur etem utile & suave est.

CONscēdere naues, nauibus & quor, a Brūduſo ſcēdit, conſcēdere ad aether, in clāſſē, in nauin.

DESCEndimus ex altioribus locis ad humilioris. Per translationem descēdit quis a bono ad malum, ut a pace ad bellum, ab amicitia ad inimicitias, & contra. Aſcon. Qui aduocati reo descēderunt.

No

OBSERVATIONES.

No aut dices, descendereunt accusatori aduocati, Descendere rimis. i. bīari, descendere ad accusandū ad accusationem, ad arma, ad comitia consulū creandorum, ad grauiſſimas contumelias quotidianiſ contentiōibus, ad curas alterius, ad deterrōris, ad inimicitias studio accusandi, ad omnia, ad omnem animi remiſionem ludumq; ad remiſionem tanquam sonorum gradibus descenditur.

Descendere ad ſententiam alicuius, ex alto ad ſumnum, ex equo, ex oculis lachrymæ descendunt.

Descendere in ambulationem, rem in animum, in audiētum animos, in campum, in cauſam, in certamen, in uaria confilia, rem in cor, in magnam uitæ dimicatiōem, in equum, in forum, in barenam, in ornā, in omnia familiaritatē officia, rē in peccus, in preces omnes, in prēlium, in roſtra, in alterius ſententiam pedibus, in ſeſe.

Inſcēdere currum, quadrigas Iouis, in arborem, in lectum.

TRanscēdere aggerem, maceriam, murum. Ab aſinis ad boues, aut ad equos tranſcēdere, eſt ſe ab humilibus ad maiora potioraq; traſferre. Ab equis ad aſinos tranſcēdere, contrarium eſt.

S C I N D O.

Scindere dolorem narrando, neceſſitudines ſanctis mas, pallam. Scinditur incertum ſtudia in corraria uulgas. Capillo ſciſſo.

Ab ſcindere carnem ſuperuacuam culteris, lingua.

CONſcindere. Ipsiſ capillo cōſcidiſ, Aduocati ſibilis conſciſi. Is me ab optimatibus ait conſcindi.

DISCINDERE amicitias. Ut diſcidit labrū. Viſtē omen misericordia diſcidit. **P**ROſcindere terram, arare.

Pro-

LATINI SERMONIS

Proscindere aliquē conūtio fœdissimo. i. infamia.
REsindere cœlum, iura belli, pontem, præturā, ius
iudicat as, summū ulceris os, uulnus. Quæ falso
liquerit, rescindat uomis. In Phorm. Mihī non vid
tur, quod sit factum legibus, rescindi posse. i. fās.

S C I O.

Scimus p̄ nos. **R**escimus ab alijs. **S**cimus manifesta,
Rescimus occulta. Scire certè, certò, certum, fidi
bus: Græcè, luculentē, Latinè, linguis omnes. Nō
sciunt ip̄i uiam, domum, quā redent. Ille tenet
scit, ut hostiū copiae, tu ut aquæ pluviæ arcæcum.
Scī ut tibi res seſe habeat? De argento ni man
tua sciat aut factum sit. Ibo intrō, de cognatione
ſciā. Ipsa de me ſcio. De odore ad eſſe me ſcit. i.e.
Difert idipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. Qm̄
ex eo ſciiri potest. Quod ſcio, omne ex hoc ſcio. Ego
ſcibo ex hoc quid ſiet. Nemo ex me ſcibit. i. ſci
Ex me ut ſciat ſibi filium rediſſe.

SO Iri. Att. Quæ tamen iam ſcientur neceſſo eſt.
SCiſcere. i. ſciere. In Ampbi. Ocyūs adcurro, uſu
ſcam quid uelit.

Sciſcere, ſtatuerit. In Orat. Eam ſciſcere legē.
Curcu. Rogationes plurimæ propter uos pop
lus ſciuit. In Orat. Pro rorū maiorem quidem
nullam ſciſcam. Ut ſi Gaditani ſciuerint nomini
tum de aliquo ciue Rom. ut sit ciuiſ Gaditanus.
Item: Multa pestiferè ſciſcuntur in populis.

SCiſciteri. In Eunuch. Procul hinc libet priuus qui
ſit ſciſciteri. In Merc. Paucula etiam ſciſciteri
priuus uolo.

Sciſtari, id eſt, interrogare. In Capt. Eunt qua
te ſolo ſciſtari uolo. Scit eri oracula Phœbi. Ver
*

OBSERVATIONES.

Aſciſcere. Conſciſcere, quæ apud Cœb.

DEſciſcere à conſuetudine parentum, ab aliquo, à
multorum opinionibus. A Latinis ad Romanos
deſciuit. (ego.)

Neſcio. Neſcio alias. Deos neſcio ego. Neſcio te
Neſcio gaudet relatio qui, que, quod, poſito codem
caſu quo ſuum ponitur antecedens, ut: Literas ne
ſcio quas ſermonem neſcio quē accepimus. ſþem ne
ſcio quam. Ex uiro neſcio quo, uirginē neſcio que,
latus eſt neſcio quid. Neſcio quid narras. Neſcio
quid tristis eſt. Quod ſciſ neſciſ. Illud quod ſciſ
neſciueris. Neſcio qui ſiet, quo modo, quo paſto,
Hunc neſciſ ſat ſcio de illa amica. Hic neſciſ qui
dem niſiſcenus fabularier.

Preſciſre antē. In And. Nōnne oportuit preſciſſe
me antē?

REſciſre factum aliquod, occultiū cognoscere.
Reſciui oēm rem. Hoc ubi ſenex reſciuit. Priuſqua
id reſciutum eſt. Quod ſi reſciuerit peperife ea.

REſciſcere. Me abs te immerito eſſe accuſatū poſta
modum reſciſſes. Omnia omnes ubi reſciſcunt.

S C R I B O.

Scribere argentū alicui, colonos aliquo, copias, di
cam alicui, dicam iniuriarū alicui, dicta alicuius
in animo ſuo, exercitum, barredem, libros uersibus
de temporibus ſuis, lineam, literas, ad ſenatum de
rebus geſtis, literas calamo, manu mea, tua, ſua, nā
propria. Martem in Leone ſedentem. i. pi. igere.

Scribere milites, morbum, mortē alicui, numeros. i.e
per mensa ſcripturam dare.

Scribere pecuniam in ædem ſacrum reficiendā, ſalu
tē alicui uerbis ſuis, ſigilla, ſupplementū legionis.

bksd

LATINI SERMONIS

bus tabulas accepti & expensi suo arbitratu, toller-
mentum alicui, ad certamen iudiciorū, plurima ad
alieni sensus coniecturā, ad suum iudiciū, ad lyc-
num, ad suos, ad voluptatem aurium, de aliquo uhe-
menter, de autoritate & sententia alterius ad di-
quem, in aliquem, in hanc sententiam aliquid, intē-
pus uersus. i. oportuniè uel ante tempus.

Scribere breui, cōmodè, exigue, paucis, raptim studi-
o, summatim. Inculta quædam & horrida de ma-
lis græcis, latine scripta deterius. i. translata.
Asscribere aliquem alicui, iudicio alicuius negli-
gentiam alicui, salutem alicui plurimam, sententi-
am alienam sūe, sententiae alicuius, se socium lau-
dibus alicuius.

CIRCUNSCRIBERE adolescentulos, pupillos. i. falleri.
Circumscripsi uerborum ambitus. Genus univer-
sum breui circumscribi & definiri potest. Circum-
scriptus est lacus in similitudinem iacentis rote.
Circumscriptis ijs sententijs quas posui. Hoc omni-
tempore Syllano ex accusatione circumscripsit.

CONSCRIBERE exercitum, latrones, leges, litera-
stilis ulneis aliquem, syngrapham. Conscripti p̄
tres, Senatus Romanus dicebatur.

DEscrivere bona aliena comitibus compotoribus
suis, ciuitates omnes in pruincias, comoedias male-
dicta alicuius & conciones, fasciculum literarū di-
cui, formam alicuius, hortos, ius pretio nō æqua-
rē, inlytas Solonis leges, librum, locum, malos mo-
res, officium, partes rei, pecuniam ad rationem di-
cuius, pecuniarum summas ciuitatibus & numero
militum, sententiam rei, solarium, uectigal. Descri-
bi ad militiam.

E X

OBSERVATIONES.

EXscripsent totum patrem mira similitudine. Eo-
rum referimus nomina exscripta ad Iouem. Bo-
nos in alijs tabulis exscriptos habet. Quasi ex-
scribendo potestate non habent. Adhibebatur
exscribēdo uiri primarij. Multum mibi eripitur
operæ in hypomnematis.

INscribere aedes mercede, ædes paruo, ædes uenales
literis, arcem publicarū ædium nomine, epistola
alicui, librum, uino aliquid, in catalogum ali-
quem, in frontem unius cuiusq; quid de Repub. sen-
tia, in ipsis libris nomina sua, in statua.

PERscribere aliquid, alicui, ad aliquem, in aliquo.
Perscribere argentum, Senatus autoritatē, nomē
falsum, res gestas. Dum bæc summatim tibi perscri-
psi, infra tibi perscripsi quomodo, &c. Decreui ad
te perscribere. In tabulis perscripta erant.

PRAEScribere aliquid alicui, autoritatem, finem re-
bus, leges pacis.

PROScribere aliquem. i. in exilium mittere.

Proscribere aliquid, ædes, auctionem, domos, fun-
dum, homines, tabulam, uillam.

REEScribere aliquid, argentū rursum, epistola ali-
quid, literas, ad ea que quis requirit. Ad equum.
SUBscribere exemplum. Quum istam ipsam caussā
subscriberē. Quia parricidij caussa subscripta
esset. Id caussæ subscriptū. Subscribere iudicio,
sententia, uerbis alicuius.

Subscribere in aliquem. Tibi infra subscripti.

TRANSscribere &c alienum bæreditarium in se,
Consulatū, fundos, prædia alicui, nomina in socios.

S E C O.

Secare aurem, digitum, berbam, segetes, spem, uiam,
QQ aliquid

LATINI SERMONIS

DE aliq[ue]d in plures partes, cauſas in plura genera,
DE Secare aliq[ue]d.

RESecare uineam, ad uiuum aliq[ue]d.

S E D E O.

Sedere alicui, enīmo, arce celſa, domi. Sedet patribus ſententia pugnae.

Sedere diuibus ſellis, ad gubernaculum R. cipu. omni tempore, ad retia, ad Trebiam ex lege, in cōclauſi, in ſubſellijs, in tecto, pro aede, ſuper caput, ſedere angustē. Si non ubi ſedead locus eſt, at eſt ubi ambules.

Aſſidere alicui, gubernaculis, literis. Cum accuſatio: Salust. Adherbalem iuxta aſſedit.

Aſſidere apud carbones, apud portum.

Conſidere. Verg. In molli conſedimus herba. De ſe neck. Certo in loco conſiderant. In Orat. In ea de qua loquor mediocritate conſedit. Coſedit utri uſq[ue] nomen in queſtum. Liui. In Veliterno agro terria in gentibus cauernis conſedit.

Deſidere. Quid tu intus quoſo deſediſti? Tādiu ibi deſidere neq[ue] redire filium. Vbi totum deſedi diem. Vbi homines adolescentulos dies latos deſidere. Deſedit apud Nicomedem.

Diſſidere. Diſſident ſententia. Cum Iulia primo con corditer & amore mutuo uixit, mox diſſedit. Adamas diſſidet cum magnete lapide.

Inſidere equo, Inſidet pedibus dolor. Nihil quiſqua unq[ue] egit orator, quod non in memoria mea penitus inſidetur. Inſidet in animis omnium penitus. Si ita tibi penitus inſidet iſta ſuſpicio nullo ut euelli modo poſſet. Cū hic feruor concitat iogani in uenis, medullis inſidetur.

O B-

OBSERVATIONES.

Obfidere. Armis obſeffus teneor. Nunc uero domi certum obſidere eſt uſq[ue], donec redierit. Quum ui, ferro, metu, minis obſeffi teneremini. Qui meū tempus obſideret. i. angustius redderet. Obſeffis omnibus ujs nuntij intercipiuntur.

 Foras uendere. In Sticho. Foras necessum est quie-
 quid habeo uendere.
 Foras praeuerti. In Amphitr. Foras enim clausit, m̄
 praeuertetur foras.
 Foras uocari. In Capt. Sed nunc quō foras uocatus
 adcoenam?

F O R I S.

Foris aduerbium in loco, uel de loco. In Moſe. Haſc
 ego & deis occludam hinc foris.
 Foris est. In Eun. Dum foris sunt, nihil uidetur mun-
 dius. In Hecy. Ego ero fama foris.

Foris

O B S E R V A T I O N E S.

Foris querere, In Bacch. Foris coenare. In Sticho. Vocem te ad coenam, ego
 met coenam foris.
 Foris aliquid effutire. In Phor. Ne uos forte impru-
 dentes foris effutiretis.
 Foris est animus. In Mer. Si domi sum, foris est an-
 mus, si non foris, animus domi est.
 Foris sapere. In Heu. Nōne id flagitiū est, te alijs cō-
 silii dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarierē.
 Forte, fortuito, forsan, forsan, fortassis, fortasse,
 dubitandi aduerbia orationem quoq; exornant.
 Forte fortuna. In Eunuch. Forte fortuna adfuit hic
 meus amicus, id est, bona fortuna.
 Fors fortuna, euentus fortuna bonus. In Phormi. O
 fortuna, ô fors fortuna.
 Fortiter ferre, pugnare.

F R V S T R A.

Frustra, incassum, ne quicquam. In Hea. Frustra ope-
 rum banc opinor sumo. In Adel. Frustra egomet
 mecum has rationes reputo.
 Frustra esse dicitur, quod non ex sententia euenit. Se-
 lust. Cuius neq; consilium ullum, neq; incep̄tu fru-
 stra erat.
 Frustra esse, pro frustaria. In Amphi. hic iam et ser-
 uis & hera frusta sunt, id est, errat, decipiuntur.
 Frustra habere aliquē, decipere. In Amp. Is aduenie-
 tes seruum & dominum frusta habet.
 Funditus perire. In And. Mentē perdit funditus. In
 Merc. Perdidisti me sodalem funditus, In Baco.
 Funditus amicitiam ē uita tollere, Cic.
 Funditus cuersa ciuitas, Idem.
 Funditus misceri omnia, Salust.

GE.

LATINI SERMONIS
GENERATIM.

Generatim, p singula genera, uel per singulas speciem.
Verg. 2. Generatim discere cultus.

Generatim, incepit, gener aliter. Cic. Nulli fuerunt illa artificiose digesta, generatim componerent.

GR adatim, ordinatè Cato: Gradatim aliud prepo-

Gradatim habere amicos, Plinius. (nens alio)

GR egatim, per greges, agminatim, turmatim. Ver-
ro: ab eo graculus, quod gregatim.

GR AT IS.

Gratis aduerbium. Terenti In Pbor. Meam ductis
gratis & sine mercede. Sueto. Liberos gratis & si-
ne mercede ulla, in disciplinam receperit.

GR auitò. Sueto. Gratuitò, aut leui fœnore obstruc-
tis.

GR AVITER.

Grauiter aduerbium, uaria significat.

Grauiter audire, est aspè iurgari. In Heau. Adole-
cetus sèpè eadè & grauiter audièdo uictus est.

Grauiter crepuerunt fores, In Heau. Grauiter pe-
pulit fores, In Adel.

Grauiter cruciare. In Heau. Nimiris grauiter cru-
ciat adolescentulum, nimirisq; inhumane.

Grauius in aliquem dicere, est duriter obiurgari.
In Adelp. Nolo in illum grauius dicere.

Grauiter aliquid facere. Cice. Si quid prudenter, si
quid grauiter factum est, id est, non leuiter, sed
maturè sapienterq;.

Grauiter aliquid ferre, id est, molestè. In Andr. Oe-
qui amant grauiter sibi dari uxorem ferunt. Ci-

Grauiter & iniquo animo tuli.

Grauiter imperare. In Capt. Haud uereor, ne iniur-
ia

OBSERVATIONE S.

stè aut grauiter mihi impert.
Grauiter irasci, id est, multum. In Hecy. Tibi quoque
sum iratus grauiter.

Grauit, spirare, grauè olere. Verg. Grauiter spiran-
tis copia thymbre.

Grauatè aduerbium, idem quod molestè. Barb. cù di-
splicentia. In Bacch. Quam grauatè pater dedit,
Tul. Grauatè ille primo. Lui. Id grauatè conceps
sum regi est:

H A.

Ha, interiectio corripiens, siue admonetis ne quid
fiat. In Moste. Ha caue ne illi obiectes in agricu-
ludine te bas emisse.

Ha ha he, interiectio ridentis. In Pbor. Ha ha he, bo-
mo suduiss.

Ha, aduerbium per locum. In Eunu. Ita bac omnes
uos. In Adel. Ha lac multo proprius ibis.

Hac an illac. In Ruden. Ita nunc bac, an illac eam,
sum incerta consilij.

Hac illac circumcurfa, In Heaut.

Hac non succedit, in Andria.

H ACTE NVS.

Hactenus, in tantum, siue adeò. Suet. Hactenus exi-
canduit, ut malum ijs qui descissent, minaretur.

Hactenus ut. Cic. Hactenus aliquid egit, ut earum
rationem rerum explicaret.

Hactenus quatenus. Vipi. Hactenus nō uertit, qua-
tenus domino debet. De seruo debitore loquitur.

H AVD.

Haud negandi. In And. Haud muto factum.

Haud commodi ei est, id est, nihil. In Casim. Haud
magni pretij, In Sticho.

Haud

LATINI SERMONIS

Haud consimili ingenio atq; ille est. In Bacch.
 Haud consuetudine. In Trin. Sentire adepol Gne-
 te, atq; id nunc facis haud consuetudine.
 Haud diu est. In Eunu. Haud dudu. In Persa. Haud
 faciam, In Heau. Haud scio, In And. In Heau.
 & in Adelphis.
 Haud facile. In Poenu. Sine pennis uolare haud faci-
 le est, Adag.
 Haud ferme. In And. Fidele haud fermè mulierii
 venias uitum.
 Haud grauatae. In R.u. Haud grauatae accepit ad se.
 Haud inuito. In Hecyr. Ad aures haud inuito,
 sermo mihi acceſſit tuus. Haud ita decet, In Hecy.
 Haud malus Haud impurus. In Eunuch.
 Haud mibi, id est, aliquid. In Eunu. Certè extreme
 linea amare, haud nibile est, (dum)
 Haud sanè. In Adel. Comessatorē haud sanè commo-
 Haud sic decet. In Eu. Haud sic auferet, In Adelph.
 Haud similis. In Eunu. Haud similis uirgo est uir-
 ginum nostrarum.
 Haud sinit. In And. Haud te ulcisci sinit.
 Haud uereor. In And Haud uereor, si in te solo fit.
 Haud stulte sapi. In Heau. Id est, nō adeò (suntum
 imprudens es).
 Haud parum, id est, multum.
 Haud secūs aut seciūs, pro nō aliter, adoptionis mo-
 ra pulchre sequitur ac, atq; Verg. Haud secū
 ac iuſſi faciunt.

HEI.

Hei dolentis interiectio datiuum poscit. In And.
 Hei mibi. Hei mibi, hei mibi, In Bacch.
 Hei bei. In Casi. Hei bei, fœtet mibi tuus sermo.

HEM

OBSERVATIONES.

HEM.

Hem, interiectio est irascētis. In An. Nibil' nc̄ he.
 Hem exclamantis. In And. Hem serua.
 Hem, pro ecce. In And. Hem libero.
 Hem cōmisercentis. In And. Itāne Chrysisthem.
 Hem perturbati. In And. Hem Simo.
 Hem, letitiae. In Heau. Hem iſthuc uolueram.
 Hem, laborantis animi interiectio. In Eun. Hem bi-
 duum hic manendum est soli sine illa.
 Hem astutias, per ironiam dictum. In And. Hei uo-
 luptatem tibi, hem tibi mel, In Poenu.
 Hem respondentis. In Adel. Hem quid est?

HERCLE.

Hercle iurādi aduerbiū. In Eun. Hercle hoc factū
 Hercle, certe. In And. Mea quidē hercle (est.
 certe in dubio est uita.
 Queso Hercle. In Eunuch. Quodnam queso hercle?
 Obsecro Hercle. In Eunu. Ego te obsecro hercle ut
 audias.
 Hercle sedulo. In And. Faciā hercle sedulo. Hercle
 uero. In Adel. Ego illā hercle uero omitto. Ibid;
 Hercle uero serio. Aduerbiā sunt cōfirmatiū.

HEV.

Heu interiectio dolentis.
 Heu cum nominatiuo. Verg. Heu pietas, Heu pri-
 ſafides. In Adel. Heu misera.
 Heu cum accusatiuo. In And. Heu me miserū. Ver.
 Heu stirpem inuisam.
 Heu cum datiuo. In Mili. Heu mibi, nequeo quin fle-
 am. In Merc. Heu misero mibi.
 Heu cum uocatiuo. In Eun. Heu noster laudo. Stat
 us: Heu socij.

Heu

LATINI SERMONIS

Hodie eleganter capitur pro hoc tempore. Quint.
Sunt clari quoq; hodie auctores.
Hodie nunquam. In Adelph. Scio ubi sit, uerū
nunquam monstrabo. Ibidem: Nunquam berech
die ego istuc committam tibi.

I AM.

Per iam, iam, etiam, & mox, explicatur Græcorum
lo post futurum.
Iam nunc. In Adelph. Iam mitis est. Idem: Ego iam
prospiciam mihi. Ver. Iamq; hos cur su, iam pre
terit illos.
Iam pro statim. In Adel. Vbi me illic non uidebit, u
buc recurret.
Iam, proparationis significatio est. In Andr. Dum
isthuc dedam iam negotij. In Adelph. Egomet co
ueniam ipsum.
Iam, increpatio moræ est. In Eunu. Iam ne imus
est, iam tandem ibimus?
Iam renuntiatio perpetuitatis. In And. Vxorem i
bi iam non dat Chremes?
Iam tarditatis signum. In And. Redebit iam in illa.
In Adelph. I nunc iam.
Iam pro tunc. Quint. Quod si satis prudenter ea ui
derint, iam propè consummat a fuerit præcipitis
opera. Verg. Iamq; fere medium coeli nox humida
met am. Contigerat.
Iam, id est, præterea, deinde. Verg. Iam maris immi
si prolem, & genus omne natantum, Iam uariis
pelagi uolucres.
Iam diu. In Mene. Inueniensemus iam diu, si uiueret.
Iam diu est quod. In Mer. Iam diu est quod miseraam.
Iam diu factum est quum, uel postquam. In Afin. Iam
diu

OBSERVATIONES.

diu factū est quā discipuli ab hero. In Pers. Iam
diu factum est postq; bibimus, nimis siccī sumus.
Iamiam emphasiā habet, pro paulo post uel mox, ut:
Iamiam aderit. Similis iamiam morituro.
Iamiam per indignationem aut miserationem, ut: Iā
iam video qui ueri amici fuerunt.
Iam iamq; In Pseud. Pro capite argentum mihi iam
iamq; sc̄p̄ numeras. Verg. Iam iamq; manu tenet.
Iam nunc, inept̄ ex nunc. Cic. Quæ cum cogito, iam
nunc timeo.
Iam tum, barb. ex tunc. Cic. Iam tum cū bello fugi
tiuorum tota Italia arderet.
Iam fermē. In And. Iam fermē moriens me uocat.
Iamdudum, iampridē, iamolim, dicūtur de rebus du
centibus. & uerbum exigunt præsentis temporis.
Iamdudū, paulo longius tēpus significat, p̄ modō. In
Trin. Iamdudū factū est, cū abiisti domo. In Eunu.
Ego iamdudū hic adsum. Ibid. Iamdudum est ani
mus in patinis. In Afz. Iamdudum est intus..
Iamdudum etatem. In Eunu. Iam dudum etatem li
tes sunt inter eos.
Iampridem, longius quam iamdudū. In Baccbi. Istud
iampridem scio.
Iampridem cum uerbo præteriti temporis. In He
cyna: Iampridem equidem audiui cepisse odiū
tui Philumenam.
Iampridem, de longiore tempore. Pli. Quod maiores
nostros iampridem fecisse manifestum est.
Iampridem, eōt inuō. Lucanus: Tollite iampridē, ui
tricia tollite signa.
Iam olim, uel olim iam, lōgiſimum tempus signat in
ter iamdudum & iampridem.

B B B 2 Iam

LATINI SERMONIS

Iam olim mihi summa neceſſitudine iūctus, id est,
ex multo tempore & adhuc. Cic. Iam olim à prin-
cipio illud statueram.

Iam olim, aliquando. In Eunu. Et quia consimilem la-
serat iā olim ille ludum, impendio magis anima
gaudebat mihi.

Iam primum. In Adel. Iam primū illum alieno ani-
mo à nobis esse, res ipsa indicat. In And. Iam pri-
mum hæc se a Pamphilo grauidam dixit esse.

Iam puer, id est, à pueritia. In Bacchid. Hic sodalis
Pistoclero, iam puer puero fuit.

Iam uero, ut: Iam uero quid referam?

Iam à pueris. In Fleaut. Qui nos putant iam à put-
ris illicò nasci senes.

Iam à principio. Salust. Ad hoc populo R.omanō iā
à principio in opere melius usum est amicos quam
seruos querere. (tio erat.

Iam inde ab initio, Liui. Vt institutū iam inde ab ini-

Iam inde à principio. In Pseu. Iam inde à principio

Iam inde à cunabulis, Varro. (probus.

Iam inde à teneris. Verg. Iam inde à teneris impen-
de laborem.

Iam inde à puero. In Adel. Homo amicus nobis iam
inde à puero.

Iam inde usq; à pueritia. In Fleaut. Mibi magna cū
eo iā inde usq; à pueritia semp̄ fuit familiaritas.

Iam inde ab adolescentia. In Adel. Is adeo dissimili-
studo est iam inde ab adolescentia.

Iam inde aetate. In Merca. Iam inde aetate cum scilicet
facere officium tuum.

Iam inde à certaminibus. Liui. Iam inde à paternis
certaminibus inuisus.

Iam

OBSERVATIONES.

Iam inde ab Aristotele i.e. statim post Aristotelis
tempus. Cic. Est enim illorū exercitatio elegans
iā inde ab Aristotele cōstituta. Liu. Iam inde ab
Racilli morte, id est, statim post Racilli morte

I B I.

Ibi, in loco. In Andr. Abi intrò, ibi me operire. In
Adel. Duxi uxorem, quam ibi miseriam uidi? id
est, in matrimonio.

Ibi, tum, uel tunc. In And. Si tu negaris dicere, ibi
culpam in te transferet.

Ibi sum, id est, id cogito. Ter. in Hedautont. Imò &
ibi nunc sum.

IBIDem, eodem in loco. In And. Hunc in media uia
prouoluam, teq; ibidem prouoluam in luto.

Ibidem mihi adnatur, id est, ex ipso loco, in quo est, In
Mercat.

Ibidem, ubi. In Persa: Operatibi ibidem das, ubi tu
ruum amicum adiuvas.

Ibidem loci res erit, id est, idem erit. In Cistel.

ID Entidem, subinde, se penumero, frequenter, cū quo-
dam interuallo. In Mil. Cogitato identidem, ti-
bi q; fidelis fuerim. Plin. Legi enim locum, identi-
dem repetens ea maxime, quæ de mescriptisti.
Politè scribere cupientem necesse est calamum
identidem uel subinde reparare.

Ideo, coniunctio. In Merc. Hoc ideo fit, quia, &c.

IGitur, collectiva uel nationalis coniunctio est. In
Eunu. Quid igitur faciam miser? In And. Quid
igitur sibi uult pater? cur simulat?

Igitur, pro deinde. In Eun. Quid igitur faciam, non
tam? In Asin. Abiſti ad forum igitur, inuenies
do argento ut fingeres fallaciam.

B B B 5 I L I.

LATINI SERMONIS

Ilicet, quasi ire licet, semper finem rei significat. In Eun. Actum est, ilicet, peristi. i. cum uelis peristi. In Phor. Nibil est ilicet, quod ceterimus opera frustu ilicet, confestim. In Rud. Omnia ilicet. Ilicet affirmantis aduerbiū. In Curc. Ilicet pariter hos perire quando uideo. **II**licet, modo locū, modo tempus significat. In Adel. Otiōse nunc iam ilicet, hic confiste. In And. Misera est ancilla ilicet. In Adel. Illic accedo. **III**lāc, per locum. In Eun. Plenus rimatorum sum, bāc etq; illac perfluo. Ilicet, in loco. In Trin. Ilicet sum atq; hic sum. Ilicet pro ille. In And. Vbi illic est? **IV**linc de loco. In Adelp. Illinc buc transferetur virgo. Hinc illinc, proverbiale. In Adelp. Dum cognatus binc illinc uenire. **V**llo, ad locum. In Capt. Vbi illò adueni, ecce. In An. Quoniam illò aduenio, solitudo ante hostium. **VI**lluc, ad locum. (quid illuc eis?) Illuc pro illud. In Mil. Illuc etatis. In Ampbi. Sed I M O. **VI**mo, eligendi aduerbiū est, significatq; quin potius. Var. Nō humanitas, imo securia est uadere innocē. Imo, secundo loco positum. In Mil. Scies tem imo hodie meum factum. **VII**mo enim. In And. Imo enim quam maximè abs te paſſulo. Imo, certe. In Eun. Imo enim uero. Ibid. Imo enim uero infeliciter. **VIII**mo, etiam. In And. Imo uero. Cic. Imo uero scrutinur.

IM.

OBSERVATIONES.

553
IMpenſe, ualde. Plau. in Epid. Est impēſe improbus. Gel. Et rerum literarumq; impēſe doctus. Impēſe magis. In Adel. Magis impēſe cupitis. Impēdīo, aduerbiū intendēdi, idē quod ualde, appri- me, gaudeat copartiuo. Gel. Philosophie sectator Stoicē, sed loquacior impēdīo & promptior. Impēdīo magis. In Eun. Impēdīo magis animus gau- debat mihi. Ci. At ille impēdīo magis odit senatiū, Impēdīo minus. In Aul. Atq; ille uero minus minusq; impēdīo curare, minusq; impertire honoribus. Immerito, immodeſte, impie, impigre, improbec, im- prudenter, improuise, impudenter satis constant. Immeritiſimo, ſuperlatiuum ab aduerbio immerito. In Phor. Et me omnium horum immeritiſimo. INCifim, id est, minutatim. INcommode. In Eunu. Incommode heretē. INconditē, nō aptē. Cic. Dicam ut potero, incōditē fortaffe, ſed tamen ut res poſſit intelligi. INconfitē. Salust. Inconfitē, ac ueluti per demen- tiam cuncta ſimil agebant. INCredibiliter. Cic. Venio nūc ad uoluptates agri- colarum, quibus ego incredibiliter delector.

INDE.

Inde, de loco. In Pſeu. Videre inde eſſe. In And. Re- deo inde iratus. Inde, ad res refertur. Liu. Omnis te exēpli documē- ta in illuſtri poſita monumēto iuueri, inde tibi tua Reipub. quod imiteris capias. Inde, ad pſonam relatum. In Adelp. Neſi filij duo, inde ego hunc maiorem adoptavi mihi. Inde, id est, ex hoc, uel hac ex cauſa. Ter. In Heaut. Inde adeo quod agrū hīc in proximo mercatus es.

BBB 4 In-

LATINI SERMONIS

Inde est quod. Plin. Inde est quod magna partem na-
ctum in imagine tua uigil exigo.
Inde, & deinde. Liu. Ab his impetu fieri, inde eos co-
lecta iuueni manu hostili in modu prædas agere.
Abs te inde. In Pseud. Minuc. uiginti sanæ ac salutis
sunt tibi hodie, quas abs te inde est instipulatus.
Inde ab ineunte ætate. In Trin. Qui homo cum ani-
mo inde ab ineunte ætate depugnat suo.
Inde ab incunabulis. Liu. Inde ab incunabulis imbu-
tus odio Tribunorum.
Inde à principio. In Bacchi. Inde à principio im-
dens epistola est.
INdecenter, Indecore idem.
Indifferenter ferre, pro susq[ue] deq[ue]. Suet. Populus in
differenter tulit.
Indignè. In Adelp. Clamant omnes indignissimè
ctum esse.
Indiligerent. In Pbor. Mei patris bene parte indi-
genter tutatur.
INdidem, aduerbiū compositū ab inde & idem si-
gnificat ex eodem loco, ut ex eadem re seu can-
sa, ut Indidem existit auaritia. Gelli. Oritur sol
non indidem semper.
INibi, in loco. Apul. Multa inibi dicta sunt, que cō
memorare non est opus.
INibi, pro sic & mox. Cecilius: Liber' ne es? non sum,
uerum inibi est.
Inibi, pro inter. In Capt. Inibi emit olim amissum fili-
um, id est, inter illos.
INique. In Casin. Quod ego unquam erga Venerem
que fecerim?
Inique, præter aequum. In Epid. Inique iniurius es.

Iniqui-

OBSERVATIONES.

Inique comparata certatio. In Adelp. Nunquam ui-
di iniquius certationem comparatam, quam que
hodie inter nos fuit.
IN primis significat inter primos, inter primas, uel
inter prima. Et ita positivo, non superlati-
vo. Cic. Respondent & alia, & haec in primis.
Insigniter. Apul. Homo insigniter malus.
Insignitè, cū nota iudicio. In Rud. Quibus adver-
sum ius legesq[ue] insignitè iniuria facta est.
IN quam repetitionis nota. In And. Iam inquam hic
adero.
Instar ppter magnitudinē uel mēsuram significat.
Verg. 2. Instar montis equum diuina Palladis ar-
te Aedificant. Colu. Instar quinq[ue] modiorum.
Bucca instar mammæ, id est, tāta quanta est māma.
Instar nonnumq[ue] adsimilitudinem significat. Plini.
Ruētes ceras fulciunt pilarum instar. Gel. Sole
uirtus uitæ beatae instar est.
Instar sine genitiuo, & exemplari, similitudine pon-
tur. Ver. Tantū instar in ipso est. Vhi. Si pre-
ponatur instar quoddam operis. Quid. Sed sce-
lus hoc meriti pondus & instar habet.
Instar cū ad. Apul. Ad instar scoparū. Ad instar
inclivi montis. Gel. Populus Rom. è parua origi-
ne ad tantæ amplitudinis instar emicuit.
INsuper, præterea. In Trucu. Hoc addam insuper.
In Mer. Ni sumptuosus insuper etiam siet?
Interdiu, tēporis est. Cato: Canes interdiu clausos
esse oportet, ut noctu acriores & uigilatiōres si-
ent. INTER E A. (ent.
Interea temporis, quasi intra aliud tēpus. In Hecy.
Quid interea.

BBB 5 Inte

LATINI SERMONIS

Interēa dum. In Hēcā. Tu hīc nos, dum extimus in-
 terēa operibere.
 Interēa loci, idē q̄ interēa. Ibid. Tu interēa loci col-
 locupletastite. In Eun. Te interēa loci cognoui.
 Interim, temporis. In Andr. Funus interim proce-
 dit, sequimur.
 Interim, pro aliquando. Quint. Interim excusantur
 bēc uitia. Interim, repente. In Hecyna: Interim
 miris modis odise coepit Sofratam.
 Interim, dīcretio est eius rei, qua ad narrationem
 pertinet. In And. Curabat unā funus, tristis in-
 terim, nonnunquam collachrymabat.
 Interim dum. Ter. Interim dum ante ostium sto, no-
 tus mibi quidam obuiam uenit.
 Intrō, ad locū. In And. Abi intrō. In Capt. Venit
 modo intrō.
 Intrō spectare. In Mostel. Quid uolunt, quid intrō
 spectant?
 Intrō accipere. In Truc. Intrō acceptum quando ac-
 ceptum est, non potest fieri foras.
 Intrō ad nos. In Eu. Modò senex intrō ad nos uenit.
 Intus, in loco. Plau, in Amp. Meus pater intus nūc
 est. Nemo intus est. In Epid. Flac intus edoce-
 bo, quæ scio.
 Intus, de loco. Intus euocato aliquem ad te. Plaut. In
 Mostel. in Cistel. Dic me onare, ut aliquis intus
 prodeat. In Mili. Vbi ille exierit intus.
 Intus in. In Ampb. Intus in crumena clausum alterū
 esse oportet.
 Intus hic. Ibi. Meus pater nūc intus hic cū illa cubet
 Inuicem, mutuo. Quint. Qui si ardentiſimo amore
 inuicem dilexerunt.

In-

OBSERVATIONES.

Inuicem, uicifim, è diuerso, uel secundo loco. Valer.
 Maxi. Ab eo inuicem nō diligenteretur. Plin. Ha-
 be res urbanas, inuicem rūsticas scribe.
 Inuicem, per uices. Inuicē loquamur, id est, me loquen-
 te, uos taceete, uobis loquentibus ego tacebo.
 In uniuersum, inceptè, in genere. Quint. Paucā in uni-
 uersum de uarietate opinionum dicenda sunt.
 Istò, ad locum in quo tu es. Pli. Destino enim, si tamē
 officij ratio permiserit, exēurrere isto.
 Istoc. In Adel. Nimiūm istoc abiſti.
 Iſtic, in loco ubi tu es. In Eun. Iam iſtic adero. In A-
 del. Tibi uero quid iſtic est rei?
 Iſtic, id est, in isto negotio. In An. Neq; iſtic neq; ali-
 bitibi usquam erit in memora.
 Iſtic sum, id est, ausculto. In Hecy. Iſtic sum.
 Itac, per locum. In Hēcā. Abi sane itac.
 Iſtorum. In Phor. Cōcede hinc à foribus paulatim
 iſtorum.

IT A.

Ita, aduerbiū respondendi. In Bacch. Ego' ne iſtūc
 dixi unquam? N. ita.
 Itat, Terent. in And. & in Eunu
 Itares est, ita res erat, faciundū fuit. Ita negotium
 est. Ita est amor.
 Ita dico. Ita loquar. Ita inquam. Ita factō est opus.
 Ita faciam. Ita aiunt. Ita spero quidem.
 Ita nunc uiget mos. Ita uestra est benignitas.
 Ita est homo. Ita ingenio fuit.
 Itanatio est hominum. Ita profectò.
 Ita uero. Ita eminuerò. Ita herclē uero. In Cure.
 Ita ut. In Ampb. Ita animatus fui, itaq; nunc sum us-
 eate patrem donem.

Ita

LATINI SERMONIS

- Ita quasi. Plautus in Mer. Ita instas, ita urges, que pro noxio.
- Ita optantis. Ita me Deus amet.
- Ita me Dj̄ ament. Ita me Dj̄ benc̄ ament.
- Ita me dj̄ amabūt. Ita amabit te Iupiter, ut tu n̄f̄.
- Ita me Venus amet.
- Ita me seruet Iupiter. At me ita Dj̄ seruat.
- Ita uero me amabit Iupiter.
- Ita non. Terētius in Fleaut. Ita non ut olim, sed nunc sanè bona.
- Ita pro ualde. Cic. Non ita longa disputatione.
- Ita subitō est. In Trin. Ita subitō est, propere quācum conuentum uolo.
- Ita ut. In Rud. Ita hinc ego te ornatum amittam, ip̄sus te ut non noueris.
- Ita ut sit. In Eun. Coepi egomet tecum interiu- ita ut sit, ubi quid in animo est molestia, alia rem ex alia cogitare.
- Ita ingenium est omnium hominum, In And.
- Ita ut si essem filia, te educaui, In Eu.
- Ita magnus. In And. Ita magna irae inter eos sum ut Iberem posse auelli.
- Ita ut erit, barb. ut de factō erit, Cic.
- Ita pro igitur. Idem: Ita nobilissima ciuitas. Cic.
- Ita fecit, uel plus etiam quam dixit, Cic.
- Itane, Terēt. in Eu. Ita ne est? Plautus in Persa. ne uis? In Fleaut.
- Itane, cōmiserant. Terēt. In And. Ita ne Christi.
- Itane, indignatiois nota. In And. Ita ne cōtem- abs te? aut itane tādem idoneus tibi videor? ne parasti te? In Eu.
- Ita ne uero? Terent. in And.

OBSERVATIONES.

IT A Q V E.

Itaq; quum ronum habet in p̄ima syllaba, significat ergo uel igitur, ut: Itaq; tu, uel tu itaq; da ope- ram, uti conualescas.

Itaq; cum gemina est dictio, ronum habet in medio, significatq; Ita. Terēt. In And. Imō ita uolo, itaq; postulo ut fiat.

ITem, pro ita uel sic. Plaut. in Rud. Ut tute es, ita cōces omnes essem. In Tus. Corporum offensiōes si- ne culpa accidere possunt, animorum non item. Item, id est, aut. In Sulu. Te esse hominem diuitē, fa- diosum, me item essem hominem pauperū, pauperi- rum. In And. Vnus & item alter.

Itē, simili ter. Ter. in Adel. Ille ut itē cōtra me habē at, facio sedulō. Ter. in An. Item alio die quæreb. Item, cum atq; pulcherrimē cōiungitur Verrō. Alij ad cursurā, alij ad prædam nō item sunt specta- di atq; habendi.

Item, ut. Idem: Hosce item ut equiuos, & educunt & alunt. In Phor. Ciuem item ut meretricem. Non item. Cic. Oūm magnarum artium, sicut arbo- rū altitudines delecter, radices stirpesq; nō itē. ITERum, rursus. In P̄cen. Iterum mibi natus uideor quod te repperi.

Iterum, pro secūdo. Cic. Primo qđem decipi: in cōmo- dum est, iterū: stultū, tertio: turpē. Dicimus eri- am semel, iterū, tertīū, p̄ semel, secūdo, tertio.

Semel aut iterum, id est, semel aut bis, Cic.

Semel atq; iterum. Vlpia. Post caussam semel argi- rum tristatam.

Iterum & tertio. Plin. Iterum Gertio Consul, mul- ta domi militieq; gesit.

Gertius

LATINI SERMONIS

Icerū ac tertio. Liu. Icerū ac tertio uenisse tradūt.
Icerū atq; iterū fragor intonat ingens, Verg.
Tidem, similiter, eodem modo. In Bacch. Feti istae
itidem in adolescentia.
Eidem ut. In Eun. Ut aut hoc tibi doleret itidē, ut
mibi dolet. In Amphi. Ut filium bonum patri esse
oportet, itidem ego sum patri.
Itidem quasi. in Mostel. Itidem olent, quasi cùm una
multa iura confudit coquus.
Iuxta adverbium significat & què, similiter, eodem
modo.
Iuxta absolutè. Salust. Iuxta boni maliq; strenui &
imbellis multi obtruncati sunt.
Iuxta ac. Varro. Feminas iuxta ac mares habere
solebat. Salust. Reip. iuxta ac sibi consuluisse.
Iuxta ac si. Ci. Officijs iuxta ac si meus frater esset,
sustentauit. (matos.)
Iuxta atq;. Liu. Trucidant inertes iuxta atque ar-
Iuxta cum. Salust. Juxta mecum omnes intelligitis,
id est, tam bene quam ego. In Asin. Iuxta mecum
rem teneas. In Tersa: Iuxta tecum & què scio.

LARGE.

Largè, liberaliter, abundanter. Horat. Ligna sup
foco largè reponens.
Largè blandus. In Asina. Nemini credo qui large
blandus est diues pauperi.
Largius comparatus. In Eun. Et habet quod det,
& dat nemo largius.
Argiter, idè quod largè. Brutus: De iudicio lar-
giter. Largiter peccasti, In Mostel.
Largiter cù genitivo. In Tru. Veteris uini largi-
ter ut dies noctesq; potet. In Ruden. Credo ed-
pol

OBSERVATIONES.

pol inesse auri & argenti largiter. Ibid. Magna
quidem præda est, largiter mercedis indipiscar.

LATINE.

Latine loqui, est aperte, clare, plane. Cic. Latine ma-
scitore, non accusatore loqui. Verg. Simplicius
multo est, da, Latine dicere.

Latine scire, Cic. Ex Cerd.

Lautè, eleganter. In Casin. Laute uestitus exorné
tusq; ambulet. (dide.)

Laute loqui. In Mili. Loquitur laute, & minime for-
Laute munus suum administrare, probe exequi, Te-
rentius in Adelphis.

LENTE, TARDE. Plin. Actum quoq; lente, cuncta terq;
ueniunt.

Lente ferre iniurias, id est, leniter & placide, Cic.
LE PIDE.

Lepide bercole adiuvas, In Persa.

Lepide efficere. Ego hæc effectū lepide tibi tradā,
In Curs.

Lepide intelligere. In Truc. Intellexisti lepide quid
ego dicerem?

Lepide stratus lectus, In Poen.

Lepide bercole animum tentavi tuum, In Aule.

Lepide memoras, In Bacch.

Lepide facere. Vin'tu lepide faceres? In Mili.

Lepide referre gratiam, In Truc.

Lepidum, pro lepide. In Poen. Lepidum eloquere.

Lepidule diminutium. In Pseud. Eam circum-
dam lepidule.

Leuiter attingere studia. Suetoni. Studia repetitie
quæ iam inde à pueritia non leuiter attigerat.

Leuiter bene uelle alicui, id est, parum. In Poen.

Quan-

LATINI SERMONIS

*Quanquam bene uoluius leuiter lenonibus.
Libere educari. In And. Educatos libere, in fave-
dem illicisti?*

*Libere dare consilium. Cic. Cōsilium uerū dare ga-
deamus libere. Libere dicere; Cic.*

*Libere loqui, Idem. In Trin. Nunc quidem meo arti-
tratu loquar libere quæ uolam.*

*Libere uiuere. Teren. in And. Liberius uiuendi-
it potestas.*

*Licet, aduerbum concedentis, sicut estò. Verg. Li-
cet ingens ianitor antro Aeternum latrantis
angues terreat umbras.*

*Licet aduersaria particula, pro quāuis, uide Cf.
L O N G E.*

*Longè pro longitudine tam temporis quam loci.
Longè à mari. In Eu. Quam longè à me abest.*

*Longè binc abest.
Longè gentium binc abest, idem quod longè. Cic. Ti-
autem abes longè gentium.*

*Longè abieram. In Eun. Longè iam abieram.
Longè ab. In Mostel. Ut fugiat longè ab eadibus.*

*Longè à. In Baccbidi. Longè à pædagogo pedem ut
efferves ex eadibus. (ducatur.)*

Longè ducere. In Casin. Ruri est ad uillā longè quo

Longè habere. In Tru. Nœ ista stimulū longè habet.

*Longè prospicere futuros casus, Cic.
Longè pro ualde cū comparatio. Ver. At peccibū*

*longè melior Lycus.
Longè cum superlativo pro ualde, pulcherrimè iur-*

gitur. Cic. In hac ciuitate longè maxima confi-

lia atq; ingenia fuerunt. Liui. Patre longè pru-

dentissimum natum.

Cic.

OBSERVATIONES.

*Cicero. Longè plurimū ualuit Flancus. Idem: Lon-
gē primus ciuitatis est.*

*Longè absolvè. Cic. Cuius ego iudicium longè an-
tepono tuo. In Bacc. Ego longè anteceſtūtū
G in doctis moribus.*

*Longè princeps. Cf. Eo tum statu res erat, ut longè
principes haberentur Hedui.*

Longè alius. Salut. Longè vibi diamentis est P. C.

Longè aliter. In Epid. Aliter catuli longè olen, aliter sues.

Longè secus. Cic. Quod longè secus est.

*Longè dissentire. Idem: Ab his qui pecudum ritu ad
uoluptatem omnia referunt, longè dissentimus.*

*Longè errare. In Adel. Et errat longè mea quidem
sententia.*

*Longè præcedere. Cic. Sed quum longè præcedunt
ingenia uiuentium.*

*Longè ab omni ambitione remotus. i. minimè ambiti-
osus, Plinius.*

Longius. In Heau. Non aberit longius.

*Longius abire. In Eun. Neque mirari satis, quod ille
abire ignauus poscit longius.*

Longius in amicitia prouebi, Cic.

Longissimè ab occasu, Plin.

*Longissimè memini. Plaut. in Men. Quid longissimè
meministi?*

*Longissimè ueni. i. diutissimè, uel longissimo ab bino
tempore, In Sticho.*

Libenter & Libenter, idem.

*Libenter bene uictas, id est, gaudes lauitij. Om-
nes pfecto lubetius sumimus, q; reddimus, In Cap.*

MAGIS. CCC Magis

LATINI SERMONIS

*Magis dices, Cic. Tu magis id dices Fanni, si
super adfuisse.*
Magis dicas. In Pseu. Faxo magis dicas. In Mil.
Magis dicas, si scias quod ego scio.
Dabimus etiam magis, In Persa.
Nihil magis dulce, Ibidem. (civis)
Magis dulcius. In Stich. Imò enim hic magis est dul-
Magis credo. Cic. Quod quidem magis credo.
Magis loqui. In Casi. Mox magis, quando otium mi-
bi & tibi erit, igitur tecum loquar, nunc uale.
Magis lubet. In Persa: Magis lubet uendere quam
perdere.
Magis noris. In Heaut. Magis, si magis noris, pu-
tes rem ita esse.
Magis scibo. In Truc. Iam scibo magis.
Magis uellem. In Eunu. Quod magis uellem eueni-
re, mihi euениit.
Magis uereor. In Heaut. Nunc mibi magis uere-
or, quam, &c.
Magis uidi. In Merc. Haud magis uidi.
Magis maiores. In Pcen. Argétu nisi q̄ dederit, mu-
gas egerit, uerū q̄ dederit, magis maiores dederit.
Magis elegans. Terent. in Eunu.
Magis mirum. Plautus in Ampb. Mirum magis ti-
bi isthuc quam mibi.
Magis molestus. In Eun. Is ubi molestus magis est.
Magis seuerus. Ibid. Hoc nemo fuit magis ineptus;
magis seuerus quisquam, nec minus continens.
Magis similis. In Amp. Nec lac lacti magis est si
mile, quam ille similis est mei.
Magis aperte. In Adel. Atq; etiam si est pater, di-
cendum magis aperte, illiberaliter.

Magis

OBSERVATIONES.

Magis ex usu, id est, utilior. In Eunu. Nec magis
ex usu tuo nemo est.
Magis atq;. In And. Non Apollinis magis uerum
atq; hoc est.
Magis ex se se. Ibid. Habet aliud magis ex se se, &
maius, id est, quod seipsum magis urgeat.
Magis uerum pro uerius. In And. Non Apollinis
magis uerum atq; hoc responsum est.
Magis impense cupere, In Adel.
Magis quam. Cic. Vereor ne inuidi magis quam ami-
ci sint. Magis id aedo, In Adel.
Magis humanum, ibid. Magis ac magis. In Mostel.
Quum magis ac magis cogito, &c.
Mage pro magis. In Trucul. Quem Ecastor mage
amo quam dudum.
Maxime adolescens. In Mili.
Maxime doctus. Maxime naturalis.
Maxime illius est. In Ampb.
Maxime oīm. Inepte, plus quam oīs. Cic. Qui maxime
omnium nobilium Gracis literis studuit.
Maxime, præcipue. In prol. Phor. Per quem res age-
tur maxime.
Maxime, responso. In Eunu. Fac illi adducantur,
p. maxime.
Maxime mihi liber.
Magnopere, uel magno opere separatis, idem. In
Persa: Ne hoc cuiquam hominum dicerem, edi-
ctum est mihi magnopere. In Eunu. Theis maxi-
mo me orabat opere, ut cras redires.
Magnifice tractare aliquem, In Heaut.
Magnifice aliquem accipere, idem. In Pseud.
Magnifice compellare aliquem, Ibid.

LATINI SERMONIS

Magnifice dicere. In Adelp. Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id uirtus quin superet tua.
Magnifice se efferre. Ter. in Heau. Elic me magnifice effero.

Magnifice ire aduorsum alicui. In Casini.

M A L E.

Male opponitur bene. *Male* audio, id est, criminor. Qui male dicit, male audit.

Male uiuo. Hor. Nec uixit male, qui natus moriens.

Male uiuit, qui medice uiuit. (felicitas)

Male cadere. Cæs. Vbi tantos suos labores & apparatus male cecidisse uiderunt.

Male mereri opponitur bene mereri, significat iniuria afficere.

Male uerat, imprecantis est. In Adel. Quæ restituuerat male. Male se gerere, aut rem.

Male accipe, est male tractare aut uerbis aut reb. Cic. Hoies multis uerbis male acceptos dimisisti.

Male dico, In And. Male loqui, In Phor.

Male precor tibi. Male imprecor tibi.

Male opto tibi. Male cupio tibi. (In An.

Male habere, est agrotare. Aliás, ægre ferre, Ter.

Hoc male habet uirum. Hac res non minus me male

babet, quam te.

Male intellecta sententia, pro non recte.

Male animo est, In Adel. Male mecum agitur.

Male mibi sit, id est, peream.

Male animatus erga principem, Suet.

Male cogitare de aliquo. (ciliata)

Male conciliatus. In Eun. Fugitiue prodi, male con-

Male consulere aliquid in aliquem. In Heau. Peſime

istuc in te atq; in illum consulis.

Male

OBSERVATIONES.

Male credere, Plau. In Poen. Male credam, & cre-
dam tamen.

Male docere. Teren. in Heau. Male docet te mea fa-
cilitas multa.

Male excrucior. Male mibi est.

Male maceror, In Cistel.

Male moratus. Male morigerus.

Male musicus. Male oculatus.

Male promeritus, Male nupta, In Casini.

Male odi, Ter. in Adel. Male seruare fidem, In
Trin.

Male, pro ualde inuenitur. Qui male agit, male mul-
titabitur.

Male timeo. Terent. in Heau. Quam timui male, id
est, ualde.

Male formidare. In Cistel. Quæ in tergum meum ne-
ueniat formido male.

Male metuo. In Hecy. Male metuo, ne Philumena ma-
gis morbus aggrauescat.

Male uiuere. In Ruden. Ita male uiuo, Ita multæ
in pectore sunt curæ.

Male suadere. Male suada, qua male suadet.

Male facio. Inde maleficus, maleficium, malefice ad-
uerbum. Peius mecum actum est, quam tecum.

Peius odifce. Cic. Oderam multo peius hunc q; illum.
Idem: Quo neminem veterani peius oderunt.

Cane peius & angue, Hor. in Epis.

Peius timere. Hora. Peius q; letho flagitium timet.

Peſime. Maligne.

M A N E.

Mane. In And. Obſeruabam mane illorū ſeruulos.

Perſius: Iam clarum mane feneſtræ intrat.

CCC 3 Tam

LATINI SERMONIS

Tā mane, In Hēau. Nūq̄ tā mane egredior, neq̄
aēperi domū reuertor, quin te in fundo conficer.
Mane manc, emphasim babet & singularem uim in se
reuoantis. In Phor. Mane manc, inquam.

MAnipulatim. i. p manipulos. In Pseu. Manipulati
mibi nugigeruli facite ante cedes iam hīc adsin.

Manifesto. In Pcen. Manifesto fur es.

Mature, celeriter, tempestiuē. In Eunu. At mature
Cic. Sed bunc fructum mature fortuna ademit.

Maturissime. Cic. Ut quāq̄ res est turpisima, sic me
xime & maturissime iudicāda est. i. maturo iudicio.

ME CV M.

Mecum, tecum, non cum me & cum te. In Cifel. Nihil
mecum tibi. (Simul.

Mecum simul. In Bacch. Eum mecum ad te adducan.

Mecum undā. Vergil. Mecum undā in syuis imitabre
Panacanendo. Mecum undā canendo.

Mecum facit. Mecum sentit, idem. In Andr. Nā ista
haud mecum sentit.

Mecum, id est, int̄ia me. In Hccyr. Ut tacita mecum
gaudeam.

Mēme, p meipsum, tere, uebementiā significat. Sece
idem ualet quod se. Verg. Memē adsum qui feci.

Melius fidius, id est, per Dēū fidium (qui fidei p̄
est) uel per Iouis fidium, pro filium, s. Herculē, mu
tato d in l quāst me Iouis filius iuuet, uel per diui
fidem, uel per diei fidem.

MELIVS.

Melius mecum agitur. (And.

Melius cum illis egerent, actiue. Melius s̄ero. In
Melius nemo accēpit. In Eun. Accēpit hominem ne
mo melius prorsus, neq̄ prolixius.

Melius

ODSERVATIONES.

Melius adhuc. In Bacc. Probe ita res succeſſit, meli
us q̄ adhuc.

Melius dicere. In Adel. Quid iftuc? accedo ut meli
us dicas.

Melius erit ifti morbo. In Cifel.

Melius est tum adire. In Menæ. Melius nos est
adire, atq̄ hunc per cunctarier.

Omnes sibi melius malle esse quam alteri. In And.

Melius peius. In Hēau. Melius peius, p̄ficit, obſit,
nibil uident.

MEMbratim, per membra singula.

Memoriter cognoscere. In Eunu. Memoriter me
minit. In Capt. (Cic.

Memoriter memorat. In Amp. Memoriter narrare,
Memoriter proferre. In Phor. Memoriter reſpon
re. Cic.

Memoriter me uocat. In Asi.

Merito poſsim eum cogere. In And. Illud merito fa
ctum oēs putet. In Eun. Merito te amo. In Adel.

MINVS.

Minus quā. In Eun. Minus potens q̄ tu. In Capt.

Minus dixi quam uolui.

Minus ac. Catul. Illi non minus ac tibi pectore Vri
tur flamma, sed penite magis.

Minus habere. In Phor. Qui minus habent, ſemp ali
quid addunt ditionibus.

Minus pro non. In Hēau. Minus credere est.

Minus memini. In Casi. In Eun. Quod minus intelle
xi. Minus p̄ se potest. Cic. Quod quisq; minus per
ſe poſſet, id acciperet ab alio, uicifimq; redderet.

Minus ualet. In Bacch. Minus ualet, moribundus

est. Minus multi, & minus audacter. In Mil. Si hoc

LATINI SERMONIS

*P*enauisset, homines essent minus multi mali, &
minus audacter scelestia facerent facta.

*M*inus minusq; In *Hec*. Mibi iam minus minusq; ob-
temperat.

*M*inus cum nominatio. In *Trin*. *M*inus quindecim
dies sunt quod, &c. *Liu*. *M*inus duo millia homi-
num ausigerunt.

*M*inus cum genitio. In *Eun*. Amicorum hic habet
minus.

*M*inus cum accusatio. *Liu*. Nunquam nix minus
quatuor pedes alta iacuit.

*M*inus cum ablatio. &c. *M*inus horis tribus. In
Perse. Duobus nummis minus est.

*M*inus nibilo. *Ter*. in *Phor*. Cui minus nibilo est.

Quo minus, & ut no. In *And*. *Quo* fiant minus. *Ori-*

z. *Metra*. *Quo* minus dubites, quis pete munus.

Non minus, pro aequo.

Nec minus, nibil minus, pro nibil omnino, *Verg*. 7.

Nec minus interea extrema *Saturnia* bello Imponit
regina manum. *Ter*. Nunc ita tempus est, mibi ut
cupiam filiam, olim nibil minus. *Ego* sane nibil mi-
nus de te cogitarem, quam ut hoc faceres.

Nibilonius, adoptionis seu equiparationis nota.

Ter. Loquere nibilonius & hoc faciam.

Minimūm cum genitio. *Cic*. Ut quisq; minimum fir-
mitatis habeat minimumq; uirium, ita amicitias
petere maxime.

Minimum, *Inept* e, ad minus. *Varro*: Harum genera
minimum in binas species diuidi possunt.

Minime, negandi est. *Cic*. Turpis excusatio est, &
minime accipienda. *Minime* feceris, In *Mustel*.

Minime mirū. *Ter*. in *Hec*. *Minime* adeo mirū.

Mini-

OBSERVATIONES.

*M*inime ḡtium, pro eo quod est, omnium ḡtium id
dici minime esse faciendum. In *Adel*.

*M*inime omnium, uulgō minus quam eos. *Cic*. Quod
quidem tu minime omnium ignoras.

*M*irū ni, apud poētas significat certe uel nimirū.
In *And* *M*irū ni domi est. In *Eun*. *M*irū ni
banc dicit.

*M*iserè, infeliciter. *Cic*. Misere perijt.

*M*isere, ualde, nimis. In *Hec*. Eam misere amat.

*M*ODESTE, cū modo, moderate, adhibito modo. In *He-*

cyr. Quid tū postea, si modeste ac raro hoc fecisti?

In *Phor*. Qui modeste isthac ferat. *Ter*. in *Eun*.

Alihuo teriam intuens modeste.

MODICE, MODICVM.

*M*odicū, parum. *Plau*. Fedepol id modicum curst.

*M*odicē, pro parum. In *Mili*. *M*odice sapis. *Ibid*.

At modice disce moderare animo.

*M*odice tangere *Cic*. Sed ea res modice me tangit.

Idē: Quæ mibi proponuntur, modice me tangunt.

*M*odice, utile. *Idem*: Sed ut modice cæteris utile est,
tibi neesse est.

*M*odice, à modo quādoq; deducitur, ut modestia de-

signet, quæ inter parum & minimum uersatur,
nō paucitatem. *Varro*: *Quin* aēr est modice tē-
peratus.

*M*odice agere. *Nos* agemus omnia modice.

*M*odice dicere. *Cic*: Quāquam àmet timide modiceq;
diceretur.

*M*odice loqui. *Liu*. De se pauca ac modice loquutus
est.

*M*odice sfernere. *Liu*. Libertatem nec sfernere mo-
dice, nec habere sciunt.

LATINI SERMONIS

Modice uti. Liu. *Libertate modice uti autur, tempe-
ratam eam salubrem esse.*

Mutuo significat inuicem. Cic. *Mutuo se amabat.*
Mutuo, pro ediuerso. Cic. *Fac me mutuo diligas.*

M O D O .

Tempus uix dum præteritum, significatur p modo.
*Modo, nūc, mox, eandē quidē elegantiā C uim, sed
tria diuersa tēpora habet, ut: Modo scribit, nūc
scribit, mox scribebat epistolā.* Ter. *Modo ē Daus
audiui.* Idem: *Modo quid designauit?* In Aſt. *Ado-
lescens uenit modo, qui argentum attulit.*

Modo cum uerbo præsenti. Ter. in Hecyra: *Adu-
nis modo?*

Modo geminatū. Ter. in Eu. *Modo ait, modo negat.*
Modo ut. Terentius in Phor. *Scies, modo ut tacere
possis.*

Modo, p̄o dummodo. In Heau. *Modo liceat uiuere,
est p̄spes.*

Modo ne. Cic. *Declinandum est de uia, modo ne sum-
matur p̄itudo sequatur.*

Modo non, id est, tantum non. In Phorm. *Senem p̄epi-
stolam pellexit, modo non auri montes pollicens,*
id est, propemodum.

Modo, nō tantummodo, dūtaxat. Liu. *Tectis modo di-
ruti, alterius urbis duo populi in unū cōfusi sunt.*

Modo, p̄osī. Verg. *Primus ego in patriam mecum,*
modo uita superfit.

Mordicus, qua/i mordendo. In Cūrc. *Mordicus ma-
num arripuit.*

Mordicus tenere, est summa pertinacia tueri, Cic.
M O X .

Per mox explicatur paulopost futurum Græcorum

Mox

OBSERVATIONES.

Mox, sc̄utim, In And. Mox ego buc reuerbar.
Mox paulopost, uel postea. Cic. *Verū illa mox, nūc
de ipsa exercitatione quid sentias querimus.*
Mox pro deinde. Suet. *Nec mox occasio aut cauſſa
te audiendi fuit.*

Quā mox. In Phor. *Dū expēcto quā mox ueniat.*
*MVltum amare, excellere, ferre obiurgare, præsta-
re, saluere, ualere, tacere.*

Multum me in silentio tenui.

Multum C diu cogitare.

Multum uti. Cic. *Subſitio utchare multum.*
MVlti iūgitur pulchrit̄ bis dictiōibus: alias, aliter,
*fecus, ante, post, magis, præsto, malo, antecedo, ex-
cello, C similibus ſuperlatiuam uim habentibus.*

Multo cū comparatiō, ut: *Multo molesius,* Cicer.

Multo cū ſuplatiō, ut: *Multo fortunatissimus, uicē
diſimus, maximus, moleſtissimus, sapientissimus, u-*

berrimus, multo maxime, multo maxima pars, etc.

Multo tāto. In R.u. *Ego multo tanto miſerior, p̄ tu-*

Municipatim, id est, per municipia.

N. A. M.

*Nam cauſſalis est, ordinisq̄ præpositiui, licet poſt-
ponitur huic dictioni quis.* Vergilius dixit: nam
quis, pro quiſnam. Nam quis te iuuenum, Cc.

Nam, pro autem. Cic. *Nam quod in uxorem C fili-
am meam tam petulanter inuictus, Cc.*

Nam p̄fecto, Salust.

N E.

*Ne prohibentis tam ſubiunctiō, quām imperatiō
iungit, ut: Ne dubita. Ne dubites. Ne iura.*

Ne iures.
Ne uiuam, ne ualeā, ita uiuam, ne sim ſaluuſ, p̄era,
diffe-

LATINI SERMONIS

*disperitā, moriar, male mibi sit, modi sunt dicēt
quid affuerare uolumus.*

*Cic. Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Id
Ne uiuam, si scio.*

*Ne plura, ne multa, ne multis, ne longum faciā, uel
gū sit, qd multis? modis loquēdi ac si dicas. Ned
cā plura, ne multis te teneā, quid multis opus? Cic.
Ne multis, Diogenes emitur. Idem: Ne multis, h
quiturum se confirmat. Horā. Ne longum faciā.*

*Ne ea res sit mīhi fraudi, id est, ne mīhi ascribam
uel ne noceat, nēne uitio detur, unde poena aliquā
phueniat. Ci. Id erit eius uitrico fraudi & criminis
Ne interrogatiue caput.*

*Est' ne magister in ludo? Ter. in Phor. Vise redi
rit' ne iam, an nō dum, domum. Ter. in And. Ni
hū non esse proprium cuiquam?*

Ne dubitatiue. Incertus sum uiuat ne pater ann.
In And. Est' ne hic Crito?

*Ne, pro ut, cōstructum cū uerbis prohibendi, cau
di, & timēdi: Prohibuit me pater, ne redire ad
te. Cau ne cuiquam dicas, uel Cau ne cuiquam di
xeris. Vereor ne magister omnia resciscat.*

*Ne nō, ponūtur eleganter post vereor, timeo, me
tuo. Cic. Vereor ne nō licet. Idem: Timeo ne nō
impetrem.*

*Ne nō sine uerbis vereor, timeo, metuo. Cice. Vide
ne non eadem sit illorum causa, & Stoicorum*

*Ne, pro ut nō, causalis est. Disce studiose, ne magi
stro ueniente uapules, id est, ut non uapules.*

*Inter ne & quidē, pulchre nōnibil ponitur. Cic. Nō
quam illum ne minima quidem re offendō. Sic
timus: ne nunc quidē, ne id quidem, ne hoc quide*

OBSERVATIONES.

*ne pilum quidem, ne tantillum quidem, ne tamq
ta quidem, ne pictum quidem uidit.*

*Quipc. In And. Ego id agam, mībi qui ne detur.
Vt ne, idem signat, quod ne particula sola Te obse
cro, ut ne credas a me allegatum hunc senem. Plau.
Nisi ut ne esurirem. In Andr. Vt ne pater per me
stetisset, credat.*

Vt ne addam, id est, ne dicam plura, In Phor.

Ne cū diphthongo, capitur pro certe affirmatiue.

*Ter. Nā ego homo infelix sum, id est, certe.
Ne, rationalis, pro ergo. Verg. Ne incepto desiste
re uictam?*

*Nenihili. Cic. Ne amicis nibil tribuamus, id est, et
am ut aliquid tribuamus.*

*Nedum, idē quod nō modō, non solum, non tantū, sed
usus diuersus. Nam in oratione affirmatiua, id
maiis est praeponitur, ut: Talentum tibi darem,
nedum aureum. Vel duobus uerbis. Sanguinem pro
te funderem, nedum pecuniam darem. In oratione
negatiua praeponitur id, quod minus est. Aureum
tibi nō dare, nedū talentū. Vel duobus uerbis: Pe
cuniā non dare, nedum sanguinē pro te fundere.*

*Ne dicā, hec clausula si sequatur substantiuū, adia
ctiuū ponitur in accusatiuo. Sin interijicitur ins
ter substantiuū & adiectiuū, relinquit utrūq; in
noiatius. Homo imprudēs, ne dicā stultum, nō stul
lus. Crudelis ne dicam impius & sceleratus Ca
stor, nō sceleratum Castorem. In alijs casibus semper
oportet conuenire adiectiuū & substantiuū, ut:*

*Non faceres hac magistro conscientia ne dicam pra
sentē, nō presentē. In Adel. Est ineptratio, ne di
cē delo, atq; absurdā. Ci. An pesset hoc uiuo Ma
longe*

LATINI SERMONIS

bonē, ne dicā Cōsule? id est, taceā. Aliás est cor
rectionis nota. Cicero: Sed pleriq[ue] peruerse nō
tam imprudenter, amicum habere talē uolum,
quales ipsi esse non possunt.

Nec te, idem est quod an non. Ponitur interrogati
uē & dubitatiuē. Dubius sum serio dicas nec mē.
Cic. Demus nec ue, in nostra est potestate.

Non ne, ergo ne, ita ne, cōposita a ne, magis sensum
extorquent quam interrogant.

Neue hoc, neue illud genus est dicēdi pelegans. Cic.
Peto à te, ne id à me, neue in hoc reo, neue in alijs

Nec, nec: disiunctiuā est. Oui, s, nec citra mo-(qua)
ta, nec ultra est.

Nec caput, nec pedes habet. Dicitur de re intricate,
impedita adeò, ut quo te uertas nescias, Cic.

Nec neq[ue]. In Pſeu. Quid ni flēt, cui nec parat nūmus
argenti siet, neq[ue] libellæ ulla ſpes sit uſq[ue] gentium.

Nec non, & signat.

Nec non &, Suetō. Suppliciter nec nō & minaciter
efflagitantes.

Nec non etiam. Suetō. Nec non etiam poēmat a faci
citat extempore.

Nec nibil. In Adel. Nec nibil, nec omnia hac sunt,
qua dicit, tamen.

Nec opinata bona. Ci. Nec opinato. i. inopinato, Liu.

Nec opinanti, non opinanti. In Edecy. Quae nec opi
nanti accedunt.

Ter. in Andr. Id uoluit, nos sic nec opinantes duci
falso gaudio.

Nec secūdo loco positū. In Eun. Quae dū foris sunt,
nibil uidetur mūdius, nec magis cōpositum quicq[ue]

Nec enim. Cic. Nec enim melior uir fuit Africam
quiquam, nec clarior.

OBSERVATIONES.

Nec mirum. Ci. Ab his qui pecudū ritu ad uoluptā
tem omnia referunt longē dissentimus, nec mirū.
Interdū tres negationes nō plus ualent quā duæ, ut:

Nunquam tibi nec fisus sum, nec fidem.

Nec modo, sed etiam. Cic. Nec modo in hoc quod est
animal, sed in ijs etiam que sunt inanimate, con
ſuetudo ualeat.

Nec sicut uulgas, sed ut eruditū solent appellare se
piuentē, Cicero.

Nec uero. Cicero: Nec uero se adduci posse ut hac
crederet.

Nec pro etiam. Quint. Persolui gratia non potest,
nec malo patri.

Nec quicquam aliud, pro tentum. Sucto. Affirma
uit inerme mē se in confectu exercituum proditū
rum, nec quicquam aliud quam fleturum.

Nec dum, non adhuc.

N E M P E.

Nempe, confirmantis est, quod nunc cum interrogati
one, nūc sine ea ponitur. In Rud. Nempe hic tu
us est? D. Meus est. In M. Nempe iubes? M. Iu
beo Hercle uero. In Eun. Nempe omnia hac nūc
uerba huic redeunt.

Nempe de tuo. In Trin. Bene uolo ego illi facere, si
non abnuis. P. Nempe de tuo. L. De meo.

Nēpe in foro. In Asin. Ego eo apud argentariū. L.

Nēpe in foro. In Phor. Eo recta via egde illuc. G.

Nēpe ut modo. In And. Ibi- (Nēpe ad Paphili
dem: Nempe ut currentur recte hac.

Nempe enim. Plin. Nempe enim (inquit) daturi estis
consulari uiro ſeruulos aliquot.

NEqua, ne per aliquem locum.

Nequa.

LATINI SERMONIS

Negquaquam, id est, non.

NEquiter, peruerse. In Rud. Ut nequiter comprimitur. In Casi. Et si quidem Hercle feci, feci quiciter.

NEquādo, ne ullo tempore. Cicero: Ut nequando, viare occiperemus eum, quem aliquādo odissimus.

NEquaquam, id est, nullo modo.

NEutiquam, idem. In And. Neutiquam officium beri esse puto.

NE Q V E.

Neg disiunctua coniunctio. Verg. 8. Quis neq; mor, neq; cultus erit.

Neg natare neq; literas, Adagium de supra modi indoctis.

Neg cum malis, neq; sine malis. Adag.

Neg cœlum neq; terram attingit, de re uebementa absurdâ atq; aliena.

Neg mel neq; apes. In eos dici solitum qui recusam incommodum ferre, quod sit cum commodo quoq; am coniunctum.

Neg enim. Cic. Neg enim isti sunt audiēdi, qui uitutem duram, & quasi ferrea esse quandā uolūp.

Neg id quidem facient, Cic.

Neg dum, id est, nondum. Sed ei rei maturitas, neg dum uenit, & tamen iam appropinquat.

Neg uero. Quint. Neg uero Lacedæmonij, cyc.

Neg quicquam, quam, pro tantum, Sueto.

Neg secius eo, pro nihilominus, Sueto.

NEquicquam, frustra. In Bacchi. Ne id nequicquam dicerit. Persius: Nequicquam fundo suspicat nus enus in imo.

NE V.

OBSERVATIONES.

NEP, à neue deductum, per Apocopen, id est, non. In Andria: Te obtestor, ne abs te hæc segreges, neu deseras.

NI.

Ni subiunctio iungitur. In Andria: Ni metuam patrem. In Phormione: Ni hæc ita essent.

Ni stulta sis: ubi ni pro non capitur secundū Donat.

Nisi, si in principio orationis ponatur, indicatiuum desiderat. Alias etiam subiunctuum. In Heduton.

Nisi me animus fallit.

Terentius in Phormione: Ego plectar pendens, nisi quid me fessellerit.

Yocibus nisi & sine discrimine utimur, quin eas antecedit aliud, aliter, uel cōparatiuus, aut eius uita habens: ut, Nihil aliud quam, aut nisi sapientia es.

Sunt orationes ubi utimur nisi, & non q: ut, Quid est animal, nisi corpus cum anima concretum? Terent.

Tu quantus, quantus, nil nisi sapientia es. Nisi caues.

Nisi uideas. Nulla nisi tu. Nisi multis blanditijs.

Nisi unum hoc faciam. Nisi forte ipse non uis.

Nisi tu ne uis. Nisi uellet.

Nisi nunc. In Ampbit. Te, nisi nunc, hodie nusquam uidi gentium.

Nisi quod. In Persa: Ego tantudem scio, quantum tu, nisi quod prior perlegi.

Non nisi. Cicero: Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Nisi forte. Cicero: Nisi forte ego uobis cessare nunc uideor.

Nisi si. In Trin. Edam, nisi si ille ueter. In Andria:

Nisi si id est, quod sufficor.

(mero.

Ter. in Adel. Nisi si me in illo credidisti esse bovi nu-

DDD NL

LATINI SERMONIS

NIMIS.

- Nimis. In Mil. Nimis doctum dolum.
 Nimis immerito meo. Plautus in Casin. Nimis tu qui-
 dem Hercle nunc immerito meo mibi hoc facis.
 Nimis pulcher. In Amphit. Legiones educunt suas ni-
 mis pulchris armis praeditas.
 Nimis citò. Cic. Ut ne nimis citò diligere incipiamus
 Nimis diu. In Pseud. Nimis diu & longùm loquor.
 Nimis ferociter. In Amphit. Nimis ferociter legatos
 nostros increpant.
 Nimis nihil. In Ruden. Nimis homo nihil est, qui pi-
 ger est.
 Nimis male. In Aulularie: Nimis male timui priusq;
 intrò redij.
 Nimis manè. In Persa: Nimis penè manè est.
 Nimis cupio quam. In Capt. Quod quidem ego nimis
 quam cupio, ut impetreret.
 Nimis uelim. In Aulul. Nimis Hercle ego illum cor-
 rum ad me ueniat uelim.
 Nimis uellem. In Eun. Fundam tibi nunc nimis uellen
 NIMIVM est, In Persa. (dari.
 Nimium istò abiisti, In Adelphis.
 Nimium citò. In Epid. Nimium aduenisti citò.
 Nimia bona rei. In Stich. Babylonica per istromata,
 sellas, & tapetia aduexit nimium bona rei.
 Nimium diu. Plinius: Fuit tempus, ac nimium diu fuit,
 quo alia aduersa, alia secunda principi & nobis.
 Nimium familiariter. In Ruden. Ab nimium familia-
 riter me attractas.
 Nimium libenter. In Aulul. Nimium libenter audiui
 sermonem tuum.
 Nimium obsonauit, In Mercat:

Nimium

OBSERVATIONES.

- Nimium uidere uolo, in Eunucbo.
 Nimium multum scis, in Mercat.
 Nimis parcer. In And. At nimis parcer facere sum-
 Nimium bonus. Nimium indoctus. (ptum.
 Nimium lepidus. Nimium indiligens.
 Nimis opportunitus. Nimium mirabilis, &c.
 Nimis minus. In Ruden. Nimis minus altus putes
 uisus est, quam uolueram.
 Nimis plus. In Bacch. Video nimis iam multo plus,
 quam uolueram.
 Nimis satius. Ibid. Vixisse nimis satius est, quam ui-
 gere magistrum.
 Nimis, certè. In Eunu. Nimis bīc homines frigēt.
 Nimis confilium illud rectum est, Ibid.
 Nimis responsiūe captum. Quintil. Vter melior
 dicitur orator? nimis qui homo quoque melior.

NON.

- Non, negandi est, omnibusq; modis, præter imperati-
 vum, jungitur.
 Indicatio. In Truc. Non æde polibere possum iam,
 ita animo male est.
 Optatio. In Mil. Non ego emam nunc uitam tuam
 utiofa nuce.
 Subiunctio. Vergil. Non illa quisquam me nave per
 altum ire, nec a terra moneat subducere classem.
 Infinitio. In Phorm. Amo te, & non neglexisse habeo
 gratiam.
 Nihil pro non. Terentius: Nihil circuitione usus es.
 Idem: Nihil me fallis.
 Nullus pro no. Idem: Memini, etiam si nullus mordeas.
 Non geminatum. In Phorm. Non, non sic futurum est,
 non potest. Non possum non mirari, id est, oportet.
 DDD 2 Non

LATINI SERMONIS

Non prōnōne, interrogatiū. In Phor. Non si rediſ
ſer pater, ei ueniam daret?
Non per admiratiōnem dictum. In Heaut. Atqui nō
est opus. S. Non eſt opus?
Non autem, rectiō dicunt quām, non uero. Inueni-
tur ramen apud Ciceronem: At iſ quidem iam mor-
tui ſunt, non uero tam iſti, quām tu ipſe nugator.
Non nunquam, id eſt, aliquando. In Eunu. Cibum non
nunquam capiet cum ea, interdū propter dormiē.
Nunquam non, ſemper. Suetonius: Turbatiō cele-
nunquam non coronam laurcam ceruice geſteauit,
quod dū fulmine afflari negetur id frondis.
Non nemo, id eſt, aliquis. Cicero: Qūm eſſet non nemo
in Senatu, qui diceret non oportere. Idem: Ut nonne
mo putaret.
Nemo non, id eſt, omnia. Cicero: Aperte adulantem
nemo non uidet, niſi qui admodum eſt excors.
Non nihil, id eſt, aliquid.
Nihil non, id eſt, omnia. Terentius in Adelph. Non
nihil moleſta hæc ſunt mihi.
Nusquam non. Nullibi non, id eſt, ubiuiſ.
Non ſecūs ac, pro non aliter: nō ſecūs ac ſi, pro eodē.
Non ires, pro non ire debes. Non redderes: ineptē,
reddere non deberes.
Non item, Terent. Cicero in Offic.
Non adeo inhumano ingenio ſum: In Eunu. id eſt, non
ſum tam immitis. Vergil. Non obtuſa adeo geſtu-
mus peccora Poeni.
Non adhuc. Cicero: Quod egiudem non admisi adhuc.
Non admodum. Cicero: Abſurdum eſt animo non ad-
modum delectari.
Non ante. Cicero; Non ante lunam nouam.

Non

OBSERVATIONES.

Non auſt̄, pro non audubo: In Eunucho.
Non clam me eſt, non ignoror: In Hecyra.
Non audio, id eſt, non libenter admitto & conſentio:
In Phormione.
Non dictum eſt, id eſt, perinde atq; non dicta eſſent.
In Poen. Haec cura clanculum ut dicta ſint. M. non
dictum eſt.
Non dubiē, ſine dubio: Plinius.
Non eſt confiſſum, id eſt, non decreui: In Hecyra.
Non ita eſt, Sal. in Catil. non ego, nō igitur, Cicero.
Non ferē. Cicero: Ex bellica uictoria non ferē quām
eſt ciuium inuidia conſequuta.
Non ita longa diſputatione opus eſſe uidetur: Cic.
Non habeo quod te accuſem: Cicero.
Non idem tibi, Omibi: ineptē, non idem tibi, ſicut uel
quod mihi, Salust. Non eadem uobis & illis neceſſi-
tudo impendet.
Non iniuria, merito, non immerito, iure, optimo iu-
re, ſynonyma, In And. Non iniuria. In Adel. Nū
ſuffitio de me incidit, neq; ea immerito.
Non magis. In Pers. Quod ego non magis ſomniab̄.
Non minus. Plin. Non eſt minus ciuile & principem
eſſe pariter & conſulem, quām conſulem tantum.
Non malus. In Eunu. Mancipiū non malum herclē.
Non malē uideo: In Moſtel. (cerem.
Non niſi. In Amph. Niſi te amarem plurimū, nō fa-
Non niſi. In Epid. Non niſi potest pudicitia quif-
quām ſeruare ſuā filiā.
Non multō poſt. In Trucul. Nunc ut praeſiſit nun-
tiū miles mihi, non multō poſt hæc aderit.
Non omnes poſſunt olera unguenta exoticā, ſicut tu-
oles, In Moſtellarie.

DDD 3 Non

LATINI SERMONIS

Non omnia possumus omnes, Vergilius.
 Non uiuam, id est, peream. In Mercat. Non uiuam ut
 speri, ni illam a me sceleram abigam.
 Non parvus. Cicero: Eget non parua exercitatione.
 Non pridens. Non quo, id est, nequo. Cicero: Sime
 lachrymis non quo dicere. Nō sine causa, Cicero.
 Non temere est, Properans uenit, Ter. in Eunucio.
 Non temere, pro uix unquam, siue fere nunq. Sueton.
 Veste non temere alia, quam domestica, usus est.
 Non ultra quam, pro tatum. Suetonius: Cosinum ser-
 um grauisime de se opinantem non ultra quam com-
 pedibus coercuit.
 Nō modo apte, sed etiā acriter, si res postulabit. Cic.
 Non modo presentia, uerum etiam futura bella dele-
 uit. Idem: Militem non modo legionarium, sed ne au-
 xiliarium quidem ullum. Cicero:
 Non modo non inuidiosa, sed etiam popularis. Idem:
 Non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortu-
 nam quidem ipsam. Cicero:
 Non modo non incepligit, sed ne legit quidem.
 Talis improborum consensio non modo excusatione
 amicitiae regenda non est, sed potius omni supplicio
 vindicanda est.
 Non modo, pro non modo non. Cicero: Duas tamen res
 magnas presertim, nō modo agere uno tempore, sed
 ne cogitando quidem explicare quisquam potest.
 Non modo, pro nedum. Plin. Quum res inter rusticos
 geratur literarum expertes, non modo syderum.
 Non domestica solū, sed etiam externa bella, memo-
 ria tenebat, Cicero.
 Non solū, uerū etiam, Cicero de Senect.
 Non solū, secundo loco positum iuxta imparia, ali-
 quan-

OBSERVATIONES.

quādō inter paria. Cicero: Plura ne dicam, tue ma-
 etiam lacrymae impediunt, uestrāq; iudices, non fo-
 lum mea. Idem: Ad quod est adhibenda actio que-
 dam, non solū mentis agitatio.
 Non tantum ualer, ut tollat ē uita amicitiam, Cice.
 Non accipere tantum a maioribus uoluerunt, sed etiā
 posteris prodeesse, Cicero.
 Nondum, non adhuc. In Andria: Nondum scio.
 No: dum etiam. Ibidem: Annondum etiam, ne hoc qui-
 dem? NVM.
 Num interrogat cum negatione, iūgiturq; sepius in-
 dicatiuo, rariū subiunctiuo. In And. Num facti pi-
 get? Num cogitat quid dicat? Num censes faceret?
 Num nam, idem quod nū. Terent. in Heau. Num nam
 hac audiuit? In Eun. Num nam tu hic relictus cu-
 poss? NVNG.
 Nunc, temporis est. In Hecyra: Nunc mihi in mentem
 uenit.
 Nunc, pro serō, tandem. Verg. Nunc scio quid sit amor.
 Nunc cum genitiuo. Cicero: Nunc temporis numero.
 Nunc illud est, id est, nunc tale periculum est, Teren-
 tius in Adelphis.
 Nunc erat. Ouidius: Nunc erat auxilijs illa timende
 patris.
 Nunc iam. In Adelphis: In nunc iam. In Aulul. Redi
 nunc iam intro.
 Nunc nuper. In prologo Eunuchi: Menandri phasma
 nunc nuper dedit.
 Nunc demum. In Adel. Nunc demum uenit? In Pseud.
 Nunc demum mihi animus in tuto est loco.
 Nunc primum. In And. Nunc primum audio, quid il-
 lo sit factum. Ibid. Nunc primum fac isthac ut lauet.
 DDD 4 Nunc

LATINI SERMONIS

Nunc nunc, emphasis habet. In Ruder. Nunc nunc p̄-
riculum est, eiecit alteram. Vergil. 8. Nunc nunc
liceat crudelem abrumpere uitam.

Nunc nunc, sunt etiam distributionis signa. Horat.
Nunc veterum libris, nunc somno dat operam, pre-
interdū. Plin. Nunc cithara, nunc lira personatur.

NVNQV A M.

Nunquam plus est q̄ non. In Hecyra: Ille reuinisce
iam nūquam. In Andria: Nunquam faciam. In Men.

Nunquam factum reperies. Cicero: Petijt nunquā.
Nunquam ante hunc diem. In Epid. Istunc hominem
nunquem audiui ante hunc diem.

Nunquam post hunc diem. In Men. Cuius bæres nun-
quam erit post hunc diem.

Nūquam hodie, id est, nullo tempore huius diei. Verg.
Nūquā omnes hodie moriemur inulti. In Adelph.
Hoc in nunquam monstrabo.

Nunquam hoc uno die efficiatur opus. In Truc.

Nunquam quisquam, nunquam quicquam: In Adelph.
Nudiusterius, nudiusquartus, id est, dies que est an-
te heri, uel pridie: nec ultra licet progredi, quamvis
Plautus nudiusquintus, nudiussextus, & Ciceronu-
diuskerius decimus dixerunt.

NVNquid de uno interrogat. In Mercat. Atq; nun-
quid redeat, incertum hodie.

Nunquid interdum est nomen, non aduerbiū: ut, Nū-
quid uis? nunquid est quod opera mea uobis opus sit?
nunquid me uis? nunquid Romanus? Qui flosculi
sunt ueceribus usitatissimi.

Nunquidnam, comicum est. In Eunicho: Nunquidnam
dic, quod nolis, uides?

NVPER.

Nuper,

OBSERVATIONES.

Nuper, pridem, & iampridem, de paulo longiore tem-
pore dicuntur, quam dudum, & iamdudum: scilicet
sex mensium, medijs anni, aut longioris seu brevioris
pro condizione materie.

Nuper, de non longo tempore. In Heaut. Inueni nuper
quandā fallacias. In Eunicho: Mater mea illic mor-
ta est nuper.

Nuper, de longiori tempore. Cicero: Nam ante discē-
plinam patefactam, que nuper inuenta est.

Nuper admodum. In Heaut. Quanquam h̄c inter nos
notitia nuper admodum est.

Nunc nuper, habes superius, ubi nunc.

NVS QV A M.

Nusquam, in loco. In Eunicho: Ille bonus uir nusquam
apparet.

Nusquam, ad locum. In Milite: Te nusquam mittam.

Nusquam pedem, In Adelph.

Nusquam gentium, abundat gentium. Ibidem: Fratr̄
nusquam inuenio gentium.

Nusquam non, habes sub aduerbio non.

O.

O interiectio iungitur nominatiuo, accusatiuo, & us-
catiuo: significat autem uehementiam affectus.

Ouocandi. Verg. O regina, nouam cui condere Iuppi-
ter urbem, &c. In Eunicho: O faciem pulchram.

O admirantis. Vergil. O fortunati, quorum iam moe-
nia surgunt, Tros ait.

O exclamantis. In Heaut. O Iuppicer. In Adelphis:
O hominem impurum.

O dolentis & lugentis. Terentius: O Myysis, Myysis.

O irridentis. Cicero: O præclaram sapientiam.

O exultantis. In And. O factum bene. Ibid. O te ipsum

DDD 5 que-

LATINI SERMONIS

que credam. Optantis aduentum, aut repente perfici. In Andria: O My sis, salve.

O optantis. Vergilius: Omibi tam longè maneat per ultima uitæ.

O indignantis. O scelsum hominem.

O supprimitur interdum, ubi non est affectus tam ueniens. Terent. in Eunu. Hominem perditum miserum, & illum sacrilegum. Idem: Indignum facimus.

O Eltor, interim, incidenter, præter propositum. Phn. ut obiter caueam istos Homerom a flagis.

O Bnixè, cum conatu, instanter. In And. Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia facturum.

O BVIAM, id est, in occursum: datiuum postulat. Phorm. At ego obuiam conabar tibi. Salust. Sep. obuiam eundo periculis, id est, auertendo pericula.

Venit mibi obuiam, habui illum obuium, idem sunt. Obuiam ire, Salustius. Obuiam se dare.

Obuiam uenire. Obuiam uolare, est citato cursu occurtere, Vergilius 7. Obuiam fieri, Vergilius 10.

Obuius aut obuiam se ferre, Grammatici non patiuntur, Poëtis solim est liberum. Vergilius 1. Cui mater media seculi obuia sylua. Idem 6. Non illi quisquam se impune tulisset Obuius armato.

Obuius si oibi, obuiu me tibi fero, obuius uenio uel ob uiā, obuiu me tibi fortuna obtulit, idem significant.

O CYVS occissimè, celerius celerrimè. In Amphit. Non ocyus quiui. In Sticho: Illa causa nihil ocyus uenit. In Eun. Per lōge est, sed tanto ocyus propere-

O Diœse, cum odio. In Bacch. Obe odiose (mus. facis. In Adelphis: Odiosæ cessat.

OH interiectione, qua utimur, ubi ex intervallo notus eidemus. Ibidem: Oh qui uocare?

Ob,

OBSERVATIONES.

Ob, indignantis. In And. Oh, tibi ego ut credam fur- cifer? Terent. in Adel. Oh, qui egomet produxi.

Ob dolentis & deprehensi. In Casina. Oh, peri, mani- fessò miser teneor.

Ob, exultantis ob rem bene gestam. In Moſt. Oh, pro- bus homo sum.

Ob ob, exultantis. In Moſtel. Oh oh, ocellus es meus.

Ob ob ob, ciulationis vox. In Capt.

OHE, interiectione est, satietatem usq; ad fastidium desi- gnans. In Adel. Ohe scelus. In Phorm. Obe desine.

O L I M.

Olim de tempore dicitur longissimo, & rebus nō du- rentibus: iungiturq; tam futuro, quam præterito.

Olim fuimus Troës. Cicero: Olim mundus igne inten- riturus est.

Olim fabula proprium est. In Eunuchor. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seculum p̄rius.

Olim, pro nuper. In Andria: Alium esse censes nunc me, atq; olim, quum dabam?

Olim, pro ante. In Hecyra: Nunc mibi in mentem uenit ex hac re, quod loquuta es olim, quum illū generum cepimus.

Olim, de presenti. Vergilius: Pesta meos olim si filiu- le dicat amores.

Olim, pro aliquando. Floratius: Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa uelint ut disce- reprime.

Olim iam, pro iam olim, id est, iam longo tempore.

Quintilianus: Olim iam Imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum querit.

Olim absolute, pro iam olim. Idem: Illam facilitatem olim desideramus.

OMNI-

LATINI SERMONIS

OMNIFARIAM, quod ineptè dicitur omnimodè.
 OMNINO, prorsus. Cicero: Omnino est amans sui vir-
 turum. Idem: Egregium virum, omnino sibi nequam
 parem.
 OMNINO NUSQUAM. Cicero: Eos autem omitamus, qui
 omnino nusquam reperiuntur.
 OMNINO modicè. Idem: Epulabatur igitur cum sodali-
 bus omnino modicè.
 OMNINO, in principio sententiae. Cicero: Omnino om-
 nium horum uiciorum atq; incommodorum una cau-
 tio est, atq; una prouisio.
 OMNINO superlativo iunctum. Idem: Aptissima omni-
 no sunt arma senectutis, artes.
 OPIMÈ, abundanter. In Bacch. Omnia ad perniciem
 instructa domus opimè atq; opipare.
 OPEFOSE, id est, laboriose.
 OPPIDATIM, per singula oppida.
 OPPIDO, ualde, multum. In Aul. Totus doleo, atq; op-
 pidò perij. In Epid. Hoc oppido politum est. In He-
 aut. Dic me hinc oppido esse invitam, atque seruari.
 Ibidem: In angustum nunc mea coguntur copia.
 Oppido didici, spectauit, ambulauit, non recte dicitur.
 Oppido prostatim. In Most. Reddidi omne argentum
 oppido. (fit obuiam)
 OPPORTUNE, in tempore. In And. Opportune hic mibi
 OPPORTUNE cadere, id est, bene succedere. Cicero: Sed
 hoc tamen cecidit opportune. (nis)
 OPTATO, quasi cù desiderio. In Andria: Optato adu-
 OPTIME factum, In Andria. Optimè est, In Adelphis.
 Optimè adest, id est, opportunè, In Eunuch.
 Optimè in tempore. In Captiu. Optimè mibi in tem-
 pore aduenit.

Ocioſi,

OBSERVATIONES.

OTIOSE, cum ocio. In Trin. Occulta intus otiose pe-
 cunctabor.

OTIOSE sequi, id est, lente. In Milite.

OTIOSE agere. OTIOSE ambulare.

OTIOSE negotium gerere, id est, negligenter.

OTIOSE dormire, id est, sine cura.

P AP AE.

P APÆ, admirantis interiectio. Habet enim in se af-
 fectum uerbi miror. In Eunubo: Papæ, hac superat
 ipsam Thaidem.

P AR CE ac duriter se habere. Terentius in Adel.
 Primum hac pudicè uitā, parcè ac duriter agebat.

P AR ITER.

P ARITER ac Li. Trucidat foeminas pariter ac uiros:
 Pariter atq; In Amphit. Hoc fit pariter atq; ut alia
 facta sunt.

Pariter ut. Plautus in Aulul. Is ex se hunc reliquit
 filium pariter moratu ut pater, auusq; buius fuit.

Pariter fit, id est, similiter: In Eunubo.

Pariter pro meritis. In Milite: Illius pro meritis ut
 referri pariter posuit gratia.

P ARTIM.

P ARTIM geminatum. Cicero: Ne eos partim scelerum
 suorum, partim etiam ineptiarum peniteret.

Partim, aliquando non geminatur. Cic. Statua in lo-
 cis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacræ,
 per uim, per uniuersam multitudinē deijcerentur.

Partim hominum uenerunt, id est, pars hominum ue-
 nit, hoc est, quidam homines.

Partim eius prede, Cicero.

Partim alijs. Salust. Ille p̄barē partim, alijs abnuere.

P AR VM.

Parum,

LATINI SERMONIS

Parum, paulum, ad modum referuntur.
 Paulisper, et antiisper, ad tempus.
 Parum, id est, modicum. In Adel. Consultis parum.
 Parum est, in Trin.
 Parum est ut. Plinius: Parum est ut in curiam uenias,
 nisi et conuoces, et intersis Senatui.
 Parum, pro non satis. Quod tibi parum est, nihilini
 mum est.
 Parum intelligere, parum perdurare, proceſſit pa-
 rum, parum succeſſit, proſpicio parum, parum ui-
 det, parum perſpicit.
 Parum felix. Plin. Parum felix matrimonii expertus.
 Parum utiliter, Idem.
 Parum cum genitiuo. In Mercat. Parum ne est male
 rei, quod amat hic Demipho, ni sumptuosus insuper
 eriam siet?
 Parum abest, nibil abest, pro nedum, dicendi modi le-
 pidissimi. In politicis Plutarchi: Cōcitato iam bel-
 lo ciuili, ex quo parum absuit, quo minus Romana
 res funditus euersa periret.
 Parumper. i. paruo tempore. In Aulul. Damibi ope-
 rā parumper. In Andria: Parumper operire me hic.
 Parumper, pro citō, uelociter. Ver. 6. Pulsusq; parū-
 per Corde dolor tristi, gaudet cognomine terre.
 Paruulum, à parum. Paruulum differt.
 Paruulum refere, Plinius.
 Pavulum, diminutiuum à parum. In And. Pro pecca-
 to magno paulum supplicij satis est patri.
 Paulo, paululo. Paulo minus. Plin. Paulo minus octo-
 gesimo etatis anno deceſſit.
 Paulo minus, propemodum, uel penē. Sueton. Talem
 principem per quatuordecim annos perpeſſus.

Pauſe

OBERVATIONES.

paulo minus quam. Suetonius: Ciuitatem se admodum
 inter uicia, ac paulo minus quam priuatum egit.
 paulo mox, statim cum paruo inter uallo. Plinius: Et
 paulo mox caleſactum uulneri imponatur.
 paulo post. In Pſeud. Paulo post magis ille homo me-
 us est. Paulo prius, in Menæch.
 Paululum, pauxillum, pauxillulum, paulatim, pau-
 xillatim, diminutiuum à paulum.
 paululum cum genitiuo. In Adelphis: Agelli hic sub
 urbe est paululum. Paululum abſcedere, in Ctin.
 paululum pudor. In Andria: In denegando modo quis
 pudor est paululum.
 paululum operiri aliquem, in Eunucbo.
 paululum ceſſare, ibidem.
 paululum sine ad me redcam, in Andria.
 paulisper, id est, ualde parum temporis. In Adelphis:
 Paulisper manc.

PASSIM.

paſsim, id est, ſparſim. Vergilius: Strata iacent paſ-
 sim ſua queſq; ſub arbore poma.
 paſsim, ubiq;. Lactantius: Creditur ei paſsim, tanquam
 cognite ueritati.
 paſsim, undique. Idem: Eò paſsim conſugerunt ex fini-
 timis locis.
 paſsim, quomodo libet, ſine diſcrimine. Vergilius: Paſ-
 ſimq; in littore ſiccо corpora curamus, id est, prout
 quisq; uult.
 pectinatum, ad ſimilitudinem pectiniſ factū, Plinius.
 peculiarter, ſpecialiter, præcipue. Plinius: Epiphō-
 ris peculiariter imponitur.
 pedentim. i. cautē, à pedibus et tentando. In Phor.
 Dij bene uortant quod agas, pedentim tamen.

Pene,

LATINI SERMONIS

PEnè, quasi. In Adel. Sed hoc mihi dolet, nos peni-
rò scisse.

PEnitus, quasi penè intus. Vergil. Et caussas peni-
tentiae latentes.

Penitus, proorsus, ualde. Vergilius. Penitusq; sonans
Accessis scopulos.

Penitus, longè. Verg. Penitusq; alias aduexerat omnes.
P E R I N D E .

Perinde significat ita, & què multū, sed diuersimodo.

Perinde adeò ut. In Amphit. Fac sis perinde adeò, nō
meuelle intelligis.

Perinde ac. Cicero: Quod ego perinde tuebar, &
usus essem.

Perinde ac si, id est, ita. Perinde in ista re tua facias,
& simae res esset.

Perinde atq;. Liuius: Perinde atq; capta urbe.

Perinde prout. Plinius: Meninerint, perinde cōtra-
ram de moribus suis homines esse facturos, pro
hoc uel illud elegerint.

Perinde ut. Cicero: Nam perinde ut opinio est decu-
iusq; moribus.

Perinde quam sequitur ut plurimū in oratione ne-
gatiua. Suetonius: Nulla tamen re perinde motus,
quam responso. Nullam huius perinde dolet, quam
tui perditio.

Perinde quasi. In Sticho: Absentes uiros perinde ba-
betis quasi presentes.

Perinde absolute pro pariter & què. Plinius: Fungi
Rufi clarissimi, & perinde felicissimi. Cicero: Te
& Dolabellam perinde diligo.

Perinde, ad hunc modum. In Phormione: Sexcentu-
perinde scribito iam mihi dicas.

Nos

OBSERVATIONES.

Non perinde, id est, non multū, seu ualde. Suet. Nihil
acculit, quare aduentus non perinde gratus fuit.

Non perinde ut. Suetonius: Crure sinistro non perin-
de ualebat, ut sæpè etiam inde claudicaret.

P E R .

Per, iunctum nominibus adiectiuis, aduerbijs siue uer-
bis, uebementiam significat.

Per placet, id est, ualde placet.
perbenignus. Ferbenigne.

perquam, idem ualeat quod ualde. Nuntius matris tuæ
defunctæ mihi perquam acerbus fuit.

Cavendum ne ista duo, per & perq; superlatiuis aut
comparatiuis iungantur. Non enim dicitur, per-

quam optimus: sed, quam optimus: nec, peroprimus.

PER peram, præue, peruerse. In Mil. Ita me insimula-
tam perperam fuisse simulauit.

Perperam pronuntiare, id est, malè. Plinius: Quum le-
ctor quædam perperam pronuntiasset.

PER petim, id est, continuo.

PERpetuum & perpetuo. In Epid. Perpetuum ualui-
lit? In Adel. Atq; ego tunc perpetuo perierim.

PER pol, iurandi. In Casm. Perpol sepe peccat.

PER multū, per pulchrè, perplexè, perseueranter,
perspicuè, persæpè, pertinaciter, peruerse, piè, sa-
tis constant.

PLAcidè agere. Placidè uolo unumquodq; agamus.

In Bacchid. Placidè accubare. In Moſtel. Affice
quæſo, ut placidè accubatis?

Placidè aperire fores. Placedè pulsare fores.

Placidè currere. Placidè excedere. Placidè exquire-
re.

P L A N E .

Ego eram deus, qui poteram planius. In Cistel.

EEB

Nost

LATINI SERMONIS

Non potuit paucis pluri plana perloqui.
Planè, certè. In Heau. Sed te miror, qui alia tam planè scias.
Planè, omnino. Ibid. Tu quidem illum planè prodis.
PLENè laudare, Cato. Plenius aequo, Horatius.
PLERUNq; id est, penè seviper.
Luxuriant animi rebus plerunq; secundis, Horatius.
Plerunq; pro aliquando. Quintilianus: Excussa sunt plerunq; uitia uerberibus.
Plerunq; omnes. In Trinum. Ita plerunque omnes iam sunt intermortui.

PLVS.

Plus cum nominatio. Liu. Plus quinquaginta homi-
num ceciderunt. Idem: Plus decem millia capti.
Plus cum genitio: ut, Plus plaustrorum. In Aul. Plus
sepietiae. In Mil. Plus aloës quam mellis habet.
Plus cum accusatio. In Adel. Plus quingentos col-
aphos infregit mihi. In Heaut. Plus decem ancillas se-
cum adduxit. Cato: Ne plus quatuor digitos trans-
uersos embreant.
Plus cum ablativo, aut aduerbio comparandi. In Cur.
Plus iam anno scio. In Hecyra: Dies triginta, aut
plus eo, in nauis sui. In Men. Plus triginta annis na-
tus.
Plus aequo. Cicero: Si quis plus aequo appetet.
Plus iusto. Plus nimio. Plus solito. Horat.
Plus magis aut satis sapientis, doctus, sanctus, bonus.
Plus minus. Erasmus: Dies plus minus triginta.
Plus minus' ue. In Phorm. Ne quid plus minus' ue fa-
xit, quod nos postea plegeat.
Plus paulo. Terentius: Is mibi ubi adhibebit plus paulo,
quæ sua narrat facinora?

Plus

OBSERVATIONES.

Plus, plusq;. Cicero: Quem me hercle plus, plusq; indi-
es diligam.
Plus q; unica dictione, uel duabus. In Truc. Scio ego
plus q; me arbitroris scire. Plus q; ciuiliter. Ouid. 12.
Plus q; par est bibere, edere, literis uacare, &c.
Plus sine qua non. In And. Plus uides. In Ruden. Vna li-
ter a plus sum medicus.
Plus satis es urbanus. In Euru. Calesces plus satis.
Plus cum verbis iunctum. In Mercat. Nullum adole-
scērem plus amo. In Hecyra: Ut cum matre una plus
eget, id est, maiorem partem.
Plus scis quid factō opus est, melius. Terent in Adel-
phis.
PLVrimū sibi confidere. Plurimū saluere.
Plurimū amare. Plurimū esse in sacra concione,
domi, in foro, in librīs, in coniuījs, &c. In Phorm.
Domum ire pergam, ubi plurimū est.

P O R R O.

Porro, certè. Cicero: Nihil porrò tam inhumanum,
tam immane, tam ferum, &c.
Porro, aduerbiū ordinis. In Andria: Mouete ocyus,
ut quid agam porrò intelligas.
Porro, à longe. Liuius: Si ire porrò pēgas, per aliū
saltum arctiorem impeditiōremq; euadendum.
Porro, expletuè captum. Terentius: Dehinc ut qui-
escant, porrò moneo.
Porro, postea, deinde, in futurum. In Hecyra: Quid
restat, nisi porrò ut siam miser?
Porro, pro autem, coniunctio est, poniturq; in princi-
pio sermonis noui, aut maioris. Quintilian. Porro
qui confessum defendit, non absolutionem sceleris pe-
tit, sed licentiam.

EEE 2 Post

LATINI SERMONIS
POST.

Pòst, suo casui non seruiens, aduerbiū eſt. In Persa.
At pòſt ſcieſ. Terent. in Adel. Venit pòſt iuſtā, eida-
te bibere: & quantum imperauit, date.
Pòſt demum. In Afri. Pòſt demum bucras adducen-
ad lenam. Paucis pòſt diebus. Vergil. Longo pònd.
tempore uenit.
Multiò pòſt. In Mercat. Eſtimia adeo pòſt haud mul-
tò ad me uenit.

POSTE A.

Postea, pòſt id tempus. In Epid. Ut primum tam uidi,
nunquam uidi postea.
Hinc poſte aquam. Inter quod Cicero ponit uero. Po-
ſte uero quam ita coepi.
Posterius, comparatiuum eſt. In Amphit. Ne posteri-
rius in me culpm transferas.
Posterius, pro minus. In Afri. Posterius iſtuc dicit,
quam credo tibi.
Postremū & posteremō, maniſta ſunt. Terentius in
Andria. In Iugurth.

Poſt hac, poſt hoc tempus. In Hecyra.

Poſtquam. In Heaut. Sed poſtquam abſxi, ilicò co-
gnoui. Quam ego biennio poſtquam hinc in Ephesum
abij, inde confiſcio libens. In Bacch. Anno poſtquam
primum Consul fuerat, ego natus sum.

Biennium iam factum eſt, poſtquam abij domo, in
Mercat.

Hic annus sextus eſt, poſtquam rei huic operam da-
mus. In Menach.

Tum poſtquam ad te uenit, mensis hic agitur iam ſe-
ptimus. In Hecyra. Poſtquam pro quoniam. In pro-

OBSERVATIONES.
logo Adel. Poſtquam poëta ſenſit ſcripturam ſuam
ab iniquis obſeruari.

POSTRIDIE.

Poſtridie, poſtero die ſignificat. In Sticho: Qui po-
teſt mulieres uitare, uitet, ut quotidie pridie caue-
at ne faciat, quod ſe pigeat poſtridie. Refertur tam
ad tempus futurum, quam ad praeteritum.

Poſtridie cum genitivo. Cæſ. Poſtridie eius dici, &c.
Poſtridie cum accusativo. Liuius: Poſtridie idus re-
bus diuinis ſuperſederi iuſſum. Poſtridie quam.
Poſtridie quam ueni.

Poſtridie quam tu uxorē duxeras, ego certior factus
POTIVS. (Sum.

Potius, potiſimi, uel potiſimè. In Amphit. Ab eo po-
tius. In Andria: Quem uocabo ad coenam meorum
equalium potiſimum nunc. In Pſeud. Hunc dicim
ſumpſimus potiſimè.

Principanter, præclarè, ex ſe conſtant. Præclarè
meum actum eſt, Cicero.

Præfiniō. In Hecyra: Illic haud licebat niſi præfini-
to loqui. Intelligendum tempore.

PRÆSTO.

præſto, id eſt, præſens, iungitur q̄ ſoli uerbo ſum, ei q̄
ſimplici. Præſto eſt. In Pbor. Præſto adefit. In Eun.
Sponde, nox a præſto eſt.

præſto domi. In Epid. Tibi quidem quod amas, domi
præſto eſt.

præſto eſſe alicui, præſidio eſſe, fauere, iuuare. Cice-
ro: Multis præſto fuit.

præſto eſſe, pro aduenire. Hirundines & ſtate præſto
ſunt, id eſt, adueniunt, hyeme recedunt.

PRÆTEREA.

EEE 3 Præ-

LATINI SERMONIS

Praeterea, id est, præter hæc: ponitur eleganter post singularem aliquam personam uel rem. Cicero: A me uero ita diligitur, ut tibi uni concedam, præter ea nemini.

Praeterea res includit modo singulare, modo plura-
le. Vergi: Si duo præterea tales Ideo tulisti Tern
uiros, id est, præter eum Aeneam. Cicero: Præter
ea quidam de consularibus, id est, præter eos.

Pridem, iam pridem, de paulo longiori tempore dicun-
tur, sicut nuper, quam dudum, & iam dudum. Quod
pridem tibi scripsi, id ipsum nunc repeto. Iam pridem
tua fides mibi cognita est.

Vnde pridem gaudet uerbis præteritis, iam pridem
præsentibus. Præterea, pridem dicitur de rebus non
durantibus.

Pridem fuit in ædibus meis.

Non pridem. Plinius: Medica non pridem uenit in Ita-
liam, id est, non multo tempore antea.

Non ita pridem. Cicero: Nostra autem ciuitate non
ita pridem dominatur regio liberata.

P RIDIE.

Pridie, priori seu præcedenti die. Cato: Si quem pur-
gare vales, pridie ne coenet.

Pridie cum genitiuo. Cicero: Illam sententiam Bibuli
de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus.

Pridie cum accusatiuo. Cic. Pridie nonas Iunias, quæ
essimus Brundusij. Idem: Pridie Cöpitalia memento.

Pridie quædam. Liuius: Pridie quædam legati ad Tarqui-
nios proficiscerentur. Suetonius: Pridie quædam oc-
cideretur. Cicero: Pridie quædam excessit è uita.

P R I V S, P R I M U M.

Ad tempus referuntur, prius, primum, aduerbia. In
prolo-

OBSERVATIONES.

772
prologo Heaut. Id primum dicam. In Epid. Ut pri-
mum illam uidi. In Amph. Prius tua opinione hic
adero. Prius ouem lupus ducat uxorem, de ijs inter
quos est insanabile dissidium.

Primum omnium. In Mostel. Omnim primum soda-
lem me esse scis gnato tuo.

Primò. In Phormione: Coepi aduersari primò.

P R A E T E R Q U A M.

Præterquam habet semper præcedentis uerbi casum,
utimurq; eo, ubi ponetur præter.

Nemo id dixit præterquam Cicero. Nullius id inter-
esse, præterquam patris. Nulli id placuit, præter-
quam Cesari. Neminem præterquam prætorem ti-
meo. & nemine præterquam à Socrate didici.

Præterquam, pro aliter quædam. Liuius: Coalesceret nul-
la præterquam legibus poterat.

Præterquam quod. In Heaut. Præterquam tui ca-
rendum quod erat. Plinius: Omnia nobis ex uoto suc-
cesserunt, præterquam quod in itinere defunctam
matrem audiimus.

P R I N C I P I O.

Principiò, id est, primum. In Eunuch. Principiò eam
esse dico liberam.

Principiò, à principio. Cicero: Principiò generi ani-
mantium omni est à natura tributum.

Principiò atque. In Mercat. Principiò atq; animus
ephœbis atate exiit.

Poët principiò. In Persa: Poët principio deniq; si ma-
lus aut nequam est, male res uertunt quas agit.

PRISCE, prisorum more: ut, Prisce agere, Cicero.

PRiuatim & publicè opponuntur. Priuatim diues,
publicè egens.

EEB 4 P R I

LATINI SERMONIS

PRIUSquam, subcontinuatio coniunctio.

Priusquam cum indicatio. In Hecyra: **Priusquam** hanc uxorem duxi. In Andria: **Priusquam** pereo. In Sticho: **Priusquam** abis.

Priusquam cum coniunctio. Salust. **Priusq** incipit consulto: & ubi consulueris, mature facta opus est.

P.R.O.

Prō, interiectio indignatis, modo nominatio, modo accusatio iungitur. In Adel. **Prō Iuppiter** hominis stultitiam. In And. **Prō** deum atq; hominum fidem. **Prō**, aliquando admirantis. In Adelphis: **Prō** dī in mortales, facinus indignum quod narras.

P.R.Obe, cum idem quod bene significat, elegantiam habet. In Andria: Curasti probe. Plautus: Exostum esse oportet, quem tu probe percusseris.

P.R.O CVL.

Quis illic est, quem procul video. In Adelphis.

Procul à. Ovidius: Sint procul à nobis iuuenes, ut famina, compiti.

Procul longe à. In Circ. Hac noctu in somnis uisum uiderier procul sedere longe à me Aesculapii.

Procul dubio, id est, certe. Suetonius: Reliquit filii omnibus gentis suæ procul dubio præferendum.

PROfecto, confirmantis est, & significat nimis utimurq; plerumq; ad responsum. In Merc. Prof. etò ego illum hircum castrari uolo. In Andria: **Profecto** sic est.

PROIN, **PROINDE**.

Proin & **proinde**, id est, ideo, uel ideoq; propter eæ, propter hoc. In Eunuch: **Proin** tu, dum est tempus, etiā atq; etiam cogita. In Andria: **Proin** face, apud te ut sies. In Andria: **Proinde** hinc uos amolimini.

Audio

OBSERVATIONES.

Audio te delectari studijs, proinde mihi charus es. Sed non rectè dicitur: Proinde mihi charus es quod literas amas.

proinde aliquando ponitur pro aduerbio similitudinis. Terentius in Phormione: Proinde expiscare, quasi non noſſes.

PROlixè, lôgè lateq;. In Adel. **Age prolixè** Mitio. **prolixè** aliquem accipere, id est, largè. In Eunicho: Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius.

prolixè promittere, polliceri. Cicero: Neg. minus ei prolixè de tua uoluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. **prolixè** & **cumulate**. Plinius: Quod quidem **prolixè** tibi cumulateq; contingit.

P.R.O P.E.

propè sine casu, est aduerbiū. In Casī. Nemo audet propè accedere.

prope est quando. In Men. **Propè** est quando herus quod faciam, pretium exoluet mihi.

propè adest quum. Terentius in Andria: **Propè** adest, quum alieno more uiuendum est mihi.

propè aduentat. In Truc. Iam decimus mensis aduentat propè.

propè, quasi ferè. In Bacch. **Propè** scio quid sit.

propius, comparatiuum aduerbiū. In Adelphis: **Propius** obsecro accedamus.

propius cū accusatio. Liuus: **Castru** popius hostem mouit.

propius nihil est factum, quam ut occideretur.

proximè quum. Plinius: **Proximè** quū in patria mea fuī, uenit ad me, &c.

EEE 5 **Pro-**

LATINI SERMONIS

Proximè atq; Cicero. Non possum ego non aut prot.
 mè atq; ille, aut etiè aque laborare.
 Proximè cum accusatiuo. Cicero: Operā det, ut quā
 proximè Italianam sit.
 PR Opēdium, breui. In Heaut. Illum tibi saluum aff.
 turum esse hīc confido propediem.
 Facte propediem ad nos recipias.
 PR Opēmodū, id est propē. In Andria: Propemodum
 iam habeo tibi fidem.
 PR Opere, celeriter. In Hecy. Properē curre ad Pē
 philum. Subitō, properē. In Amphit. Ut subitō, ut
 properē, ut tonuit ualidē? (riter)
 Properē celeriter. In Ruden. Eloquere properē cele.
 PR OPTER.
 Propter, quum omittit casum, aduerbium fit, & signifi-
 cat propē. In Eun. Interdum propter dormiet.
 In Adelph. Propter aſſistere. Cicero: Propter eſt
 spelunca quædam.
 PR Optera aduerbium, ob eam cauſam. In Hecyr:
 Amara mulieres ſunt, non facile hæc ferunt, pro-
 pterea hæc irata eſt.
 Propterea quod. In Sud. Feci ē ſeruo ut eſſes liber-
 tus mibi, propterea quod ſerviebas liberaliter.
 PR Orſus, uel prorsum, omnino. In Eunu. Ita prorsus
 sum oblitus mei. (sequor.
 Prorsus omnino. In Adel. Prorsus omnia omnino ob-
 rur ſum prorsum. In Hecy. Trepidari ſentio, curſa-
 ri rur ſum prorsum.
 Prorsum, rectē, certē, uerē. In Adelph. Eo pacto pror-
 sum illuc alligāris filium.
 PR Oſſerē, feliciter. Plin. Ut omnia qua facis, quaq;
 facies, proſſerē cedant tibi.

PR O-

OBSERVATIONES.

PROpecte, conſulte, prudenter.
 PROteruē, id eſt, immoderatē, & ſuperbē.
 PROtenus, longē a finibus. Vergilius: En ipſe capel-
 las Protenus a ger ago.
 PROtinus, ſtati. In Captiuis: Poſtquam id actum
 eſt, eo protinus ad fratrem.
 protinus, deinceps. Vergilius: Protinus aērij mellis
 coeleſtia dona Exequar.
 protinus, omnino. Cum protinus utraque tellus Vna
 foret.
 PROut, ſicut. Plin. Prudenter autē conſtituis interine
 nauibus, interim uehiculis uti, prout loca ſuferint.
 PVblicē, palam. In Adelphis: Haud citō mali quid
 ortum ex hoc ſit publicē.
 publicē cuſtos. In Eunucho: Ibi publicē cuſtos eſt nūc,
 id eſt, factus portarius.
 publicē dati ei ſumptus. Plinius: Coniugi eius & li-
 beris ob paupertatem ſumptus publicē dati.
 PVlchrē, decore: ut, Pulchrē ſcribis.
 pulchrē, id eſt, ſapienter. In Eunucho: Dixti pulchrē.
 In Phormione: Pulchrē ſuades.
 pulchrē, ualde, nimis. In Amphit. Et quum grauidam,
 & quum te pulchrē plena aſſicio, gaudeo. In Rud.
 If hec reſt tibi ex ſententia pulchrē euenit.
 pulchrē locare operam, in Amphit.
 QV A.
 QVā, per quem locum. Verg. Dic mihi quā ſit iter.
 Qua, pro tum uel partim. In Trin. Rapere properā
 qua ſacrum, qua publicum.
 Qua itineris, qua de Bruto, modus eſt dicendi. pro
 quo inepte dicunt, ea parte qua itineris, uel de Brus-
 to mentio fit. Vide Cardinalēs.

QV A M₂

LATINI SERMONIS

QVAM.

Quād adsciscit sibi tā. Tā te diligo, quām meipsum.
 Quām eleganter cōnectit duos comparatiuos. Quint.
 Sitq; selubrior studijs, quām dulcior: Tāq; p̄tter
 ea quibus ac, atq; Vide Hadrianum.
 Quām pro quantum, positiuo iungitur. Cicero: Quām
 morosi sunt, qui amant?
 Quām cū uerbis possum, timeo, uolo. In Heaut. Quām
 potero, adiuuabo senent. Ibidem: Quām uellem mu-
 nedem in uitatum. In Andria: Quām timeo quo-
 sum euadis.
 Quām pro quantum, quibusdam uerbis interiectis, n̄
 possum, ualeo. Cic. tum positiuis, tū superlatiuis ad-
 ditur. Cic. Quām quidem possum, breuiter perstrin-
 gam. Salust. Quām maximas potest, copias armat.
 Quām elegantia sua non caret, usurpatum quemad-
 modum sequitur.
 Post nouem annos, quām buc ueni. Ante nouem annos
 quām Romanā eſſem ingressus.
 Post diem quartum, quām est in Britanniā uentum.
 Arte unum quām hēc inciperentur, acta est.
 Quām pro quanto, comparatiuo datur, sed raro. In
 Trinum. Quām magis ſpecto, minūs placet hēc ho-
 minis facies.
 Quām eleganter comparatiuū sequitur. Charior mi-
 bi es, quam quem offendam.
 Quām, tam, ſuperlatiuo aliquando, et uenustē. Cato:
 Quām citifīmē conficies, tam maximē expediet: id
 est, quō citius, eo magis. In Mercat. Quām maxi-
 mē refiſto, tam res in periculo uertitur.
 Quām plurimus, pro quanto magis. Cato: Quām plu-
 rimam br̄ſicam euerit, tam citifīmū ſanus fiet.

Quām

OBSERVATIONES.

Quām pro ualde, elegantissimē ſuperlatiuo datur, &
 aliquando positiuo. In Andria: Quibus id maximē
 uile est, illum eſſe quām deterrimū. Plinius: Quām
 multum interefit, quod à quoquam fitat.
 Quām captum admiranter, uel ironice, iungitur etiā
 positiuo: Quām pulchrit̄e curasti, quod commisſerū?
 Quām facetē, quām uenustē, quām citō.
 Quām pridem, quādudum uenit ille? Ineptē, quādū
 eſſt quōd uenit? In Sticho: Quām pridem non edisti?
 Ibidem: Quādudum buc uenit?
 Quālibet, pro quantumlibet. Plinius: Impudica mu-
 lier quālibet facinus audet.
 Quām mox. In Sticho. Quām mox cocta eſſt cena? In
 Afina. Quām mox mibi operam das?
 Quām ocyſimē, uel ocyūs: ineptē, quanto ocyūs.
 Quām mox, quām non interrogat, ſignificat quām cē-
 tō, uel ſtatim. In Bacch. Quām mox dico, dabo. Li-
 uine: Intenti, quām mox ſignum daretur.
 Quām obrem gaudet ſibi pr̄poni aliiquid tale. In Eu-
 nich. Multē ſunt cauſſe, quām obrem cupio: uulgo,
 ob quas. In Adelphis: Niſi reperio, quām obrem lau-
 det tantoperē Hegio officium meum.
 Quām penē. In Heauton. Quām penē tua me perdit
 proteruitas.
 Quām primū, ualde citō. In Adelphis: Hominem
 iſtū ſimpurissimum quām primū abſolutore. Ci-
 cero: Cura igitur, ut quām primū uenias.
 Quām pro poſtū. Quintus Curtius: Tyrus ſeptima
 menſe, quām oppugnari cepta erat, capta eſſt.
 Quām ſe p̄numerō ſubauditur. Cicero: Tecum plus
 anno uixit. Terentius: Plus millies audiui.
 Quām Andiu, quanto tempore.

Quām dīs

LATINI SERMONIS

Quamdiu, interrogatiuē. In Capt. Quamdiu id factū
est?

QV ANdo, quo tempore. In Heaut. Quādo istuc erit?
Quando, infinitē. In Amphit. Ita ueris pellem se facit,
quando lubet. In Bacch. Veniat quando uoleret.

Quando pro siquidem uel quoniam, coniunctio cas-
salis est. In And. Duc me ad eam, quando bucum
ut uideam.

Quando gentium, pro quando, in Amph.

QV ANdoq, aliquo tempore. Quandoq bonus dormi-
tat Homerus.

QV ANdoquidem, siquidem, uel quoniam. In Andrie
Deos queſo, ut sit ſuperſteſt, quandoquidem ipſeſt
ingenio bono.

QV ANquā: & quemuis habes, ubi etſi.

QV ANtum, tantum, quantitatib, iunguntur & poſ-
tūto. In And. Quantum imperauī, date. In Amph.
Nescio quantum tu familiaris ſis, id est, quam.

Quantum intelligo, uel intellexi.

Quantum ego intelligere poſſum. Quantum ad por-
ticum.

Quantum ſufficor. Quantum eſt adhibere hominem
amicum, ubi quid gerarē?

Quantum poſteſt. Quantum potero.

Quantum queam. Quantum maximum potuit, Pli.

Quantum ex ipſa re coniecturam facio. In Heaut.

Quantum hunc audiui facere uerborum, In Mili.

QV Anto, tanto, comparatiuo gaudent, In Heaut.

Quanto diutiū abeſt, magis cupio tanto, & magis
desidero.

Quanto abſeſt tanto. In Eunicho: Quanto nunc forma-
tior uidēremiſt, quam dudum?

QV AM.

OBSERVATIONES.

QV AMVIS..

Quemuis pro quantumlibet. In Bacch. Ab eo licebit;
quemuis ſubito, ſumere. Fide etſi.

QV A P R O P T E R.

Quapropter, aduerbiū interrogādi, propter quod,
In And.

Quapropter ſine interrogatione. In Pſeud. Animū
aduerte nunc iam, quapropter expertē amoris gna-
ti te habuerim.

Venimur etiam ſic eleganter. In Bacch. Sed quid eſt,
quapropter nobis malum minitemini?

Quaque, quaunque parte. In Epid. Quaqua tangit,
omne amburit.

Quaqua uerſus, uel um, per quemcunq locum. Cofari:
Legatos quaqua uerſum dimittere.

QV Are, interrogandi eſt.

Quare, infinitē ponitur uenustē, quemadmodum ſub-
ſicitur. C. Pompeius: Miror quid cauſe fuerit que-
re confiſſum mutāris.

QV Aſi, ſimiſi uclinis, protanquam, uelut. In Pſeud.
Ex transuero cedit, quiaſi cancer ſolet. In Adelph.
Ita uita eſt hominum, quiaſi cū ludas tefſeris.

Quaſi tu dicas. In Pſeud. Quaſi tu dicas, me te uelle
argentō circunducere.

Quaſi uerò. In Amph. Quid admirati eſtis? quaſi ue-
ro nouum nunc proſeratur.

Quaſi uti. In Mercat. Qui olim à puero paruulo mihi
pedagogus fuerat, quaſi uti mibi fueret cuiſos.

Quaſi, penē, uel ferē. Sueton. Hora quaſi septima.

Quatenus, in quantum. Eatenus, in tantum. Liuius: Ut
quatenus tuō poſſent, Italianam ſpectatum irent.

Quatenus, pro quoniam. Plin. Et quatenus negatur
nobis

LATINI SERMONIS

vobis dum uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixisse
se testemur.
Quartum, quartò, aduerbia sunt: ut, Quartum con-
sul. Quartò consul.

Q V E.

Que coniunctio, modò copulativa: ut, Arma uirum
cano. Modò expletiva, quando ornat us tātū can-
sa ponitur. Verg. Deiphobūq; Helenūq;. Modò can-
sativa, pro quoniam. Cicero: Non solum nobis na-
sumus, ortusq; nostri partem patriæ uendicat, par-
tem amici.

Que p̄ etiam. Apu. Idq; ei serio colloquēte non credo-
rem Q V E M A D M O D U M.

Quemadmodum, similitudinis est. Cicero: Ut quemad-
modum in se quisq;, sic in amicum sit animatus.

Quemadmodum aliquando interrogatiūe ponitur.

Q VI.

Qui, pro quomodo. Cic. Qui fieri poterat? Qui uoca-
re? In Adel. Qui uales? Horat. Qui fit Mecenat.
Qui potuit dissimilare?

Qui, pro quamobrem, quare. Cicero: Qui etiam bea-
tor Epicurus, quod in patria uiuebat, quam Me-
trodorus, quod Athenis?

Qui, utinam. In Phorm. Qui illum dīj omnes perdant.

Qui, pro ut. In prol. And. In prologis scribundis opti-
ram abutitur, non qui argumentum narret, &c.

Qui cum, pro cum quo. Teren. Qui cū loquitur filius?

Qui dum. In Eunuch. Qui dum? G. Quia tristus es.

Q VI A.

Quia, caussalis est, & indicatiuo iungitur tantum
secundūm Vallam, in quo differt à quod. In Heaut.
An eō sit, quia in re nostra, &c.

Quia

OBSERVATIONES.

Quia geminatum. Quintilianus: Non quia prodeſſe
nunquam ſcitis, ſed quia hoc proſpicere debet, ne qđ
peius quam feceris, faciat.

Quia pro quod, cum ſubiunctiuo. Cice. Beatè uixiſſe
uideor, quia cū Scipione uixerim.

Quippe quia. In Heaut. Quippe quia magnarum ſepe
id remedium egritudinum eſt.

Quippe enim. In Trucul. Quia enim plus dedi. In Am-
phit. Quia enim ſerò aduenimus.

Quia nam interrogatiūe, pro quare. Vergil. Heu
quia nam tanti cinterunt aetheranymbi.

Quia ne, id eſt, certè. Vergilius: Quia ne auxilio in-
uat ante leuatos.

QVIDEM.

Quidem, id eſt, certè, capitur primò pro coniunctione
diſtinguere res. Ego quidem rhetorica magis de-
lector, tu uero logica, hic autem grammatica.

Secundò, pro exceptione eius quod affirmas. Quintil.
 Ab ſe illum amisi, id est, à ſe abegit. In Phorm. Tum aut̄ Antiphonem uideo ab ſe emittere inuitū eam.
 Ab omni parte Suet. Ab omni parte auxerunt Grammaticā. Ab ſeculo ad ſeculum, id est, perpetuum, in Mil. Quintilian. Mille annorum perpetuo uiuunt ab ſeculo ad ſeculum.
 Ab trapezita, uel ab amico ſoluere, est per manus trapezitæ ſoluere. In Curc. Ego quidem pro iſthac rem ſolu ab trapezita meo. Cicero: Frater laborat ut quod debet, ab Agnatio ſoluant.
 Ab oratoribus ſolitudo in foro, hoc eſt, forum erat uacuum, quantum ad oratores attinet, Cic. de Orat.
 Ab exercitu paratus, id eſt, paratum habet exercitum. Celsius: Ego quidem p̄cipuum metum, quod ad te pertinet, habui, qui ſcirem quam paratus ab exercitu eſſes.
 Ab equitatu firmiſſimus, quantum ad equites, optimè inſtructus eſt. Cicero: Eoq; magis, quod ab equitatu Antonius firmiſſimus eſſe dicebatur.
 Ab uno, pro a quodam. Sueton. Raptæ ab uno turba, proſiluit ad flumen.
 Ab aure. Ouid. 2. Dextra libratum fulmen ab aure Misit in aurigam. Sic, ab oculo, ab ore.

Ab

O E S E R V A T I O N E S .

Ab ore ſolis, id eſt, post, Ouidius.
 Ab omni parte. Hors. Nihil eſt ab omni parte beati.
 Ab hinc triennium, biennium, biduum, triduum, die ab hinc octauo, id eſt, antebac. In Hecy. Ab hinc menses decem ferē.
 Ab his, id eſt, post bac. Ouid. Surgit ab his folio.
 Ab ore alicuius quicquam diſcere, audire.
 Ab ore pendere, eſt, studioſe auscultare. Ouidius:
 Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.
 Abusque Vergilius 7. Dardaniam ſicuло proſperavit
 abusque Pachinno.

A B S.

Abs, praeponitur dictiōnibus incipientibus ab t, & q. In Adel. Abs quo quis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Hoc abs te peto.
 Abs te hoc eſt ortum. In And. Vel hoc quis non credit, qui norit te abs te eſſe ortum?
 Abs te abiit. In Phorm. Ut abiit abs te, fit fortè obuiam mihi Phormio.
 Abs te domo afferto. In Aulul. Si quid uti uoles, domo abs te afferto, ne operam perdaſ poscere.
 Abs te mutuum nobis da, id eſt, de tuo, in Sticho.
 Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior, in Eun.
 Abs te inde. Plaut. in Pseud. Minæ uiginti ſanc ad ſalutem ſunt tibi bodie, quas abs te inde eſt instipulat^o.
 Abs te stat, tibi refragatur. In Ruden. Nunc abs te stat uerum hinc tibi testimonium.

A B S Q V E.

Abſq; me. In Pers. Nam berclē ſi abſq; me forores, &c.
 Abſq; te. In Men. Nam ſi abſque te fuiffem hodie, nūquā ad ſolis occafum uiuerem.
 Abſq; elegāter ponitur loco præter. In Hecy. Quām

H H H 2 forth-

LATINI SERMONIS

fortunatus cacteris sum rebus, absq; una hac forte.
Absq; fore te, id est, nisi per te staret. In Trin. Ne
absq; fore te, sat scio in alto distraxissent.
Si absq; te forer. Idem: Excedificauisset me ex his edi-
bus, si absq; te forer.
Absq; te effet. In Bacch. Nam absq; te effet, ego illum
haberem rectum ad ingenium bonum.
Absq; eo effet. In Phorm. Is nunc retinet me. Nam absq;
eo effet, recte ego mibi uidissim.

AD.

Ad, cum accusatio personam & locum significat. In
And. Ad reibam.
Ad ditem datur ea in seruitutem, in Phorm.
Ad merefice, ibid. Ad Mutinā profectus est, Cicero.
Ad, iuxta Q. Curtius: Erat ad ripam fluminis ingēs
arbor.
Ad Diane, subaudi adem uel templum, in Adelphis.
Ad focum sedere. Ad colū anus recitant fabulas.
Ad librum sedere. Ad domum profecti, Cicero.
Ad me, id est, ad vitas ades. In Eun. Eamus ad me.
Ad me domum. In Merc. Interē & tamen buc intro ad
me uisem domum. Ad me Vibonem uenias, Cic.
Ad me fuit. Idē Quī ad me bene mane Dionysius fuit.
Ad breuiſſimum tempus, Plin.
Ad id tempus, id est, usq; Sueton.
Ad nuptias uenimus coctum, in Aul.
Argentum dabitur ei ad nuptias, in Heaut.
Opus est sumptu ad nuptias, in Phorm.
Ad etatem agendam, in Trin.
Ius uiri suum ad mulieres hanc obtinere queunt.
Plautus in Casin.
Ad, comparationem aliquando significat.

Ad

OBSERVATIONES.

Ad sapientiam huins nimius nugator fuit, Plaut. in
sed nibil ad nostram hanc, in Eunuchs. (Capt.
Nil ad Persium hoc dictum.
Ad istam capitum albitudinem alteri quero, Plau-
tus in Trin.
Ad illam faciem, ita ut ille est, ut emerem sibi, man-
dauit mibi, in Merc.
Ad istam faciem est morbus, qui me macerat, Plaut.
in Casin.
Ad portum audiui, in Capt.
Nibi quoq; etiā est ad portum negotiū, Plau. in Mer.
Quae illi ad legionem facta sunt, memorat, id est, in
exercitu, in Ampbit.
Ad uillam partim studijs, partim desidia fruor, Plin.
Ea quae nunc est ad uxorem tuam, id est, quae tux uxo-
ri inferuit, in Heaut.
Ad patrem, in libertate est in patria, apud patrem,
Plaut in Capt.
Ad cyathos flare dicuntur pincernæ, qui regibus
quod bibant, porrigitur, Suetonius.
Fidus ad limina custos, id est, ianitor, Verg. 9.
Ad limina seruus, Apuleius.
Ad manum seruus, qui alteri seruit scribendo.
Cic. Liciniū seruum sibi Gracchus habuit ad manū.
Ad pedes, celer. Martial. Lagenam ad pedes replet.
Ad manum, in promptu. Vitruvius: Alia enim ad ma-
num species esse uidetur, alia in excelsō. Cicero. Ad
manus nuncios non habebam.
Ad manus uenire, est ad dimicandum uel ad arma
uenire. Cicero: Nonnunquam etiā ea res ad manum
atq; ad pugnam ueniebat.
Ad numerum salire aut ducere choros. Ouid. 14.

H H H

5 Ad

LATINI SERMONIS

Ad summum. Cicero: Biduo, ad summum triduo.
 Ad pedes & genua prouolui, procumbere, iacere, ele-
 ganter dicuntur.
 Ad pedes desilire, est equo descendere. Cæsar: Con-
 suetudine sua ad pedes desilierunt.
 Ad fratrem modò captiuos inviso meos, in Capt.
 Ad sororem tibi iam esse intelligo, in Heaut.
 Decem fiscos ad Senatorem quendam relatos, Cia.
 Ad Senatum deprehensus cum ferro, idem.
 Ad urbem esse. Cic. Ad urbē quum esset, audiuit, &c.
 Ad pretorem ilico orabo, ut, &c. in Merc.
 Ad inferos etiam parricidij luent, Cicero.
 Ad meridiem, id est, usq. In Moſt. Hic manebo potius
 ad meridiem. Ad meridiem uersus, Liu.
 Ad septentrionem. Ad hanc manū. Ad lacuam, Liu.
 Ad sinistram. Ad dextram, in Heaut.
 Ad lacuam manum, in Menæch.
 Ad solis occasum non uiuerem, ibidem.
 Ad multam noctem produximus coenam, Cicero.
 Ad uesperam domum reductus est à patribus, idem.
 Ad uesperū uiuere. Cic. Exploratū nō habet, quomo-
 do sese habiturū sit corpus ad uesperā. Ad annum.
 Ad diem. Ineptè, ad præfixam & ordinatam diem.
 Cic. Quin ad diem decedā. Idem: Non ad diem dedit.
 Ad diem adesse, idem.
 Ad eam diem, id est, usq. ad. Liu. Victoriam quantam
 nemo ad eam diem pepererat.
 Ad tēpus uenisti, opportunè. Ter. Ad tēpus redire.
 Ad tempus adesse. Cic. Ad tēpus consilium capiam.
 Ad tempus amare, usq. ad temporis spatium, Cicero.
 Ad omnia alia etate sapimus rectius, in Adel.
 Ad exemplum uel ad exemplar. i. ad similitudinem. In
 Hecy.

OBSERVATIONES.

Hecyra: Ad exemplum ambarum, mores earum ex-
 istimus.
 Ad hoc exemplum amauimus nunquam, id est, hoc pacto,
 in Mercat.
 Ad hoc exemplum emittit ornatum domum, in Rud.
 Ad hoc exemplum te exornavi ego, in Persa.
 Quod ad exemplum est, conjectura si reperi re possumus, in Trin.
 Ad hoc exemplum experior, in Pseud.
 Ad hunc modum. In Ruden. Nam quid habebunt sibi
 igitur impij postbac, si ad hunc modum innoxij est
 honor apud uos?
 Adeum modum, in Menæch.
 Ad istorum normam, Cicero de Amicit.
 Ad eam rem magistrum cepit improbum, id est, su-
 per, in Andria.
 Ad rationem loci & temporis facere, id est, pro, uel
 secundum, Plin.
 Ad hoc, uel ad hæc, idem quod præterea, Plin.
 Ad hoc, propter hoc. Horat. Missus ad hoc.
 Ad extreum. Plin. Eumq. ad extreum reuoluisse.
 Cic. Illud te ad extreum & oro, & bortor.
 Ad postremum, postremum. In Aulul. Ibi ad poste-
 rum sedet miles, & petit.
 Ad summam, summatim. Cic. Ad summam, ne agam
 de singulis.
 Ad summum. Cicero: Unus, aut ad summum duo in-
 Ad uerbum resistere. (uenti sunt.
 Ad uerbum. Ineptè, de uerbo ad uerbum. Cicero: Fa-
 bellas Latinas ad uerbum de Gracis expressas, non
 inuiti legunt. (cidit.
 Ad unū omnes, nullo dempto. Liu. Ad unū omnes oc-

LATINI SERMONIS

- Omnes ad unum idem sentiunt, Cicero de Amicit.
 Ad assēm impendium reddes, ad extērnum usq; te-
 runtium solues, quæ impendiſti, Plin.
 Ad quindecim talenta coēgi, in Heaut.
 Ad tria millia nummorum Philippeum dabo, Plaut.
 in Trin.
 Ad annos sedecim, in Rud.
 Ad rauim poscere, in Aul.
 Ad usq; terræ limites, melius sonat quam, usq; ad.
 Ad usq; languorem. In Pseud. Ad uocem currere.
 Ad præconem & tibicinem immolare, Cicero.
 Ad unguem, exquisita diligentia, atque exactissima
 cura, Horat.
 Ad præsens.
 Ad unguem factus homo, optimè compositus.
 Ad obiurgandum satis cauſe, in And.
 Ad uotum succedere, ex animi sententia.
 Ad tuam formam illa una digna est, illa tua formæ
 conferenda, in Mil.
 Ad faciem quum afficies eorum, haud uidentur mali,
 ex affectu uidentur boni, in Pseud.
 Ad pro circa. Cicero: Ad undecimum Calendas Iu-
 niis legatus tuus mihi p̄festo fuit.
 Ad mandata es claudus, ubi quid agere iussus es, ni-
 hile posse fungis, in Merc.
 Ad istoc non dedi. i. in bunc usum, Plaut. in Persa.
 Ad carnificem te dabo: uulgō, tortori te tradam, in
 Ad aliud nete occupes negotium, in Pseud. (Capt.
 Ad restim res redijt. i. ad desperationem, Terent. in
 Ad restros res abiit. i. ad summā inopiam. (Phor.
 Ad uirtutem sunt hac omnia, in Heaut.
 Ad rem suam sapere, id est, suo commodo, in Trucul.

Ad

OBSERVATIONES.

- Ad portam præſoldabatur eam, in Epidico.
 Quā rem iſtūc refert, ad quid, cui uisi? Plan. in Cœſi.
 Ad uxores ubi uentum eſt, in Phorm.
 Ad saturitatem usq;. Ad nauicam usq;.
 Ad tedium usq; libris
 incumbis.
 Ad prodigium usq; doctus. Admiraculum.
 Ad lucem usq; dormire, uigilare, Terent.
 Ad collum usq; ſteſti in gurgite.
 Ad uerticem usq;. Vsq; ad aras amicus, Adag.
 Ad mortem usq; agricoltare. Ad fundum usq;.
 Ad extērnum egeſtatem redactus.
 Ad incitas redactus. Idem in Trin. Ad amuſim.
 Ad perpendiculum, eſt perfecte, exacte.
 Ad utrumuis paratus.
 Ad cœlum ferre, multū laudare, Horat.
 Ad Greas calendas, pro nunquam, Adag.
 Ad rem nibil, parum, multum facit uel pertinet: ine-
 ptē, ad propositum.
 Ad supremam iſtaniam, ſtultitiam, ſuperbiā, aud-
 ritiam, contemptum deuenit.
 Ad extērnum tentare, manere, &c.
 Ad myrtum canere, iubentur indocti.
 Ad uiuum cutem.
 Ad uiuum reſcare, eſt rem exactius quam ſat eſt,
 excutere. Cicero: Neque ad uiuum reſeco, ut iſtū, qui
 hec ſubtilius diſſerunt.
 Ad umbilicum duſcere, eſt librū finire atq; abſoluere.
 Ad coronidem usq;, quum extērnum finem rei cuiu-
 ſipiam ſignificamus.
 Aſſus ad lyram, in rudes indocilesq; dicitur.
 Ad nouercæ tumulum flere, eſt tristitiam ſimulare.

H.H.I

Ad

LATINI SERMONIS

- Ad umbram trepidare. Iuuenal. Ad nocte trepidabis
erundinis umbram.
- Ad senem surgere, uel aduerscere seni.
- Ad lyram, citharam canere, Horatius.
- Ad aurem fari. Verg. 5. Fidam sic fatur ad aurem.
- Ad aurem obgannire, exprobrare, expostulare. In
Phorm. Habet haec ei, quod dum uiuat, usque ad au-
rem obganniat.
- Ad calcem. Ad finem.
- Ad cornuos, id est, in malam rem, uel crucem.
- Ad tympanum & fistulam salire.
- Ad fastigium uenit impetas, superbia, tyrannis, &c.
ubi crudelior & excellentior fieri nequit.
- Ad iustum canere.
- Ad solem sedere, exponere, tergere, siccare, pendere
uestes, chartam, &c. (solem.)
- Ad solem uertere. Narcissus, solsequium se uertit ad
- Ad rogatum respondere: uulgo, respondere ad pro-
positum. Cicero: Nunquam nobis ad rogatum re-
spondent.
- ADVER SVM, VEL ADVER SVS.**
- Aduersum, contra. In Trin. Aduersum legem acce-
pisti plurimis pecuniam, id est, contra, præter.
- Aduersus animi sententiam ne litiges, in Merc.
- Aduersus hunc loqui. In And. Cum hoc colloqui. Mi-
rū quin te aduersus dicat, tibi loquatur, In Amph.
- Aduersum, pro erga. In Andria: Et id gratum fuisse
aduersum te, babeo gratiam.
- Aduersus edictum tuum facere esse ausam, in Heaut.
- Aduersus clivum agitabo quadrupedem, in Asin.
- Quæ inscitia est aduersum stimulum calces, Teren-
tius in Phorm.

Aduer-

OBSERVATIONES.

Aduersus solem ne loquitur, id est, manifestis ne re-
pugna, Adagium.

ANTE.

Ante hunc diem. Plautus: Neque ego hanc oculis uidi
ante hunc diem.

Ante hoc factum, hunc sum arbitratus semper seruum
peñimum, Plautus.

Ante lucem. Plaut. Ante lucem ire si occipias.

Ante pedes. Terentius: istuc est sapere, non quod an-
te pedes modò est, uidere, sed etiam illa quæ futura
sunt, proficere.

Ante uesperū. Plau. Ego ius uerandū uerbis conceptis:
dedi, daturum id me bodie mulieri ante uesperum.

Ante diem, Col. Cic. Profici scitur, Roma egreditur
ante diem quartum Calendarum Februarij.

Ante oculos. Cicero: Sed loquamur de ijs amicis, qui
ante oculos sunt, quos uidentur, de quibus memoriam
aceperimus.

Ante omnes. Plautus: Scito illum ante omnes minimi
mortales preij.

Ante alios. Plautus: Atque Neptune tibi ante alios
deos grates ago atq; babeo summas.

APVD.

Apud, uerbis quietis iungitur. Plaut. Herilis noster
filius apud uestrā perit. Terentius: Apud nos hic
Apud me domi est, Terent. (mane.)

Apud se habere. Plaut. Quum apud te exemplum ex-
periendi babeas, non eges foris. Sum apud te primus,

Apud aliquem sedere, Cicero. (Terent.)

Apud aliquem mentiri, mendacium alicui obtrudere.

Plautus: Cur ego apud te mentiar. Idem: Non habeo
ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.

Apud

LATINI SERMONIS

Apud nos imperium tuum est, id est, mandata in memoria habemus.
Apud animum meum, id est, mecum. Salust. *E quidem ego sic apud animum meum statuo.*
Apud pro in. Terent. *Apud forum modò è Dauo audiui.* Plautus: *Quod apud hæc cedes negotiorum est tibi?* Terent. *Si apud forum est, cōueniam.* Plautus:
Apud Orcum te uidebo.
Apud aliquem euomere uirus suum, Cicero.
Apud maiores nostros, id est, maiorum nostrorum tempore, Cicero.
Apud se esse, apud se non esse. Terent. *Vix sum apud me.* Idem: *Præ iracundia Menedeme non sum apud me.* Idem: *Tu face apud te ut sis.*

CIRCA.

Circa, locum & tempus notat. Circa forum. Apul.
Circa tertiam uigiliam conniueo.
Circa, pro circiter. Liu. *Quum omnium circa finitimarum societate ac foederibus iunxiisset animos.*
Hinc quo circa & circum circa. Ber. Sulpit. Ex Asia rediens, cœpi regiones circum circa prospicere.
Circiter, ad tempus numerumq; refertur. Vide in aduerbijs.
Circum, in circuitu. Terent. *Capillus passus, prolatus, circum caput reiectus negligenter.*
Cis, antiqua præpositio est, idem quod ex ista parte. Liuus: *Cis montes castra Ligurum erant.*
Cis paucos dies intra. In Trucul. *Haereditas nulla faxim cis paucos dies siet, id est, omnem haereditatem consumpsero intra paucos dies.*
Cis paucas tempestates, intra breve tempus. Plaut. in Mostell. *Cis Rhenum.* *Cis Tyberim. i. ultra.*
Citra-

OBSERVATIONES.

Citra, idem quod cis, opponitur ultra. Cæsar: *Qui sunt citra Rhenum.*
Citra, pro sine. Sueton. *Citra Senatus populiq; auctoritatem.* Plinius: *Citra fastidium nominentur.* Seneca: *Ede circa cruditatem, bibe circa ebrietatem.*
Citra, ante. Sueton. Solebat etiam circa spectaculo rum dies, si quādo quid inusitatū dignumq; cognitu. *Citra ius fasq;.* *Citra præmeditationem.*
Citra fines, Horat. *Citra risum.* *Citra confusitudinem.*

CLAM.

Clam, occulte, ablativum postulat.
Hec clam me omnia, id est, me inscio, in Heaut.
Non clam me est, id est, non ignoro, in Hecyra.
Nec clam te est, bene scis, in And.
Clam ijs eam uidi, Cicero.
Clam cum accusatio. In Casina: *Bona multa faciam clam meam banc uxorem.*
Clam omnes. In Aulu. *Theſaurum auri clam omnes in medio loco defodit.*
Clam uos. Cicero: *Itaque timens ne facinoris eius clam uos essent.*
Clam alter alterum, id est, altero alterius facta neſciente. In Casin. *Nunc sibi uterq; contra legiones parat, pater filiueq; clam alter alterum.*
Clam adverbialiter. In Adelph. *Si perare fore clam, rursum ad ingenium reddit.*

CONTRA.

Contra, in malam partem capitur. Et in hoc differt ab erga.
Contra Neptunum & Venerem, contra Mineruam, Verg. Contra disciplinam meam te geſisti, Plaut.
Con-

LATINI SERMONIS

Contremine. Plautus in Persa: Quis hic est, qui contra me astat?
Cartago Italiam contra, id est, è regione, Verg.
Contrarius fisi.
Contrastimulum calces, est repugnare ijs, quos uincere nequeas.

C O R . A M.

Coram, uult ablatiū. Coram Senatu orationē babui.
Tecoram, id est, præsentē.
Coram, pro præfens, præsto. Verg. i. Coram que uia que ritis, adsum. Horatius: Ut ueni coram, singulim pauerit loquuntur. In Andria: Illum buc coram adducam.
Coram præfens. In Pseudolo: Tu ip̄sus coram præfens præsentem uides.
Coram ante oculos. In Eunu. Rogitas, quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxisti tuum.
Coram in os. In Adelph. Vereor coram in ostē laudare amplius.
Coram, pro bīc, uel hoc loco. In Phorm. Fermē eadem omnia, quæ tute dudum coram me incusaueras.

C V M.

Cum præpositio, comitem significat, aut modū actio- nis, non instrumentum. Scribo calamo, non cum calamo. Pulsauit me pugno.
Dignus es cum tua religione odio. Terent.
Summo cum honore me exceptit, summa cum letitia, id est, lātē, non lacertia tanquam instrumento.
Cum istiboc animo. In Phorm. Multis modis cū istiboc animo es uituperandus.
Cum animo reputare. Salust. Facinus suū cum animo reputans. Cum carbenis esse. In Capt. At nos pudet, quia cum carbenis sumus.

Cum

O B S E R V A T I O N E S

Cum clamore. In Amphit. Equites parant eti, ub de- xterā maximo cum clamore inuolant, impetu ele- cri sedant. Cum cura gerere rem. In Persa: Face banc rem cum cura geras.
Cum cura curare aliquem. In Men. Ita ego eum cum cura magna curabo tibi.
Cum dico, Apuleius.
Cum diluculo abiit. In Ampb. Ego ne abs te abi hinc hodie cum diluculo?
Cum prima luce. In Adel. Cæterūrus cum filio cum prima luce ibo hinc.
Cum magna fide uir, in Trin.
Cum potestate esse. Cicero: Felix en infelix, priuatus an cum potestate sit.
Cum publico imperio legatus, in Trucul.
Cum imperio esse. Cic. Neq; enim solūm bonore au- cedentis, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt.
Cum sua licentia. In Rud. Hercules istum infeliciter cum sua licentia.
Cum malo quiescere. Ibidem: Qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescant.
Cum machera quid hic uult? In Pseudo. Lubet scire, quid bic uelit cum machera, & bīc quam rem agat.
Cum re præfensi liberare. Quintilia. Occasionibus utendum, & cum re præfensi liberandum.
Cum flimilis & flagris infidiari, in Pseu.
Cum telo esse. Salust. Præsidij caussa cum telis erāt.
Cum præua natura esse te percipio pater, in Persa.
Cum periculo capitis, Cicero.
Cum onere moram offert mihi, in Pezullo.
Cum periculo. In And. Ad flamnam accepit impre- dentius satis cum pericula.

Cum

LATINI SERMONIS

Cum priuis. In Truculen. Eradicare est certum cum primis patrem.
 Cum probro. In Andria: Tamen banc habere studeat cum summo probro.
 Cum querimonia. In Mem. Quoties tandem edixit tibi ut caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?
 Cum bona ſhe adolescentes. Salust. Multi præterea cū ſhe bona adolescentes, ſicut hostiæ mactati sunt.
 Quod cum ſalute fiat, in Adelph.
 Cum uerſe hac. In Eunuch. Nolo me in uia cum bac uerte uideat.
 Cum silentio animaduertere. In prologo Eunu. Date operam, & cum silentio animaduertite.

D E.

De non minoris elegantiæ pars est.
 De more. Verg. 4. Mactant lectas de more bidentes.
 Meo, tuo, ſuo, noſtro, uero more, nomine, uerbis, facere, dicere. Salustius: Id adeo uidebatur ſuo more facere, Hadrian.
 De nocte, aut media de nocte, multa de nocte. Horat.
 Potores bibuli media de nocte falerni. Idem:
 Ut iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.
 De nocte abit, In Rud. De nocte uigilare, Cicero.
 Nam ut de nocte multa impigre exurrexi, lucrum præposui ſopori & quieti, In Rud.
 De die. Terent. Apparare de die conuiuum. In Afin.
 Ergo una orationis pars de die dabitur ubi.
 De die in diem. De luce in lucem.
 De die uiuere, idem. Cic. Cum perditifimis latronibus non ſolum de dic, ſed etiam in diem uiuere.
 De medio excedere, est aut mori, aut ſeparari. Terentius: Cū de medio exceſſit, ut hæc ſucepta eſt tibi.

De,

OBSERVATIONES.

In celo eſſe, ſuprā medū fortunatū eſſe, ac glorioſum.
 In diem uiuere, eſt ſine prouidentia uel ſine ſolicitudine eratini, id eſt futuri. Cicero: Nos in diem uiuimus. Liuius: In diem raptor uiuit. Plin. Qui uoluntatibus dediti quaſi in diem uiuunt, uiuendi cauſas quotidie finiunt.
 In diem abire, eſt differri, aut auferri. In Phor. Praefens quod fuerat malum, in diem abit.
 In diem, in horam, id eſt, in ſpatium unius tantum diei, unius horæ. Quid. Currus petit ille paternos, inq̄ diem alipedum ius & moderamen equorum.
 In hunc diem, pro hoc die. In Stich. I modo, alium conuam quærito in hunc diem tibi. In Pſeuſo. Da in hunc diem operam quæſo mihi. In Sticho: Nem illi beri me uocauerant in hunc diem.
 In primam diem uel horam, id eſt, usq; ad.
 In hunc diem, id eſt, usq; ad hunc diem. In Pſeuſo. Eum circuire in hunc diem, &c.
 In hanc horam, id eſt, pro hac hora.
 In eum diem, in Casin.
 In hunc annum, pro hoc anno. In eum annum.
 In unum annū, &c. In quintum annū, pro quinto anno.
 Indies, ſubinde, per ſingulos dies, ſed quodam incremente. Liuius: Qui ſenectit indies. Cicero: Quum id malum ſerperet indies magis.
 In diem tertium. Liuius: Naues in diem tertium expediſi iubet.
 In dies ſingulos. Cicero: Illa in dies ſingulos magis magisq; opinio hominum conſirmatur. Idem: Crescit in dies ſingulos hostium numerus.
 In bis diebus. In Capt. Nam illum conſido domum in bis diebus vie reconciliacſere.

K K K

In

LATINI SERMONIS

In diebus paucis uel pauculis. In And. Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt, Chrysifis uicina hæc moritur.
 In duos menses, pro duobus mensibus.
 In domo, pro domi. Quint. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit.
 In disciplinā traditus, pro docendus. Suet. Annoq. Senecce item tunc senatori in disciplinam traditus.
 In digito habere annulum, Terent.
 Lupus est in fabula, Adag. quum interuenit is, de quo mentio fit, In Adelph.
 In diuitias adoptauit. In Poen. Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obit suum.
 In diuitijs esse, In Capt.
 In dubio est. In And. Dum in dubio est animus, paulo momento hoc illuc impellitur.
 In eodem hæsitas luto, id est, negotio implicaris.
 In eadem es nauis, id est, in communi periculo.
 In expectatione esse. In Mil. Vide nesis in expectatio ne, ne illam animi excrucies.
 In equo sedere.
 In faciem, id est, coram. Horat. In faciem permulta loquutus, uocatus.
 In fabulis esse, pro traduci sermone hominum. Suet. Cœna quoq; eius secretior in fabulis fut.
 In foribus adesse. i. instat, in proximo est, in futurum, Plinius.
 In gratiâ redire, est in pristinâ amicitiâ redire, Cic.
 In genua astat. In Casin. Continuo in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.
 In istbac. In Adel. Sino, habeat, in istbac finē faciat.
 In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam du-

OBSERVATIONES.

tem tanquam deum sequimur, Cicero.
 In honore hominum. Plin. Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina, &c.
 In horam uiuere, est sine cura. In una hora. In Pseud.
 In horas, id est, per singulas horas. Horat. Mutatur in horas. Idem: Quid quisque uite nunquam homini sat is cantum est in horas.
 In ingressu. Plinius; Hæc tibi domine, in ipso ingressu meo scripti.
 In insidijs esse. In Pseud. Ingredere in uiam dolis, & ego hæc in insidijs ero.
 In incerto res. Plau. in Capt. Mihi res omnis in incerto sita est.
 In ius ire. Terent. In ius eamus.
 In re incipiunda, in Phormicne.
 In infinitum. Plin. In infinitum epistolam extendare, si gaudio meo indulgeam.
 In itinere. In Heaut. Hoc ipsa in itinere altera dux narrat, forte audiri.
 In iureuando. In Curc. Qui tibi in auxilio in iureuando fuit.
 In loco fratris amare. In And. Sive in germani fratris dilexi loco.
 In limine offendere. In portu impingere, id est, statim in ipso operis ingressu peccare.
 In loco, id est, opportunitate, date occasione. In Adelph. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Horat. Dulce est despere in loco.
 In loco posita. Cic. Ut hæc ipsa æditas, recte collo- cata, & iudicio populi in loco posita esse uideatur.
 In lucro & in lucris ponere dicitur, quū aliquid praeter spem euenit.

LATINI SERMONIS

In manibus est, id est, paratum, & in promptu est. Cicero: Res est in manibus. Idem: Ex his libris quos in manus habeo. Idem: Quae in manibus habemus.

In manu esse, Satyrius in Iugurtha.

In manu est, id est, in potestate. In Mercat. Illi suam rem esse aequum est in manu. In Hecyra: Tibi in manu est ne fiat.

In manu uel manus dare. In Phorm. Dic quid uelis dari tibi in manu, ut berus desistat litibus.

In manus incidere, uenire, est poenis obnoxium fieri.

In manum conuenire, uide Hadrian.

In me. In Eunucho: In me planè dīj potestatem suam omnem ostendere.

In medio cursu subsistere, est rem in media operari. linquere.

In medio cursu literarum resistere.

In medio esse. In Adelp. Mater uirginis in medio est ipsa, uirgo, res ipsa.

In medio relinquere, est ex industria pretermittere alij censendum.

In memoriam redire & regredi. In Capt. Nunc demū in memoriam redeo, quum mecum cogito.

In memoria habere.

In pro propter. Verg. 4. Aut hæc in foedera ueni.

In mente esse, proscire. Terent. Nihil' ne in mente est?

In mente est mihi. In Amph. Qui istibuc in mente est tibi, mi uir, percontarier? In Bacch. Magis unum in mente est mihi nunc, satis ut commode pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.

In mentem uenire, cum infinituo. Cicero: Hoc mihi nunc primum in mentem uenit dicere.

In mentem uenire, cum genituo.

In

OBSERVATIONES.

In mentem uenire illius temporis. Cicero: Quum illius temporis mihi uenit in mentem. Idem: Facite ut uobis triennij totius ueniat in mentem. Idem: Venit enim mihi sani, loci, religionis illius in mentem.

In metu esse. In Pseud. Nunc in metu sum maximo. In Heaut. In metu esse hunc illi utile. In Phorm. Nescis quo in metu, & quanto in periculo sim.

In militem, pro quolibet milite. Liuus: Singulis in militem tunicis imperatis.

In capita singula, pro singulis capitibus. Cæs. In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur. Liu. Quod prælium in capita statuisset. In singulas ciuitates, id est, pro. Cicero: Describebat censores binos in singulas ciuitates boum.

In centum fues decem uerres satis esse putant. Varro: Ne minus habeamus in centenes oues singulos homines. Idem: Congij olij in uiros singulos dæci, Liuus. Prorogatum in annum imperium est, idem.

In more est. Plin. Ludos ineunti semper effungi etiam ab Senatu in more est.

In morem, id est, secundum consuetudinem, Vergilius §. 5. S.

In modum perpetuum perij. In Moſtel. Nunc ego perij plenè in perpetuum modum.

In modum peregrinum. In Trinum. Is modò exornetur graphicè in peregrinum modum.

In modum amici. Sueton. Oui quum se gratum & acceptum in modum amici uideret, &c.

In monendo. In Bacch. Metuo, in monendo ne mihi deficiat oratio.

In morte. In Macbeth. Quin in morte regnum Hieroni tradidit.

KKK 5 Inno-

LATINI SERMONIS

In nocte singulas, in Trucul. In noctem, Vergilius.
 In noxia est. In Phorm. Haud ita est, hic in noxia est.
 In numerum redigere, est ordine ponere.
 In numerum ludere, id est, saltare. Verg. Tum uero in
 numerum Faunosq; ferasq; uideres. Ludere.
 In numerato habere. i. in promptu. Quintil. De auctore
 facile dicente ex tempore dictum est, ingenium cum
 in numerato habere.
 In occulto. Plaut. Nihil ego in occulto agere soleo.
 In odiis resident mores pristini, in Trucul.
 In oculis habitare, est ita frequetem & assiduum esse,
 ut quasi in oculis habitetur, Cicero.
 In ore est omni populo, in Adel. id est, uulgè fertur.
 In oculis ferre, diligere. In oculis esse, diligi. Cicero:
 Balbi in oculis fero. Id est. Publicanus in oculis sumus.
 In opere faciendo consumere operam, in Heaut.
 In os, in faciem laudare, in Adel.
 In ordine. Plautus: Omnes in ordine rem facere.
 In ordinem redigi uel cogi, inter uiles uel abiectos
 numerari. Liuius: Tribuni plebis in ordinem reda-
 git, id est, contemptui habiti.
 In pariundo. In And. In pariundo aliquot affuerunt
 liberae.
 In parte caussæ. Plin. Niebanur nos in parte caussæ
 sententia Meti, & Modesti optimi uiri.
 In parte. In Afina. Viginti minas ei det in parte hac,
 amanti ut liceat potirier.
 In eam partem accipere, ea lege, Terent.
 In partem, particula iuncta cum asq;. Caesar: In par-
 tem iuris, atq; ipsi erant, recuperum.
 In paucos dies, pro paucis diebus. Lite. Obsidio in loco
 nudo atq; inopi, uix in paucos dies tolerabilis erat.
 In pe-

OBSERVATIONES.

In pedes. In Eunucio: Vbi uidi, ago me in pedes, quan-
 tum queo.
 In pedem, pro unoquaq; pede. Cic. Is se ternis nummis
 in pedem tecum transfigisse dicebat.
 In perendinum: inepte, properendino. In Trin. Tu in
 perendinum paratus sis, ut dicas.
 In perpetuum. In Heaut. Non ego in perpetuum dice-
 ban, ut illam illi dares, uerum ut simulares.
 In posterum. Quintil. Multa lingue uitia, nisi primis
 eximentur annis, inemendabili in posterum prau-
 itate durantur.
 In potestarem esse. Cicero: Vestros portus in praedo-
 num siuisse potestatem sciat.
 In portu nauigare, extra periculum esse.
 In portuando. In Heaut. Tuum esse in portuando pericu-
 lum non uis.
 In praesentia. In Adelphis: Mallem auferre potius in
 praesentia. In Heaut. Suavia que essent in praesi-
 tia prima habere.
 In praesens. Plin. Quos quidem non in praesens tantum,
 sed in eternum repressisti.
 In praesenti. Cic. Hæc ad te in praesenti scripsi.
 In primis, ante omnes uel omnia. Salust. In primis ar-
 dum uidetur, res gestas scribere. Idem: Id factus
 ego in primis memorabile existimo.
 In principio. In Phorm. Quid cessas hominem adire, &
 blandè in principio alloqui?
 In principio esse. In periculo.
 In probro esse. In Phor. Si nate fit, in probro siem.
 In procliui. In And. Id faciam, in procliui quod est, id
 est, factu facile.
 In promptu. In Pseud. Isthæc insipientia est, irem in

LATINI SERMONIS

promptu gerere. In propatulo, Plinius.
 In proximo. In Heaut. Agrum in proximo hic mercatus est.
 In proximum differre. Plinius: Dilatares est in proximum Senatum.
 In publico. In Mostel. In publico omnes porticus com mensi sumus.
 In punctum pro in singula puncta. Sueton. Quadrangulis in punctum H.S. alealusit.
 In querelis mens eorum, in Menach.
 In re praesenti esse. Plinius: In re praesenti optimè deliberabis & constituis.
 In rem praesentem, non tempus, sed locum significat. Cicero: Si cōstitueris cuiquam te in rem praesentem esse uenturum.
 In rem praesentem excurrere. Plin. Nunc uideor commodissimè posse in rem praesentem excurrere.
 In rem praesentem perducere. Plin. Non potui te magis in rem praesentē perducere, id est, non potui placuisse omnia, ut acta sunt, scribere, ut perinde omnia teneres, atq; si praesens fuisses.
 In re praesenti. Plin. Sed ego in re praesenti inuenisse uideor, quemadmodum huic periculo occurserem.
 In rem esse, id est, utilitatem. In Pseud. Quasi quid in rem sit, possumus noscere.
 In rem ea est, in Truc.
 In re ipsa. In Hecy. Nostras mulieres suspectas fuisse falso nobis in re ipsa inuenimus.
 In rem meam, tuam, suam, nostram, uestram esse.
 In rem nostram est. In Persa: Age, ut rem esse in nostram putas. Terent. in And. Si in rem est utrique ut fiant, accersi iube.

In

OBSERVATIONES

In Phorm. Ego que in rem tuam sint, ea uelim facias.
 In rerum natura. Cicero: Que in rerum natura, eo toq; mundo constarent.
 In redditum: inepte, usq; ad reuifsum.
 In ridiculo haberi, in Poen. In ridiculo esse, in Cafin.
 In saginam se coniūcere, lauitas sectari. In Trinum.
 In saginam herus se coniecit meus.
 In saltu uno. In Cafin. Iam ego uno saltu lepidè ap̄ros capiam duos.
 In salute alicuius saluere. In Truc. Ac grotare melim, quam eff tua in salute sanior.
 In sententia esse, manere. Cicero: Quam omnia effent in sententia, sic nobis animus, &c.
 In sententijs positus. In Epidico: Qui intantis positus sum sententijs.
 In senecta. In Mil. Eam ne pudet tibi in senecta obijcere solitudinem?
 In seruitute habere. In Poen. In seruitute hic habuit duas filias tuas.
 In serum, id est, in ueſperum. Sueton. In serum dimicazione protracta.
 In singulis stipendijs. In Epi. In singulis stipendijs ad hostes exuuias dabit.
 In sodalibus illis es, id est, ex illis, ex illorum ordine, in Persa. In solatio esse, in Amphir.
 In somnis, id est, inter dormiendum, ibidem.
 In speciem. Liu. Ducentos paucos in speciem captiuos.
 In spem uenire. Cicero: In spem uenio, aduentum tuum appropinquare.
 In summa, id est, summatim. Plinius: In summa, nosti facetas hominis.
 In suffenso relinquere, id est, in dubio, Plinius.

KKK 5 JK

LATINI SERMONIS

In sinu gaudere, est tacitè sua fortuna contentū uiuere. Quid. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. In sententiam ire: ineptè, consentire in sententiam. Liuius; Omnes in eam sententiam iterant. In sententia manere. Cic. Planè hoc mibi explices uelim in primis, maneo ne in sententia, ut mittam ad eum quæ scripti, an nihil necesse putes. Int am breui facio. In Hecaut. Ita ne tandem, &c. In tantum honorem. In Eunu. Ille ubi uidet me esse in tantum honorem. In talibus uiris. Cicero: Nam hoc quidem in talibus uiris quid attinet dicere? In te est mihi salus, aut tibi in me, in Pseud. (miser. In te. In Trin. Hec quum audio in te dici, excrucior. In tempore, opportune. In Capt. Optimè mibi in tempore aduenis. In tempore adire, id est, tempestiuè, opportune. In tempore ipso. In Andria: In tempore ipso mibi aduenis. In Hecyra: Opportunè te mihi in ipso tempore ostendis. In tempus. Plinius: Studebat in coena tempus. Horatius: Et præsens in tempus omittas. In tormentis esse. Plinius: Intantis tormentis eram quum scriberem hæc. In tranquillo res est, dum nihil timetur periculi. Terentius: Gaudio amorem esse omnem in tranquillo. In triduo hoc. In Perse: Quos continuò reponam tibi in hoc triduo, aut quatriduo. In tunicis albis uenerunt, Plin. In tuſiendo. In Afri. Ne sic tuſiat, ut cuiquam linguem in tuſiendo proferat. In tuto res est, in Merc. Inturum eduxit legiones, in Moſt.

In

OBSERVATIONES.

In uesperum parata. Plautus in Moſtel. Parata res mala est in uesperum huic seni. In uia. In Men. Ne uxor cognoscat te habere, si in uia confexerit. In uerba iurare, est præmissa iuramento seruare. Horatius: In uerba iurauit mea. Idē: Nullius addictus iurare in uerba magistri. In uniuersum, uulgo in genere. Quintilia. Verū an tequam de singulis loquar, pauca in uniuersum de uarietate opinionum dicenda sunt. In uado haerere. In aqua haerere, Adag. In uado. Teren. Oīs res in uado est. i. extra periculum. In uices canere, loqui, nugari, scribere, id est, per uices, aut uiciſſim. In utramque aurem dormire, est nibil periculi timere, in Hecaut. IN T E R . Præpositio inter, per se simplex & perspicua est. Ceterum composita uariat. Terent. Agè inepte, quæ non norimus nos internos. Inter alias. In Poen. Sicut hodie nos inter alias præstimus pulchritudine. Inter conuentum, pro in conuentu. Sueton. Inter conuentum matronarum correpta iurgio. Inter coenam, tempore coenæ. Cicero. Si hoc tibi inter coenā, & in illis immanibus poculis tuis accidisset. Inter cum gerundio constructum. Inter coenandum audiui, id est, dum coenarem. Inter legendum, scribendum. i. dum lego aut legitur. Inter cundum. Inter agendum, id est, dum ages, Vergilius. Inter scyphos. Cicero: Illuſeras heri inter scyphos quod dixerim.

Inter

LATINI SERMONIS

Inter tot dies. In Trucul. Inter tot dies quidem hercle iam actum aliquid oportuit.
Inter initia. Plinius: Videor ergo summam uoti mei consequutus, quem inter initia felicissimi principatus tui probaueris me.
Inter ista. Plin. Integrum, probum, industrium, atque inter ista reuerendissimum mei expertus.
Inter moras. Plin. Inter moras, Consul citatis nominibus & peracta discessione, mittit Senatum.
Inter manus arripere, est collatis simul manibus alterum sublimem ferre. In Molcel. Arripiite hunc intro actuum inter manus. Liuius: Inter manus dominum allatus.
Inter manus esse, id est, in potestate esse. Verg. Ante oculos, inter & manus sunt omnia uestras.
Inter manus uersari, est in usu esse. Pomponius: Nec uersantur omnino scripta eorum inter manus bonum.
Inter nos concertatio fuit. In Adelph. Nunquam uidi iniquius certationem comparatam, quam quæ hodie inter nos fuit.
Inter nos dictum hoc fuit. In Adelph. Fin' bona dicam fide, quod hic inter nos liceat.
Inter nos ludamus. In Sticho: Nos nolo tamen ludere inter nos.
Inter nos sordemus alteri, id est, alter alteri dissipetur, in Trucul.
Inter opus, id est, dum operatur. Tibul. Crur & sonant ferro, sed canit inter opus. Inter pocnam, Sueton.
Inter præcipua seculi ornamenta numerandus. Plin. Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamenta numerandus.

Inter

OBSERVATIONES.

Inter rem agendam. In Cistel. Sed inter rem agendam istam hercæ huic respondi quod rogat.
Inter se fabulantur. In Epid. Occèpere aliae mulieres duæ post me fabulari inter se.
Inter se amplexari. Plautus: Postquam exierint porta, nihil cessatum illico osculari, atq; amplexari inter se.
Inter se loqui. In Poenulo: Quid illi loquuti sint inter se, dic mihi?
Inter triennium continuum. In Sticho: Quot portiones multæ, quot autem prandia, que inter continuum perdidi triennium.
Inter uias. In Eunu. Dum rus eo, coepi egomet necum inter uias.
Inter se. Terent. in Andria: Et fingunt quandam inter se fallaciam.
Inter uos bene dicatis. In Mil. Bene quoq; inter uos dicatis, & mibi absenti tamen.
Inter se, inuicem. Vergilius: Conuersiq; oculos inter se atq; ora ferebant.
Inter, in medio. Multa cadunt inter os & offani.
Adag. Multum differt inter noctuam & aquilam.
Inter calicem supremaq; labra.
Inter, postpositum suo casui. Cicero: Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, &c.
Bonis inter bonos necessaria benevolentia, Cice.
INTRA, INFR A.

Intra tempus: ut, Veniam intra horam, non infra.
Intra Calend. Intra ferias. In Truc. Intra uiginti dies. Intra undecim dies, Plin.
Intra hos proximos decem annos, idem.
Iliacos intra muros peccatur & extra, Horat.

Infra,

LATINI SERMONIS

Intra locum: ut, Intra rectum. Refertur etiā ad dignitatem & personam. In Eunu. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines.

Intra dignitatem tuam est, id est, minus quam dignitatem tuam decet. (Plin.

Nibil infra se putabat, nisi quod infra consulem esset, Intra modum, id est, citra modum. Cicer. Modicē hoc faciam, aut etiam intra modum, id est, minus quam modicē.

Intra famam. Quintil. Hortensij scripta tamen intra famam sunt.

Intra diem mortis, ut aliquid fiat, si quis dixerit, ipse quoq dies, in quo quis mortuus fuerit, numeratur,

IV XT A. (Vlpia.

Iuxta, apud Verg. Humilis uolat sequora iuxta. Pla. Iuxta te sum.

Iuxta, simul. Varro: Cum interea lucubrando ficeret iuxta ancillas lanam, id est, una cum ancillis.

O.B.

Ob, propter. In And. Ego pretium ob fluttiū fero. Ob nullam noxiā. In Poen. Sine ut uerberem item, ut tu mibi fecisti ob nullam noxiā.

Ob decem minas ager oppositus est pignori. Terent. Ob rem. In Phorm. Non pudet uanitatis? D. Minime, dum ob rem.

Ob industria. In Casin. Illa autem quasi ob industria mibi aduorsatur.

Ob, ante. Ob oculos. Cicero: Ob oculos uerbabatur. In Trucu. Scortorum ob oculos adducunt. In Milit.

Nunc demū experior ob oculos caliginem penitus mibi obtigisse. Liu. Ut mors ob oculos omnium esset.

Ob, pro ad. Ennius: Ob Romā noctu legiones ducere.

Ob, pro

OBSERVATIONES.

Ob, pro circum in compositione, ut ob ambulare, obfere urbem, id est, circum sedere.

Obire prouinciam, fundos, terras, sacrae, munas, milia, legationes: Ob, pro contra in compositione. In Sticho: Si rex obstat, regem peruerito ipsum. Ibid. Si tibi nulla ægritudo est animo obuiam.

P AL AM.

Palam, coram omnibus, manifestè. Liu. Rem creditori palam populo soluit. Ouid. Et fleuit populo Cæsar utrumq palam.

Palam sapius est aduerbiū. In Pseud. Res palam cognoscitur. In Capt. Omnis res palā est. In Eun. Siu falsum, aut uanū, aut fictum est, cōtinuo palā est. Palam beatus. In Phorm. Quod babes ita ut uoluisti, uxorem sine mala fama palam beatus.

Palam mentiri. In Trucu. Si illud quod uolumus dicuntur, palam commentiuntur.

PENE S.

Penes, plerūq potest statem significat, aut locum, cum acceſſio est laudis, uituperij, cōmodi uel incōmodi. Ouid. Me penes est unum uasti custodia mundi. In Poen. Iuppiter, quem penes lbes uitæq; sunt omnium hominum. Varro: Seruorum cura penes dominos sit.

Penes quos laus adhuc fuit. Cic. Penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent. Liu. Omnia ad sunt bona, quem penes est uirtus. In Amph. Fides penes authores sit.

Penes te potestas. In Trin. Cum penes te potestas omnis quidem forst meæ uita.

Penes, pro apud. In Adelph. Quid? isthac iam penes nos Psaltria est? Penes scenam, id est, apud.

P E R.

Per,

LATINI SERMONIS

Per, refertur ad locum. Per forum. Vergil. 6. Longe lateque per urbes. In Epid. Per omnem urbem quem sum defessus querere. Per uices. Per domos. Per adoptionem pater. Plin. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, historias & quidem religiosissime scripsit. Per actatem. In Adelph. Sineres nunc facere, dum per actatem licet. Per caussam, significat per simulatam caussam. Liu. Ut cum appropinquaret ianue rex, per caussam aliquam in angustiis sustineret a tergo agmen. Per speciem, sub praetextu vel specie. Liu. Nocte per speciem uenandi urbe egressi. Per iurantis. Per louem. Per deum iuro. Per deos. In And. Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere. Per hanc dextram. In Andria: Quod ego per hanc te dextram oro. Per fidem, ibidem. Per tuam fidem perq; huius solitudinem obtestor. Per ego te haec genua obtestor, in Menach. Per fortundis, quoniam Romae manes, primum illud perfice, Cicero. Per ego uobis deos atq; homines dico, in Menach. Per, ad tempus refertur. Plin. Per septem dies sydus crinitum apparuit. Per dies. Per annos. Per secula. Verg. 6. Aeternumque tenet per secula nomen. Per, obtestantis. Verg. Per connubia nostra, per incertos hymenaos. Per lacrymas oro, Verg. 6. Per amorem obtestor. Per ueterem amicitiam rogo. Per alios frui bonore, Pl. Per alium ostendere suam sententiam, in Headut. Per alium dare aliquid, ibidem.

Per

OBSERVATIONES.

De pro propter: ut, Magnis de rebus aut causis. Horat. Misit magnis de rebus uterque. His de causis. Contrarijs de causis. Varijs de causis. De symbolis esse. In Eun. Ut de symbolis essemus. Denibilo esse, germanismus est. In Hecyna: Non hoc de nibilo est, quod Laches nunc me conuentum esse experit. De industria quicquam agere, est data opera. Terentius: De improviso. In Adelphis: Interuenit homo de improviso. De via platea clamare, in And. De plebe aliquis, est vulgaris, Quid. 6. De meo his praecptis nihil nouum apposui, Plaut. De tuo istuc addis. In Menachmis: Ecquid audes de tuo istuc addere? Plin. De tuo das congierium. De meo obsonat, potat, olet unguenta, in Adel. De nostra saepè edunt, quod fartores faciunt, Plaut. De mea sententia fecit quod peccauit. Idem: Si quid peccatum fecit, scisse dicas de mea sententia. De sua sententia commenti sunt, in Capt. De prandio, id est, post prandium. In Mostel. Non bonus est somnus homini de prandio. De quantum ad. In Trin. De isthac quod dixisti modo, si ante uoluisses, effes: nunc serò cupis. In Hecy. De reducenda, &c. Ibidem: De te quidem peccando detrimenti nihil fieri potest. De illis uerbis caue tibi, in Menach. De imperio decentatur, id est, propter, Cicero. Alij de uitâ, alij de gloria & benevolentia ciuium in discrimen vocantur, Cicero. De lanificio neminem metuo, una cætate quæ sit, in Mercat.

III

De

LATINI SERMONIS.

De manu in manum. Cicero: *Totum denique hominem
tibi trado, de manu (ut aiunt) in manum.*
 De summo loco adolescens, in *Aulul.*
 De summo loco summo generis filius, in *Capt.*
 De summo loco diues, in *Poen.*
 Id est de filia, id est, propter, in *Hecyra.*
 Adorans sum iurgo fratrem de istibac *Psaltria, Ter-*
rentius in Adel.
 Aedificet de meo exemplo, id est, ad similitudinem
 meam, in *Moscel.*
 Aegritudo de filio, in *Heaut.*
 Agere de aliqua re, in *Truc.* Agere de aliquo, in *He-*
Aut. Ato te de istibac, in *Eunuch.* (auton.
 De maioribus natu ista audiui, Cicero.
 De parente meo audiui hoc, idem.
 Auferre premium de aliquo, in *Pseud.*
 Capere predam de praedonibus, in *True.*
 Comperi hoc de amore, in *And.*
 Condoluit mihi misera caput de uento, in *Truc.*
 Conducere de. Cic. Redemptor ille, qui columnam il-
 lam de Cotta & de Torquato conduxerat facienda.
 Deijciam araneas de foribus, in *Sticho.*
 Demere aliquid de magnis diuitijs, in *Trin.*
 Detrahere annulum de digito, in *Heaut.*
 Dictum unum de melioribus, in *Capt.*
 Dicis de fallacia? in *Heau.* De prandio tu dicas, in *Poe-*
 Dicere contumeliam de nihilo, in *Circ.* (nu.
 Dicere de peccatis alicuius, in *prol. Heaut.*
 Dicere de se primò aliquid, in *Truc.*
 De illo quod dudum dictum ac factum, in *Heaut.*
 Dici de stultitia tua non potest, ut dignum est, Teren.
 Dicam de dictis melioribus, in *Sticho.*

Da

OBSERVATIONES.

Da tu mihi de tuis delitijs summis, quicquid pauxil-
 lulum, in *Trucul.*
 Dabo eam tibi de genere summo, in *Rud.*
 Edere de alieno affatim, in *Poen.*
 Eligunt de asinis. Varr: De asinis queng amplissimum
 & formosissimum, quem possunt, eligunt.
 Emet illum de te, in *Epid.* Emit bosce de preda. Am-
 bos de quaestoribus emit, in *Capt.* Quod de Cratijo
 domum emissum, Cicero.
 De foro ad lenones aperto capite eunt, in *Capt.*
 Facere aliquid de suo consilio, Cicero.
 Facio gratiam tibi de cena, in *Moscel.*
 Peccandi ipse quin de se finem non fecit, in *prol. Phor.*
 Fecisti me ludos de illa fidicina, id est, lusisti mecum
 propter illam, in *Epid.*
 Factus est rhetor de oratore, Plin.
 Fessus de via, Cicero.
 Fiunt sordida de illius ore, in *Epid.*
 Fieri doctum de alijs. In *Perse:* Sed te de alijs, quam
 alios de te suauius est fieri doctos.
 Habes de patre meo agrum colendum, in *Phor.*
 Habetote sic de me, Cicero.
 Infidiae sunt ei paratae de auro & de seruo meo, in *Poz.*
 Inspectavit de tegulis, in *Mil.*
 Largitur de te puer, in *Adel.*
 Mercatus est de te lenone, in *Epid.*
 Meretur male de mendico, in *Trinum.*
 Metuo abste de uerbis tuis, in *Menaech.*
 Missus equitatus de medianoche, Caesar.
 Mittis deos in consilium de te, Plinius.
 Misit ad me Cn. Magium de pace, Caesar.
 Ad Cesarem de pace miserunt, idem.

III 2 Non-

LATINI SERMONIS

Nonnulli de nonissimis. Sueton. Noui eum de forma.
 De forma non quo nonuisse, in Curcul.
 Noui eum de facie, Cicero. Eum de dominis perituru, Plinius.
 Peto de te uxor clarissima, Papinianus.
 Petere aliquid de summo, in Menach.
 Profectus de tertia uigilia, Cesar.
 Pronuntiare de sententia consilij, Cicero.
 Pugnare de loco, in prol. Hecy. De Pompeio quæsivit, Cicero.
 Quero de te arbitris' ne? Liuus.
 Quærere de Deo. Cicero: Et eum admiratum quæsi.
 Je de Deo. Quæri in dominos de seruis, Cicero.
 Quicquid est de me, in Mil.
 Recitare de sententia consilij, Cicerò.
 Regredere de uia in semitam, in Casina.
 Surripuisti te mihi de foro, in Menach.
 Scit de odore me adesse, in Curcul.
 Scire poteris de Antiocho, Cicero.
 Scire certum de cognitione, in Euniu. Siletur de iurio, in Phorm.
 Solus de sodalitate datus sum orator, in Mostel.
 Solus is superfit de stultitia mea, in Trin. Venio in diuum de sorte, in Adelph. Videbimus de isthoc quid opus sit, in Heaut.
 Videat de dote quid poscit, in Trin.
 De compacto. In Capt. Sciui exemplò rem de compacto geri.
 De integro. In Heaut. Ratio de integro ineunda est mihi. In Adelphis: Ecce autem de integro omnia, id est, de nouo.
 De procul. In Persa: Illuc affice de procul conspectum. De re-

OBSERVATIONES.

De repente. In Hecy. Ita corripuit de repente tacitus se ad filiam.
 De subito. In Sticho: Namq; adepol, quamuis de subito, uel cadas uorti potest.
 De super. Plin. Lapidibus & tegulis desuper interfectus. De meliore nota commendare aliquem alicui.
 De sententia. Oicero: Nibil nisi de sententia tua.
 De sententia deducere. Cicero: Me aliquo præmio de sententia esse deductum.
 De coelo tangere, fulminare. Vergil. De coelo tactas memini prædicere quercus. De grege illo est.
 De filo uel pilo pendet, de re uebementer periculosa.
 Adag. De fumo disceptare. De lana caprina.
 E.
 E, iungitur sc̄pē dictiōibus ab r incoptis, non ex.
 E seruis libertus, in And.
 E medio abiit, id est, mortem obiit, in Phorm.
 E proximo afficere, Plin. E prædonibus audiui, Terent. E uestigio exiluit, Plin.
 E rubigine, non è ferro fabrefactum hoc est, in Rud.
 E conspectu fugere, in Hecy. E Pamphilo grauida est, Terent.
 E uia languere, Cicc. E dolore laborare, in And.
 E renibus laborare, Cic. id est, pati morbum renum.
 E stomacho laborare, est pati morbum stomachi.
 Ex meo quidem animo, aliquanto rectius facias, in Aulularia.
 E me ne quidem metuas, in Mostel.
 Nunc tempus est è malis nos peiores fieri, in Mil.
 Peperit è Pamphilo, in And.
 E flammacibum petere, est quidquis cibi cauffa pati et facere, Adag. in Eunucbo.

LATINI SERMONIS

*Erenata melius fieri haud potuit, quam factum est,
in Adelph.*
*E regione, ex aduerso, ex opposito. E regione Boreæ
flat Auster.*
*E Republica. Salustius: Certè scio que studio dixe-
rit, è Republica dixisse, id est, commodo Reipubli-
cæ, uel pro Repub.*
*E uita tollere. Cicero: Solem è mundo tollere uiden-
tur, qui amicitiam è uita tollunt.*
*E lectio surrexit, in Adel. E proximo uicinus, in Au-
E tua dignitate. i. pro tua dignitate. lul.
E remea, id est, ad utilitatem meam. E retua.
E renostra. E retua erit, si quid labores.
E cōtrario, siue è diuerso, siue cōtrā: inceptè, è cōtrā.
Erga sapientia in bonam partem accipitur, nisi simè in
Ex. (malam.)
Ex melle refinam uorato. i. cum melle, sic sp̄ögia cum
aceto. Hic loquendi modus apud Pliniū frequens est.
Ex aduersum, id est, ex opposito. In Adelph. Ex ad-
uersum fabrica est.
Ex aduerso. In Phorm. Ea sita est ex aduerso.
Abiit ex matrimonio. In Mercat. Quasi istius causa
amoris ex hoc matrionio abierim.
Ex aequo, id est, pariter, simul; Ouidius 4.
Ex aequo & bono facere. In Adel. Id non fieri ex uera
uita, neq; adeò ex aequo & bono, sed ex assentando,
indulgendo, & largiendo. Ex arbitrio.
Ex animo amicus, uotum, seruus, dolere. Hor. Et faci-
unt propè plura dolētibus ex aio. Ex aio est, in Epid.
Ex animo miser fit. i. cupit miser fieri, in Trin.
Ex animo sollicitus. In Trucul. Ut miserae matres so-
licitæ & ex animo sunt, cruciantq;*

Ex

OBSERVATIONES.

*Ex animo facere. In Adel. Ille quem beneficio adiun-
gas, ex animo facit.*
*Ex animo quicquam, ut fert natura, facere, est synce-
rè facere, Terentius.*
*Ex animo dicere. In Eunu. Utinam isthuc uerbum ex
animo ac uerè dices. Cicero: Siquidem dicam ex
animo, quod sentio.*
Ex animo uolo. In Heaut. Tibi bene ex animo uolo.
*Ex animo amare. Cicero: Te autem alienum hominem
amem ex animo. Ex animi conditione, Salust.*
*Ex Aethiopia est usq; hec. In Eunu. Ex Attica hanc
abreptam. Ibid. Ex Gallia libertus, Sueton. Rogo,
Philocratem ex Aulide e quis omnium nouerit, in
Capt. Ex ante diem. Cicero: De Quinto fratre nūtijs
nobis trifles, nec uarij uenerant, ex ante diem No-
narum Iuniarum, usq; ad pridie Calend. Septemb.*
*Ex alto. Salust. Mibi decretū est, nihil tā ex alto re-
periri posse, quod nō cogitanti tibi in promptu sit.*
*At fat ex pictura. In Sti. At hoc uide, ut facet è atque
ex pictura hic astitit. i. ut picturam spectare putes.*
*Audiui te ex hoc. In Mil. Nescio tu me ex hoc audie-
ris, an non,*
*Audiui ex. In Epid. Audiui illico ex meo seruo illam
esse captay. Plinius: Ex Quintiliano præceptore
meo audisse memini.*
*Ex insidijs aucupari, est clanculum resistere. Plaut.
in Asin. Aucupemus ex insidijs clanculū, quam rem*
Ex autoritate pontificum, Plin. (gerant.)
*Ex bono & aequo. Iulianus: In ijs alter alteri alliga-
tur, de eo quod alterum alter ex bono & aequo præ-
stere oportet. Ex composito secundum ordinem
datum. Liuius: Tum ex composito orta uis.*

III 4 Hic

LATINI SERMONIS

Fic ex adolescentie optimo corruptus est, in Mostel.
Ex amore corruptus, in Asin. (Poenu.
Ex aegritudine coniicitur ipse in morbum, Plaut. in
Ex consuetudine. Plinius: Hunc rogo ex consuetudi-
ne tua, & legas, & relegas, & emendas. Salust.
Ex incommodis alterius sua comparare commoda, in
Andria.
Ex copia piscaria consulere licebit quod emam. i. pro
uel secundum copiam piscium deliberabo, in Casin.
Ex eo nunc misera quem capit dolorē, Teren. in And.
Ex equo pugnare. i. sedentem in equo pugnare, Liu.
Sepe ex huiusmodi re quapiā, & ex malo principio,
magna familiaritas conflata est, Terent. in Eunu.
Ex iniuria condemnatus ab omnibus, Plin.
Illi satisfacere minimè ex disciplina quiui ego, Plau-
tus in Pseud.
Ex diuerso. Plinius: Quamuis ex diuerso, non tamen
omnino dissimile.
Bonus uolo iam ex hoc die esse, in Persa.
Ex insidijs uerba dare. In Aul. Ex itinere.
Ex itinere decertare. Plutar. in Pauli Aemi. Multa
me experientia uerat aduersus instructam aciem
ex itinere decertare.
Memini me aduocatum ex iudicibus datum, Plin.
Adeo' ne est demens ex peregrinae in And.
Ex periculo discrimin adire. Plinius: Gratulare mihi,
gratulare etiam literis ipsius, que ex periculo
eius tantum discrimin adierunt, quantum ex salu-
te gloriæ consequentur.
Ex dignitate. Cic. Facis ex tua dignitate, & ex Re-
pub. Excedere ex pueris. Idem: Ut primū ex pueris
excessit Archias, adscribendi studium se contulit.

Exce-

OBSERVATIONES.

Excedere ex ephœbis. In And. Nam is postquam ex-
cessit ex ephœbis. Ex aqua euasit, Plaut. in Ruden.
Ex ea re. In Hecy. Tum matrem ex ea re, aut me uxo-
rem in culpa inuenturum arbitror.
Ex eo die. Plin. Athletæ ea deberi sibi putant statim
ex eo die, quo sunt coronati.
Ex eo fit. Cicero: Ex eo fieri, ut mulierculæ magis
amicitarum præsidia querant, quam uiri.
Ex obſidione intutum duxi manipulares meos, Plau-
tus in Mostell. Ex memoria uobis Quirites, quid
Senatus censuerit, exponam.
Ex reis eximere. Cicero: Quo tempore omnis illa mea
festinatio fuit cum periculo capit is, ob eam cauſam
ne tu ex reis eximere, si ego non adfuisse ad diem.
Exire ex urbe, idem.
Ex oratore arator factus est, Cicero.
Ex insulso salsum facere. In Ruden. Bonum est quod
babeads gratiam meritò mibi, qui te ex insulso sal-
sum feci opera mea.
Ex ignorantia, id est, incuria.
Ex more. Verg. S. Cunctis ex more uocatis. Ex more
facere, Plin.
Ex aliorum more. Salust. Ne id tempus ex aliorum
more, quieti aut luxuriae concedit.
Ex necessitate facere, Plin.
Ex necessitate dolere, idem.
Ex uera uita fit, in Adelph.
Ex gratulando. In Capt. Vix iam miser ex gratulan-
do eminebam. Ex ædibus herus, in Amphit.
Heres ex besse. Plin. Reliquit bæredes, ex besse nepo-
tem, ex tertia parte neprem.
Ex hac re. In Eunuch. Non dubium est, quin mihi ma-

III 5 gnum

LATINI SERMONIS
gnum ex hac resit malum. Ex hoc misera solicita
est, in And.
Ex aliorum ingenij nunc me iudicet, in Eunuch.
Ex annulo imago. In Pseud. Miles hic reliquit symbo-
lum expessum in cera ex annulo suam imaginem.
Ex iure manu consertum, id est, per iustitiam. Cicero:
Isthic non ex iure manu consertum, sed ferro magis
rem repetunt.
Ex inopinato, Salustius in Iugurth.
Ex improuiso. Plautus in Rud. Ex exprouiso filiam
inueni.
Ex industria, est studiose. In Poen. Nunquam cessau-
mus ex industria ambæ lauari atq; fricari.
Ex studio, data opera, ultrò prudens, consilio, Salu.
Ex obvio, in promptu, ubiuis. Quint. lib. 2. cap. 7. Ex
obvio ferè uictus, ubi de animalibus.
Ex insperato. Liu. Cum clamore, quali ex insperato
fauentium solet, Romani adiuuant militem suum.
Ex iniuria infusare. In Adel. Minime miror, qui infa-
nire occipiunt ex iniuria. Ex integro agere, Plin.
Ex illo, subaudi tempore. Verg. Ex illo fluere, acre-
tro sublapsa referri.
Ex pedibus laborare, Cicero.
Ego lar sum familiaris ex hac familia, in Aul.
Ex ægritudine matrem ipsam mors consequata est,
in Phorm.
Ex amore miser. In Casina: Miseriorem ego amore,
quam te, uidi neminem.
Ex amore illius sanus non es, in Mercat.
Ex amore tantum est homini incendium, in Asin.
Ex homine natus. In Eunuch. Alterum ex homine hunc
natum dicas.

Ex

OBSERVATIONES.
Ex me, atq; ex fratre cuius facilè est noscere, Teren-
tius in Adel.
Pnus ex omnibus, id est, inter omnes. In Stich. Cruc-
or patrem tuum, qui unus eiibus ex omnibus pro-
bus perhibetur, eum nunc improbi uiri officio uti.
Ex omnibus seculis. Cicero: Ex omnibus uix tria aut
quatuor numerantur paria amicorum.
Ex me, ex te ortum. In Adel. Ex te adeò est ortum. In
Eun. Hoc putant, quicquid factū est, ex te esse ortū.
Ex me. Parentes ex me saluta, id est, meo nomine.
Ex professo, est palam, ingenuè.
Ex confessio, idem, Quintilian. lib. 3. cap. 5.
Ex merito. Ouidius: Leniter, ex merito quicquid pa-
tiare, ferendum est.
Ex media uirtute, philosophia, ratione, pro summa,
acutissima, Cicero lib. 2. Offic.
Ex medio, uel e medio excedere.
Ex omni occasione. Plin. Ais quodā apud te reprehē-
disse, q; amicos meos ex omni occasione ultra modum
laudem. Idem: Ex occasione omni queris triumphos.
Ex ordine. Verg. 4. Georg. Septem illam totos perhi-
bent ex ordine menses Fleuisse. Idem: Videt Iliacas
ex ordine pugnas.
Ex suo ingenio aliud iudicare, Terentius.
Ex ingenio tuo mores alienos probas, in Persa.
Ex ingenio habere. Quintil. Nihil habere ex ingenuo
uidetur.
Ex penitentia, Suetonius.
Ex occulto. Ter. in Eun. Fundam tibi nunc nimis uel-
lem dari, ut tu illos pcul hinc ex occulto caderes.
Ex paupertate neg ex illo quisquam est alter bodis
parcior. In Aulul. Ex pari gratia.

Ex

LATINI SERMONIS

Ex parte, id est, imperfectè. In Truc. Magna ex parte. Ineptè, pro magna parte. Ex proximo, Plin.
Ex quo, pro postquam sepiùs non utimur. Sed, ex quo, scilicet tempore, in usu est.
Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, & fortior, Cice. Plinius: Ex quo manifestum est, Cc.
Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad benevolentiam coniungendam.
Ex quibus, pro propter quod. Salust. in exordio Iugurth. Quae siuit ex eo, placeret ne iudices a praetore legi. Cic.
Ex re, pro in rem, ad utilitatem. Ex re omni erit studere Reipub. commodis.
Ex re tua fuerit. In Capt. Ex tua re feceris.
Ex fide. Cicero: Statues ut ex fide, fama, res mea uidebitur.
Ex Republica. Cicero: Facis ex tua dignitate, & ex Republica.
Ex ipsa re mihi incidit suspicio, in And.
Ex aliquo nasci. Natus est ex me, ex te, &c. Terent.
Conuincies facile ex te natum.
Ex te natum est hoc mali.
Ex te nata est hæc sententia.
Scire ex. Terentius in Heaut. Ex me ut sciat sibi filium redisse.
Ex sententia, id est, ad uotum. In Hecyna: Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. In Merc. Nocte hac quieui non satis ex sententia.
Ex animi sententia. Salust. Me quidem ex animi sententia nulla oratio lacerare potest. Terentius: Istibuc tibi ex sententia obtigisse lator. Idem: Pisces ex senten-

OBSERVATIONES.

Sententia nactus sum.
Ex sententia non satis sum hero, id est, non perplacito, in Persa.
Ex sententia seruire hero, in Aulul.
Ex sententia seruus, in Capt.
Ex sententia amborum fiet, in Trucul.
Ex summis opibus uiribusque experiri, nisi, Plautus in Ex se exhibere negotium, in Poen. (Merc.
Ex se hunc reliquit filium, in Aulul.
Ex se aliud magis habet & maius, in And.
Ex fugia literas dare, uel ex tempore, est subito, repente, ueloci calamo, citra otium scribere.
Ex tempore datum, pro celeri calamo scriptum.
Ex tempore uiuere, est præsentibus rebus contentum uiuere.
Ex tempore. Plin. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripturit, id est, impræmeditate.
Ex tempore, ex temporis condizione. Cic. Vnius generis quæstiones sunt hæc omnes, in quibus officium ex tempore queritur. Ex illo tempore: ineptè, ex tunc.
Exemplò, statim. In Amphit. Se exercitum exemplò domum reducturum.
Ex uultu cognoscere. Cicero: Non solum ex oratione, sed & uultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisse.
Ex gratia in inuidiam uenire, Plin.
Ex iure hesterno panem atrium uorent, in Eunu.
Ex tuis uerbis meum futurum corium pulchrum prædicas, in Epid.
Ex uero nomine uocor Ioannes, in Sticho.
Ex vinculis cauissam dicere, id est, alligatum.
Ex uoto rem succedere, idem quod ex sententia: ineptè,

LATINI SERMONIS

ptē ad uotum. Ex uoto uiuere.
*Ex usū id est, ad utilitatem. In Persa: Ex tuo inquam
usu est, eme hanc. In Merc. Non ex usū nostro est.*
Terentius in Hecyna: Ex usū quod est id perseguar.
Cæsar: Vtrum prælium committi ex usū sit.
*Ex usū quicquam discere. Terent. Scitum est pericu-
lum ex alij facere, tibi quod ex usū sit.*
*Ex utilitate. Cicero: Legem (ut eum est) ex utili-
tate Reipub. considerare.*
Ex unis geminas mibi conficies nuptias, in And.
*Ex utero. In Truc. Quid ille ex utero exitio est, pri-
usquam poterat ire in prælium.*

EXT R A.

*Extra numerum esse. In Menech. Quid ergo extra
numerum es mibi?*
Extra numerum quippiam facere, est præter modum.
Horatius 1. Quin es cum alijs?
*Extra ostium. In Phor. Sed me censem' potuisse oīa intel-
ligere extra ostium, initus qua inter se ipsi egerint?*
Extra pretium est. Plautus in Poen.
*Extra unum. i. præter. In Phor. Neque cognatus
extra unam aniculam quisquam aderat. In Amphit.*
Nemo extra unum te est.
*Extra iocum, id est, serio. Cicero: Sed me hercle, ex-
tra iocum homo bellus est.*
*Extra turbam. In Amphit. Extra turbam ordinum
colloquuntur simul.*
Extra noxam. i. culpam. In Hecy. Sum extra noxam.
Extra ordinem, pro ex ordine.
Extra omnem aleam positus, Adagium.

I N.

*In, cum uerbis in compositione positum, augere magis
uide-*

OBSERVATIONES.

uidetur, q̄ negare: cum participijs uero, contrā.
In, interpositum suo casui. Cic. Quo in genere, &c.
Vergil. Ac ueluti magno in populo.
In ære meo est, id est, mihi obstrictus est.
In æs incise sunt literæ, leges: non, in ære.
*In ægritudine has cedes emit, i. pœnitet, dolet emissæ;
in Mostel.*
In ære p̄iscari. In mari uenari, frustra laborare.
*In ætate. In Trin. Nam & stulte facere, & stulte fabu-
larier, utrumq; in ætate haud bonum est.*
In aqua scribis, id est, nibil agis.
*In æternum. Plinius: Quos quidem, non in præsens tan-
tum, sed in æternum reprobasti.*
In agendo. In prol. Adel. In agendo partē ostendent.
In apparando consumunt diem, in Adel.
In aliquo referre gratiam, in Rud.
*In ambiguo est. In Trinu. Et si admodum in ambiguo
est etiam nunc quid de hac refiat.*
*In amicitiam esse. Cic. Ab exteris nationibus, qua in
amicitiam populi Rom. ditionemq; effent, iniurias
propulsare.*
*In animis nostris es. Plin. Eras enim in animis, in iu-
dicijis nostris.*
*In annis. Inepte, pro anno uno. Cato: Si quid desit, in
annum ut comparetur. Linius: Designati Consules
in eum annum fuerant. Idem: Magistratibus in an-
num creatis.*
In singulos annos.
*In ante diem. Cicero: Dixi ego idem in Senatu cædem
te optimam contulisse in ante diem quintum Calen-
darum Nouembris.*
*In apertum proferre, id est, in publicum uulgare. Cic.
Eloc*

LATINI SERMONIS

Hoc tamen opus in apertum proferas. Horatius: In apertum proferet etas.
 In bonis, inter bonos. Cicero: Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.
 In calce operis. In extremo literarum tuarum calce.
 In coenam. In And. Olera, & pisciculos minutos ferre obulo in coenam seni.
 In commune loqui. Plin. De huius nequitia, sanguinariis sententijs, in commune omnes super coenam loquebantur.
 In commune consulere. In And. Id orate, in cōmune ut
 In commune metuo, in Asin. (consulas).
 In cogitādo. In Sti. Atq; in cogitādo moerore angor.
 In concubinatum dare sororem, in Trin.
 In conspectū afficere. In Persa: Age, illuc aspice de procul in conspectū.
 In crastinum uos uocabo: uulgō, pro crastino, In Pseudolo. Nunquā me uiuum quisquam in crastinum proficiet diem, in Sticho.
 In culpa inuenire aliquē. In Hecy. Tum matrem ex ea re, aut me uxorem in culpa inuenturum arbitror.
 In culpa esse. Cicero: Pt is in culpa sit qui faciat, non qui patiatur iniuriam.
 In delitijs. In Asin. Vxori meā surripiam in delitijs pallam quam habet, atq; ad te deferam.
 In denegando. In And. Id genus hominum est pessimum in denegando modo quis pudor est paululum.
 In qua die. In Eunu. Postremo & qua in die parua per rīsset soror.
 In codicim & in tabulas referre dicebant uel nomina, uel pecunias, aut res alias, quū per ordinem describabant. Vide Hadrianum.

Inco-

OBSERVATIONES.

Per amicitiam & gratiam imperauit a fratre, in Mil.
 Per annorum curam natus, In Sticho. Per anni tempus. Hircius: Neque per anni tempus in mari classes sine periculo uagari poterant.
 Per coenam hanc tibi incenato esse licet, in Sticho.
 Per comitatem omnia disperdidit, in Trin.
 Per deridiculum dedit mibi uerba, in Pseud.
 Per ridiculum, in Trucul.
 Per iocum promittere, ibidem.
 Per ludum & iocum occursum est rapinis, Plinius.
 Per Dionysia mater pompa me spectatum duxit, prospectatum, in Ostiel.
 Per abnegātis est in cōpositione, ut perfidus, periu-
 Per fidem deceptus sum, in Mostel. (rus).
 Per focum prunas trahere.
 Per figuram offerre iusturandum, Suetonius.
 Per flagitium famam perdere, in Trin. (cere).
 Per herbas fundi, uel fusus, est sparsum in gramine ia-
 Per gratiam abire. In Mil. Per gratiam bonam abeat abs te.
 Per hyemem niues caderē, non grandinem.
 Per unam literam scriptum cognomen animaduerto, Suetonius.
 Per hostes, pertela, per ignem evadere. Horatius:
 Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignem.
 Per illos licet, in Poen.
 Per me. Cicero: Quod per me certior fias.
 Per me, per te, per illum stat. Cæsar: Ut cognouit per Afranium stare, quo minus prælio dimicaretur.
 Per me sibi habeat licet, id est, habere fino.
 Per murum aufugere. Per bunc nulla est mora, in Andria.

L.L.L. Per

LATINI SERMONIS

Per me percontatus sum, sineq; iudicè aliquo.i. solus.
 Per meum missare, Plinius.
 Per manus tradita esse disciplina, uel historia dici-
 tur, que non monumentis literarum, sed uerbo tan-
 tum traditur, & a majoribus ad posteros sine lite-
 ris transmititur. Per manus quicquam tradere:
 inepte, de manu in manum, uel de manu unius in ma-
 num alterius. Liuius: Disciplina militaris tradita
 per manus iam inde ab initijis urbis. Cæsar: Nonnul-
 la de muris per manus demissæ.
 Per meridiem æstate arcus non certuntur, Plin:
 Per, significat usq; ad finem: ut, per legere, perferrere.
 Per momenta, Plin. Ita est aliquid, quod huius fontis
 excusum per momenta repercutiat.
 Per nebulam scire, In Pseud. Quæ quasi per nebulam
 nosmet scimus atq; audiuiimus.
 Per nos, In Merc. Per nos quidem hercle egebit, qui
 suum prodegerit.
 Per, propter, Salust. Incidunt pōra uestra magnifice.
 Per ora uirorū uolare, est celebrem fieri. Verg. in Ge
 Per ordinem fungi honoribus, Plin. (org.
 Per pacem liceat, In Amp. Obsecro ut per pacē liceat
 te alloqui, ut ne uapulē. Per partes emendare, Plini.
 Per partes facere, idem.
 Per quod effectum est, ut te consularem, idem.
 Per se, Cic. Amicitia per se & propter se expetenda.
 Per seipsa, Salust. Parūtuta per seipsa probitas est.
 Per silentium adesse a quo animo, in prol. Phorm.
 Per silentium nunquam agere mibi licitum est, in pro-
 logo Hecyrae.
 Per longissimū spatiū hoc receptaculo utetur, Plin.
 Per plures successiones traditæ:

Per,

OBSERVATIONES.

Per, p̄ nimis, uehementer: ut pertinax. i. nimis tenax.
 Per testet it quo minus bæ fierent nuptiae, Terent.
 Per tempus, id est, opportune, idem.
 Per tempus aduenis, in Hecy. Per tempus egredi, in
 Per tempus subuenire alicui. (Truc.
 Per omne tempus, quo fuimus una, Plin.
 Per viam. In Pseud. Cor mibi nunc per viam est. In
 Cistel. Per viam fabulantur.
 Per viues, id est, uicissim, Plin. Per uisum, Cicero.
 Per uinum exortum diſidium, in Mil.
 Per uim Consules creatur, Plin.
 Per uim uitium oblatum uirgini, in Adel.
 Per uim latæ lex, Plin.
 Per syllabica adiectio, significat per tempus: ut puu-
 lis per, aliquanti per, parumper, tantisper.
 Per, iunctū nominibus adiectiuis, aduerbijs, siue uer-
 bis, uehementiam significat. Per placet, ualde pla-
 cet: per benignus, per pulchre, per bellè. Per ualetu-
 distem, Cicero.
 Per uicarium, per legatum rem perficere.

P O N E.

Pone, post. In Curn. Pone adē. In Pœn. Ponemos re-
 cede.

P O S T.

Post. Horatius: Quærenda pecunia primum, Virtus
 post nummos.

Post aliquot artistas. i. annos. Poëticum est, Verg.

Post montem oppositum.

Post hominum memoriam, ab hominum recordatione.

Cic. Instant post hominum memoriam paratiſimi, ma-
 gnificantissimq; ludi. Idem: Quod nemo unq; post homi-
 num memoriam fecit. Ibidem: Nemo unq; post homi-
 num memoriam paratiſor, uigilantior, copiosior.

LATINI SERMONIS

Post hominum etatem. Nostra memoria. Patrum memoria non est factum simile: inepte, hominum recordatione, nostro tempore, patrum tempore.
Post homines natos. Cic. Optimus longè post homines natos. Idē: Vnius post homines natos fortissimi uiri.
Idē: Longè aut̄ post homines natos improbisimus,
Post hunc diem. In Ruden. Nunquam hercle iterum defraudabis me post hunc diem.
Post tempus. In Capt. Serò post tempus uenis.
Post id locorū. i. postea. In Truc. Eradicare est certum cum primis patrem, post id locorum matrem.
Post, id est, secundūm. Post deum ueritatem colendā,
Adagium Pythagoræ.
Post principia. Terent. Ego hic ero post principiis, id est, retro.

P R A E.

Præ, ante. Liuius. Præ se armentum agens.
Præ, absolute positum. Terent. I præ, sequar.
Præ cum datiuo posuit Plaut. in Poenulo: Trecenos nummos Philippeos portat præ sibi.
Præ, comparationem aliquando inducit elegatiſimè.
Præ nobis beatus uideris. i. plus nobis. In Epid.
Atque me minoris factum præ illo.
Præ, ad comparationem. Cice. Non tu quidem uacuus molestijs, sed præ nobis beatus.
Hic ego illum contempsi præ me, in Eunucbo.
Omnia sibi posſputant præ meo commodo. Terent.
Te posſputasse oēs res præ parente intelligo, idem.
Paruam Albā, præ ea quæ conderetur fore. Liu.
Sanus si sim præ te medicum mihi expetū, in Merc.
Præ quod. In Sticho: Imō res omnes relicta habeo, præ quod tu uelis.

Præ

OBSERVATIONES.

Præ quam. In Amphit. Parua res est uoluptatum in uita agunda, præ quam quod molestum est.
Præ ut. In Menach. Modestior nunc quidem est de uerbis, præ ut dudum fuit.
Præ, propter. Præ amore exclusit hunc foras, in Eu-nuch. Neg miser me commouere possum præ formidine, in Heaut. Præ gaudio, ubi sim, necio. Præ ira-cundia non sum apud me, Terent.
Præ furore, præ moerore, præ dolore, præ lachrymis præ timore, præ angustia necio quid agam.
Præ pudore rubescit.
Præ manibus, id est, in promptu. In Bacch. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.
Præ manū dare, est ad usum, ante omnia: uulgo, ante manū dare. In Adelph. Atque huic paululum ali- quid præ manu dederis, unde utatur.
Præ me fero, præ te fers, præ se fert, id est, uultu & gestu ostendit & confiterur.

P R A E T E R.

Præter, excipiendi uim habet. In Amphit. Nec nobis præter me, alius quisquam est seruus. Ibidem: Nunc quidem præter nos, nemo est.
Præter hæc, id est, ultra, præter ea. Quintil. Multa erant præter hæc, quæ obijci meritò potuissent. Terentius in And. Præter omnes illum amo. Præter consilium facere.
Præter cætera. i. plus q̄ cætera. In And. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat. In Adelphis: Erat forma præter cæteras honesta ac liberali.
Præter decorū rex induit rusticū, præter expectationem. Præter æquum & cætatem meam. In Hecyra: Meo labore haud parcens præter æquum atq; cæta-

LATINI SERMONIS

temmeam. Præter etatem doctus, sapiens.
 Præter aquum & bonum. In Adel. Nimirum ipse du-
 rus est præter aquum & bonum.
 Præter etatem. Puer præter etatem sapit. In Epid.
 Præter etatem & uirtutem stultus est. In Heaut.
 Mibi uidere præter etatem tuam facere. Præter
 ius fasq.
 Præter libidinem. In Hecyra: Fortasse aliquanto ini-
 quior erat præter eius libidinem.
 Præter modum. Cicero 2. Offic. pro maximè.
 Præter morē. In And. Præter ciuitū morē atq; legem.
 Præter naturam. Cicero: Multa autem impendere ui-
 debantur præter naturam, etiam præter factum.
 Præter opinionem. In Hecy. Te esse præter nostram
 opinionem compéri. Cicero 2. Offic.
 Præter optatum. Cicero: Illud etiam accidit præter
 optatum meum.
 Præter risum, iocum. Præter rationem.
 Præter sententiam. In Merc. Omnia mibi bodie eueni-
 unt præter sententiam, id est, contra uoluntatem,
 opinionem, desiderium. Præter solitum, Horat.
 Præter spem. In And. Præter spem euenit. In Merc.
 Præter spem salutē sumus.
 Præter bac. In Rud. Si præter bac tu uerbum taxis
 bodie, ego tibi comminuam caput.
 Præter, ante. Cic. Præter oculos Lelij bac omnia fe-
 rebant. PRO.
 Pro, neq; bac infame elegantia particula. Tres minas
 pro istis duobus, præter uecturam, dedi, in Mostel.
 Pro peccatis. In And. An ut pro huic peccatis ego
 supplicium sufferam? Pro seruitio. In Andria:
 Hoc tibi pro seruitio deboea. Pro facultate.

Pro

OBSERVATIONES.

Pro, causa, uel propter. Plinius: Hac tibi pro amore
 muruo scripsi. In Eunicho: Ego te pro istis dictis &
 factis ueliscar. In Amph. Tamet' i pro imperio uo-
 bis quod dictum foret, scibat facturos.
 Pro, propter. In Hec. Pueri inter se se quam pro legi-
 bus noxis iras gerunt. Pro ueritate affici potius.
 Pro iustitia. Pro libertate dimicandum est.
 Pro patria mori dulce & decorum est. Horat.
 Pro uirtute uincere duros casus.
 Pro liberis exponi periculis.
 Pro amicis, Salust. in Capt. pro Milone, pro Archia,
 id est, se ob defensionem Archia, &c.
 Pro bonis studijs defendendis.
 Pro, id est, loco. In Eunuch. Pro illo te ducem. In Mo-
 stel. Continuo pro imbre amor aduenit. In Mercat.
 Qui amat, si quod amat habet, id satis habet sibi p
 cibo uidere, amplecti.
 Pro me, id est, locomeo. Pro nobis. Pro Ioanne.
 Pro ancilla babere. In Persa: Verum tu pro ancilla
 me habes, an pro filia.
 Pro, aliquando rationem uel proportionem quandam
 indicat rei, cui præponitur. In Adel. Eduxi a par-
 uulo, habui, amau pro meo. In Capt. Pro ignoto me
 aſternaris. In Mercat. Ita instas, urges, quasi pro
 noxio. In Capt.
 Pro rotame uti licet. I uel ego hue, uel illuc uoriar,
 quo imperabitis. Salust. Hisq; permisum est, uti pro
 tempore atq; periculo exercitum compararent, id
 est, pro ratione temporis & periculi.
 Pro, secundum. In Phor. Nemo satis promerito gra-
 tiam regi refert. Pro sapientia. In Adel. Scdu-
 lo monco, que possum pro mea sapientia.

LLL 4 Pro

LATINI SERMONIS

Pro imperio. In Phor. Satis pro imperio, quisquis es.
 Pro sano loqueris, qui meo appellas nomine, Plautus in Menæch.
 Prosternere aliquid habere, utili facere. In Truc. Bonasua prosternere habet.
 Pro, ante. Salust. Qui nisi maturusset pro curia socijs signum dare. Pro templo, pro foribus, pro castris.
 Pro, in. Plinius: Sedeo pro tribunal. Idem: Tibimamiximus honor excubare pro templis.
 Pro virgine dari nuptum non potest, in Adelph.
 Pro aliquo stare. i. defendere. Terent. Nisi hac ita es-
 sent, pro illo haud stares. Verg. φ turribus astant.
 Pro eo ac. Ser. Sulpitius: Sanè quam pro eo ac debui,
 grauiter molesteq; tuli, id est, ita ut debui.
 Pro eo ac si. Vlpia. Pro eo est ac si adhibitus nō effet.
 Pro eo atq; si. Idem: Pro eo habendum, atq; si nullo in-
 re factum effet.
 Pro certo habere. In Adelph. Pro certo ne tu isthac
 dicis? Cicero: Nec pñtabatur quicquam, quod pro
 certo haberemus.
 Pro iure meo imperitabam. In Capt. Quod anteaq;
 pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem,
 per fortunam incertam. Pro tuo iure oras, in Rud.
 Pro suo iure agere oia. In Adelph. Non neceſſe habeo
 oia φ meo iure agere. i. pro autoritate aut merito.
 Pro me facit, id est, utile est.
 Pro parte mea. Plinius: Offero pro mea parte tantum
 dem. In Ruden. Sinc mea pro parte loqui.
 Pro mea parte, id est, pro virili. Cicero: Ut ita fieret,
 pro mea parte adiungi.
 Pro ridiculo putare aliquem. In Heau. Qui sibi me φ
 ridiculo ac delectamento putat. i. pro fato habet.

Pro

OBSERVATIONES.

Pro se quisq; id est, quisque pro virili, de singulis uel
 pluribus dicitur. In Heau. Pro se quisq; sedulò facie
 bat. Cicero: Pro se quisq; manus affert. Vergil. Pro
 se quisq; viri. In Amphit. Pro se quisq; id quod potest
 & ualeat, edit, ferit. Ouidius: Pro se quisque timet.
 Pro uterque. Horat. Mihi magnis de rebus uterq.
 Pro se dicere. In prologo Hecyra: Ne ille pro se di-
 catum existimet. Idem: Ut pro se diceret.
 Pro se quisque sedulò faciebat, id est, quisque suum fe-
 cit officium.
 Pro tempore, pro re, pro loco: Inepta, pro qualitate
 temporis, rei, loci. Caesar: Consilium pro tempore
 & pro re caperet. Salustius: Ipse pro re ac loco pau-
 latin procederet.
 Satis pro tempore. Vergil. Pro re pauca loquar. Te-
 rentius: Pro re nostra.
 Pro opibus. Salust. Quod singuli pro opibus quisque
 quam plurimas uxores, denas, alijs plures habeant.
 Pro opibus facere moenia, est sumptus pro quaſſu fa-
 cere, Adagium.
 Pro virili parte. Liu. Plus sibi q; pro virili parte an-
 nitedum esse. Cic. Tum me eius beneficio plus quam
 pro virili parte obligatus puto. Inepte, φ possemto.
 Pro rata parte, pro virili, pro viribus, idem. Cicero:
 Omnia ista perinde ut data sunt, pro rata parte a-
 uit, longa aut brevia dicuntur.
 Pro portione. Cato: Pro portione omnia ea facito.
 Pro copijs. Salust. Ipse pedes pro loco atque copijs in-
 struit exercitum. Pro occasione.
 Pro materia dolere. Plus doles q; pro materia. Ouid.
 Nec pro materia fertur doluisse. Pro necessitate.
 Pro meipso. Cicero: Antequam pro L. Murena dice-

LATINI SERMONIS

et incipio, pro me ipso pauca dicam.
Pro moribus consulere. Salust. Sibi quisque pro mori-
bus consulat. Pro more facere, dicere, uiuere.
Pro animis hominum & moribus se gerere.
Pro ingenio.
Pro mea tua dignitate, conditione. Pro sua libidine.
Pro merito. In Phor. Non potest satis pro merito ab
illo tibi referri gratia.
Pro, in compositione nunc corripitur, nunc produci-
tur. Verg. g. Procul hinc, procul este prophani. Qui-
dus: Promittas facito.
Propola, praemotor, qui uenit iam statim empta.
Pro tono graui notata, interiectio indignantis usq;
Gracch, prae nobis signat: ut, respondere, id est, prae bibo.

P R O P E.

Prope, iuxta. In Ruden. Prope me hic nescio quis lo-
quitur. Curtius: Quum prope id oppidum copias
constituisserint.

P R O P T E R .

Propter, alicuius causa. In Phorm. Qui scpe propter
inuidiam admunt dimitti. In Eunuch. Scin' turbam
hanc propter te esse factam?
Propter, pro prope. In Adel. Nimirum istiboc abiisti,
hic propter hanc aſiſte. Cicero: Quid illæ ſibi ſta-
tue uolunt propter eadem Vulcani?
Propter sine caſu. In Adel. Ibi angit portum ppter eſt.

S E C V N D U M .

Secundum, pro iuxta, prope. Ser. Sulpitius: Duo uul-
ntra accepiffe, unum in ſtomacho, alterum in capite
secundum aurem.

Secundum, post. In Capt. Nam secundum patrem tu-
es patet proximus. Cicero: Proxime autem & se-
cundum

OBSERVATIONES.

Secundum deos, homines hominibus maxime utiles eſſe
poſſunt.
Secundum, pro iuxta. Sueton. Abſentibus secundum
præſentes diabat. Cicero: De abſente secundum præ-
ſentem iudicare, id eſt, pro abſente iudicare, ac ſe-
præſens eſſet.
Secundum. In Sueton. Adfirmabat iſum eſſe, cuius
imago secundum quietem obuersata fit.
Ferre ſententiam secundum testamentum, id eſt, pro
testamento, uel in fauorem testamenti.
Secundum te ille mihi ita eſt, ut ſit penè par, Cicero:
id eſt, ſecundo loco, aut proxime.
Secundum te nibil eſt mihi amicius ſolitudine, Cic.
Secundum, ſuper. Salust. Secundum ea uti deliberetis.
Secundum facta & uirtutes aliquem collaudare. i. p.
factis. In Eunu. Ordinem dicendi secundum uires in-
genij dabant, id eſt, pro uiribus ingenij, Fab.
Secundum Platonem, id eſt, iuxta ſententiam Platonis.

S E C V S.

Secus, prope. Secus decurſus aquarū ſerūtūr ſalices.
S I N E .

Sine, abſq;. In Heaut. Sine auro tum ornatam.
Sine capite fabula, dicitur imperfecta. Adag.
S V B.

Sub cum ablativo. In Epid. Sub uelmentis ſecum ba-
bebant retia.

Sub conditione. Sueton. Sub ea tamen conditione, ne
cui fidem mean obſtrigam.

Sub exemplo. Plinius: Diffice, an tu quoq; ſub hoc ex-
emplo ſomnum iſtud in bonum uertas.

Sub exitu, pro ſub. exitum. Sueton. Sub exitu quidem
uit e palam uouerat.

S u b

LATINI SERMONIS

Sub urbe est agelli paululum, in Adelphis.

Sub manu tabellarios habere, id est, in promptu & in proximo.

Sub prope. Verg. Quo deinde sub ipso Ecce uolat.

Sub cum accusatio, pro circa. Sub idem tempus. Luius: Ut ring legati ferè sub idem tempus ad res repetundas misi.

Sub horam pugnac tam arcto repente somno deuictus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur, Suet.

Sub statim post. Cic. Sub eas autem redditæ sunt.

Sub ante. Verg. Postesq; sub ipso Nititur gradibus.

Sub manus succedere, est non agrè, apposite, expeditè, promptè contingere. In Mil. Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Ibid. Bono animo es, negotium omne iam succedit sub manus, id est, bene & optatum contingit.

Sub uesperum. Cæs. Sub uesperum Caesar portas claudi, militesq; ex oppido exire iubet.

Sub imperio alicuius esse. In Fleaut. Locus, occasio, actas, mater, sub imperio cuius est, mala.

Sub poena capitis. Sueton. Sub mortis poena.

Sub poena perpetuae seruitutis, idem.

Sub, in compositione datiuum aliquando exigit: ut, Subscribere causæ, subesse imperio, subuenire egeno uel calamitoso, &c.

Sub terra esse, latere. Horatius: Quicquid sub terra est, in apricum proferebat.

Sub dio, id est, sub caelo, aut in agro, ruri, Horatius.

Sub diuum, motum significat, id est, in publicum, Horatius libro 1. Ode 18.

Sub his, pro post hæc, Vergil. & Cicero.

Sub prandio, coena, somno, nocte, tecto, & c. i. inter pran-

OBSERVATIONES.

prandendum, in nocte, &c. &c.

Sub prandium, coenam, somnum, noctem, tectum, uesperum, occasum solis, oculos, dies festos, galli cantum, hoc tempus, ipsam lucem, id est, ante prandium, &c. Sub sole, aut caelo, id est, ubi uis terrarum, in mundo, aut in uniuerso orbe. Nemo hoc homine sub sole est doctior. Hoc facto sub caelo nihil est molestius.

Sub iudice lis est. Horatius: Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

S V B T E R.

Subter, ferè semper accusatiuum habet, siue quiescet, siue motus. Statius: Desilit in campis qui subter moenia nudos Afferuat manes.

Subter, poëticè ablaciuum habet. Verg. Quum tamen omnes Ferre liber subter densa testudine casus.

S V P E R, S V P R A.

Super, relatiuum habet subter.

Super cum accusatio, pro ultra. Verg. Super Gardmantas & Indos Proferet imperium.

Super filiam. In Aulul. Iuxta rem mecum tenes super Euclionis filiam, id est, de.

Super coenam. Plin. De huius nequitia, sanguinarijsq; sententijs in cōmune omnes super coenā loquebātur.

Super hæc, aut super his, præter hæc. Plin. Vir grauiſimus, doctiſimus, diſertiſimus, super hæc occupatiſimus.

Alici epistolæ super alias. Plinius: Gratias alijs super alias epistolis egit.

Super cum ablaciuo, pro de, ubi de re aliqua mentionem facimus. Verg. Multa super Priano rogitanus, super Hectore multa. Cic. Hac super re scribami ad te. In Amph. Teneo quid animi uestri sup hac re sit.

Super;

LATINI SERMONIS

Super, pro ultra. Vergilius: Nocte super media.

Super, pro in. Vergil. Hic tamen bac mecum poteris
requietere nocte Fronde super uiridi.

Super pro pro, uel propter. Verg. Nec super ipse sua
molitur laude laborem.

Super, contiguitatem dicit. Sedet super lapidem, non
supra.

Supra, non dicit contiguitatem. Supra nos uolat aquila,
non super. Supra relatiuum habet infra.

*Supra caput, modus est loquendi, rem que ualde ur-
geat & imminent, significans.* Cicero: Ecce supra ca-
put homo leuis ac sordidus. Salustius: Dux hostium
cum exercitu supra caput est.

Supra numerum. Plinius: Hoc in causa fuit, quo mi-
nus statim reuocandos putarem, quos habet supra
numerum.

Supra morem. Vergil. 2. Georg. Rara sit, an supra mo-
rem sit densa, requiras.

Supra, absolutè. In Andria: Et uultu adeò modesto,
adeò uenusto, ut nibil supra.

TENVS.

*Tenuis, usq ad, exigit uel ablatiuum singularem: ut,
hac tenus, eatenus, aliquatenus, nullatenus, quate-
nus, uerbo tenuis, pubete tenuis, ore tenuis, collo tenuis,
titulo tenuis, capulo tenuis.* Vel genitiuum pluralem
more Greco. Vergil. Crurum tenuis a mento pale-
ri dependent. Aurium tenuis.

Tenus quodam. Horatius: Est quodam prodire tenuis,
si non datur ultra.

Tenus cum accusatiuo. Flaccus: Et Tanai tenuis im-
menso descendit ab Euro.

VERSVS.

Versus,

OBSERVATIONES.

Versus, ut plurimi, suo accusatiuo postponitur. Plan-
tus: Ego portum uersus pergam.

Quaque uersus, in utrāq partem.

Vtrog uersus, in quamcunq partem.

Versus, habet quandoq adiunctam præpositionem. Li-
uius: Ad meridiem uersus. Sic, ad occidentem uer-
sus. Cicero: Is primò in forum uersus instituit age-
re cum populo.

*Versus uel uersum, aliquando aduerbiu, uel sursum
uersus: de cuius compositis latius ibidem inuenies.*

V L T R A.

Vltra, excessum notat. Quintilian. Nihil peius est ijs,
qui paulum aliquid ultrā prīmas literes progreſſi,
falsam sibi scientiæ persuasione induerunt. In Mer-
cat. Sed amori accedunt etiam ultrabæc, que di-
cimus.

Vltra sine casu aduerbiu. In Sticho: Nunc ultrā hoc
deportem?

Vltra citraḡ. Florat. Est modus in rebus, sunt certi
denique fines, Quos ultrā citraḡ nequit consistere
rectum.

FINIS.

